3 Uno modo stricte secundum naturã vnius indiuidui. Alio modo large secundum naturã speciei, sub qua est illud indiuiduũ, vt in hoc exẽplo. Aliqs est mutus a natiuitate, certe licet in eo nunq̃ fuerit habit⁹ loquendi, tamen dicitur mutus respectu speciei humane, cui competit habitus loquẽdi, vt C. qui testa. fa. poss. l. diseretis. Idem in eo, qui natus est sine oculis, recte dicit cecus, hoc est, priuatus lumine, eo respectu, quia speciei humane congruit videre, vt in Euãgelio de ceco nato, z hic est cõmunis modus loquendi. Et hoc est quod vult d. l. j, dũ dicit, sed hos quoq̃ pro intestatis accipere debemus, quasi dicat in eis cadat istud verbũ intestatus, respectu speciei humane, cui competit ius testandi. Et hoc est quod voluit imperator instit. ỏ he redi. que ab intesta. in prin, vbi dicit intestatus est omnino, q̃ testamentum non fecit, ꝛc. Not. †quod dicit omnino, quasi dicat
4 sine qa noluit, sine quia nõ potuit. Idem in dict. l. intestatus. ff. de verbo. significa. Nã verba legis debent intelligi prout loquũtur generaliter de omni homine, non singulariter de hoc, vel de alio, vt ff. de legi. Liura nõ in singulas, sed respectu speciei humane, in qua cadit habitus, pupillus recte dicit intestatus, ergo ꝛc. Huic ad propositũ adijcimus pupillũ intestatum proprie qz est priuat⁹ eo habitu, qui congruit sue speciei, z homini, qz secũdum propriam significationẽ dicet intestatus, z sic stat⁹ in eo
5 locum habebit. †Aut dicim⁹ ipsum intestatũ improprie, z tũc remanet quod est intestatus secundũ cõmunem vsum loquẽdi, vt dictis legibus probat quoniã cõmunis vsus non est ppria significatio, vt l. Labeo. ff. de supellectil. legata, z statuta debẽt intelligi secundũ cõmunẽ vsum loquendi, qui preualet omni significationi proprie, vt dict. l. labeo. z ff. de legatis tertio, l. libro rũ. ỏ. quod tamen cassius, z ibi not. z sic statutum habebit locũ in pupillo, z hec fuit mens statuti, vt patet in ratione, q̃ redditur in statutis, z sic mater omnino excludetur, ꝛc.

ADDITIONES.

a Th. D. Hec est copia. Alias incipit, questio talis est, quedã puella. z de isto consilio vide Alex. in l. j. in prin. in additio. bar. ff. de suis z legit. z ibi apostillã meam. Et vide dominũ z preceptorem meũ Perusinum dominum Petrum Philippũ Corneũ in l. generaliter. C. de institut. z substitutionib. vbi allegat Bar. in hoc consil. z vide bar. in cõsilio, cxlj. incipit statuto vbis. z ibi scripsi.

b B. L. Proprie intestatus. Colligendo mentẽ doctorum, ea videtur communis opinio, quod pupillus possit dici intestatus decedere, non ex vi verborum, sed ex communi vsu loquẽdi, ideo petens aliquam hereditatem haberet necesse probare illũ cõmunẽ vsum vt colligitur ex mente Angel. cõsilio centesimo, incip. statuti cõmunis Burgi. z consi. xcv. inci. De. de vsb. pau. de Castro consi. cclxxvj. z ibi refert q̃ aliqui consuluerunt contrarij: Angelus tamen cõsilio xxv. incipit, iudex nomine, ꝛc. statutum excludens matrem, z ibi dicit quod ipse z Bal. plures consuluerunt, p hac parte. Et ita tenet Bal. in l. si arrogator. ff. de ado. vide late Imo. iunio. rem in l. generaliter. C. de her. instit. z vide infinitas cõcordantias in l. prima. ff. de suis z legitimis heredibus. in apostil. per me, z Ro. consi. iij. z xxij.

CONSIL. CXXXIX.

Si datur potestas aliquib⁹ quidendi, z ordinaãi, z executioni mandandi, certum est q̃ tunc si per primum ordinamentum non potest fieri plena executio, possunt iterum prouidere quousque exequatur.

1 Prouidere aliud est, aliud est prouisa, z ordinata executioni mandare.

2 Functus non dicit aliquis officio suo, nisi plenam executionẽ faciat. z semper potest prouidere exequendo. nu. 3.

Statuto Communis Perusij cauetur, quod singulis annis det, z fiat eleemosyna per Commune de centum libris percipiendis ex venditione bladi communis Perusij quod venditur, et vendi consueuit annuatim in platea Cõmunis Perusij. Item, per aduantiam generalem artificum ciuitatis Perusij super quadã petitione oblata Communi Perusij, per prefatum capitulũ sancti Francisci fratrum Minorum Perusij, continente quod aliqua eleemosyna ipsis fratribus sufficiens pro reparatione dicte ecclesie fiat. Super qua petitione per aduantiã super dando dictis fratrib⁹ dictam eleemosynaz ecclesie predicte fuit reformatum q̃ libere remaneret in dominos Priores, z Camerarios artium, qui tunc erant, qui Priores, z Camerarij possent, z eis liceret omnia z singula prouidere, z executioni mandare, que viderint conuenire satisfactioni, z complemento petitionis dictorum fratrum, z possent concedere de quacunque pecunia, vel bonis cõmunis Peru. z solui facere, z expendi, z conuerti in reparationẽ dicte ecclesie, prout in ordinamento, q̃ premittitur, plenius continetur. Postmodum dicti Priores. z Camerarij ex arbitrio predicto prouiderũt qs certã partẽ dictarũ centũ libraru officiales cãpiones bladi cõmunis Perusij tenerent, z deberent dare. z soluere in dicto rẽpore, prout in ordinamento p dictos Priores, z Camerarios facto, quod premittit, plenius continet. Post quod ordinamẽtum dicti domini Priores, z Camerarij fecerunt aliam prouisionem, videlicet quod officiales Cõmunis bladi Perusij dare deberent pro dicto opere dicte ecclesie sancti Francisci bladũ prout in dicto ordinamento, plenius continetur. Modo queritur, vtrũ domini Priores, z Camerarij potuerũt facere vltimum dictũ ordinamentum, vel nõ, cum dicat qs prouidendo semel, non potuerunt secundo. Item si, z in quantũ secundum ordinamentum facere non potuerũt, q̃ritur vtrum sit aliqua via, per quã dicti Priores, z Camerarij possint habere dictam pecuniam. C In nomine Domini Amen. Visis puncto predicto, z reformationib⁹, de quib⁹ in eo fit mentio, dicendum est quod dicti omini Priores, z Camerarij potuerunt facere dictum vltimum ordinamentũ. †Nam ipsi habuerunt potestatem prouidendi, z executioni mandandi. z faciendi solui, z cõuerti ad dictas causas, vt ỏ. narratũ est. Unde constat de iure, quod sicut
a aliud est sententiare, aliud sententiam executioni mandare: ita aliud est prouidere, z ordinare, z aliud, puisa, z ordinata executioni mandare, l. executorem. C. de executio. rei iud. Si igitur dicta ordinamenta bene aduertantur, primum ordinamentũ factum p Priores, z Camerarios respicit primat partẽ, scilicet, qs prouiderunt q̃ tãta pecunia expendatur in dictas causas. Item, in dicta reformatione tetigerunt, que respiciunt executionem, scilicet quod officiales campiones dare teneantur, ꝛc. Secundum vero ordinamentum circa executionem tantum loquitur, scilicet quod illa pecunia detur in frumento, cum frumen-
2 tum vendi non possit. †Nunc ad propositum, licet contra sententiam, seu ordinamentum, qui semel iudicauit sit functus officio suo non circa executionem ille cui cõmissa est executio, si executionem incipit vno modo, z illo non potest de facili executionẽ perficere, recedit ab illo modo cepto, z assumit alium modũ in aliare, nec enim est functus officio suo, nisi cum executio est perfecta quod patet, quia qui cepit in executione vnam rem, z in illa non põt fieri executio sine controuersia dimittit illam z aliam assumit: vt ff. de re iudi. La diuo pio. ỏ. si super reb⁹. ibi, sed illud debet. Itẽ. si incipit vendere, z emptorẽ non inuenit: postea dat in solutum: vt ead. l. ỏ. si pignora Item in proposito. cum frumẽtum non posset vendi, dat ipsum irumentũ in solutum in dictã
3 causam †Itẽ si executio incipit a mobilibus: si illa non reperiãtur sufficientia, licita est deuenire ad mobilia: z postea ad nomina vt l. ea, ỏ. in vẽditione. Ratio est, qz nõ sunt functi officio suo donec de facto exequentur. Concluditur ergo dictos Priores z Camerarios potuisse circa executionem predictã semel, z plures, z quoties opus fuisset facere dicta ordinamẽta: donec executio fuerit perfecta, ꝛc. Ego Bar. de Saxoferrato ita cõsulo. Et quod predictum est ỏ. consuluimus nos Francis. de Tigri. z Ange. de Amelia.

ADDITIO.

a Th. D. Sicut aliud. Vide Bar. in consilio centesimo decimo. z ibi scripsi.

CONSIL. CXL.

Si statuto cauetur q̃ quarta pars cõdemnatiõis debeat proximiori consanguineo occisi: an debeat ista quarta pars condemnationis proximiori forensi.

1 Statutum disponens quod idez ius seruetur forensi, quod seruatur in terra sua, est factum contra forensem.

a Quidam de Narnia fuit occisus in castro plebis, z occisor fuit 2dẽnatus, z solvit condemnationem. Queritur, cum ex forma statuti quarta pars cõdemnationis debeatur proximiori consanguineo occisi, an si proximior consanguineus sit forensis, debeatur ei quarta predicta. † Item statuto, quod dicit
1 quod idem ius seruetur forensi, quod sit in terris eorũ nostris castellanis, ad quod sciendum est, quod dictum statutum est fa-
b ctum contra forenses, non in eorum fauorem b. quod patet ex sequentibus verbis statuti, z probatur in l. prima. ff. quod quisque iuris. in simili. Aut ergo in terra, vnde est talis forensis, est tale statutum, quod si hic seruaretur, esset magis fauorabile ei, quam statutum huius terre, z non seruabitur sibi: quia statutum non est factum ad hoc, vt dictum est: aut est minus fauorabile, quam sit istud, z tunc illud seruaretur. Nunc ad propositum, si cuidaz in terra illa, vnde est forẽsis, imponitur pro homicidio facto in forẽsi pena iuris cõmunis, vel alia corporalis: z tunc istud statutũ magis est fauorabile illi p proximiori cõsanguineo interfecti: quia maior vindicta, z maior sa-

tisfactio sibi fit pro homicidio, cū quelibet pena corporalis sit maior quam pecuniaria. l. in seruorum. ff. de penis. & ideo tunc ista non est seruanda p ¶ Potestatem Castri plebis, sed seruabitur pena statuti ipsius castri, q̄ minor est. & hoc casu cōsanguineus habebit quartā condemnationis p̄dicte. Si vero in dicta terra vnde est forensis, imponit pro homicidio facto in forēsem pena pecuniaria, sicut hic, tūc forēsi, primiori cōsanguineo ita debet quarta sicut in eius terra debet forensi, non aliter. Si vero nihil cōstat de statuto, tūc statuta cū sint stricti iuris, nō p̄sumūt, nisi p̄beat, vt in c. licet Roman⁹. de cōstit. lib. vj. Et sic p̄sumetur q̄ vbi seruetur ius cōmune, & non deberet proximior habere quartā condemnationis, &c.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Quidā. De isto consilio vide bar. in l. j. in fine. ff. de publicis iudicijs. & ibi vide apostillam vltimam.
B. L. ¶ Videte que. s. ad fin. consil. cxxxij. posita sunt, q̄a idē tenet q̄ hic.

b ¶ Non in eorū fauorem. No. quod dicit Bart. q̄ statutū disponens q̄ idē ius seruetur forensi quod fit in terris eius ipsis statuentib⁹, est factū in odium forensium, & cōtra forenses. qō no. pro statuto pisauri, & habui alias de facto &c. Adde, qō ad dicta p Barto. hic. de statuto q̄ pro homicidio debeat imponi pena pecuniaria: quod si potestas non obstāte dicto statuto fecerit de capitali aliquem. q̄ ipse similiter in syndicatu est decapitandus nec inuabitur ex beneficio dicti statuti, secundū bar. in l. j. in fine principij. ff. q̄ quisque iur. & ibi sequuntur Angel. & Bode. & dicit ibi Fulg. ita alias fuisse obseruatū, & vide bal. in rubr. C. de pena iudic. qui male iudicauit.

CONSIL. CXLI.

Si statuto cauetur q̄ decedenti ab intestato sine filijs, in bonis paternis succedūt p̄pinquiores ex linea paterna. & in maternis ex linea materna, tūc si pupillus decedit viua matre, an veniāt agnati, primi in bonis paternis, vel maternis.

1 ¶ Statutum loquēs de intestato, an habeat locū in pupillo.
2 Communis vsus loquendi, & intellectus prevalet omni proprie significationi.
3 Substātiua duo, vel adiectiua neutraliter posita, sunt copulatiua in quolibet, & per se verificantur.
4 Viua matre quis potest habere matrimonium.

a Statuto a Urbis veteris cauetur, q̄ si quis decesserit sine liberis, primiores ex parte patris succedāt in patrimonio, primiores ex parte matris succedāt in matrimonio. Modo quā pupill⁹ decessit viua matre. Queritur quis preferat in bonis paternis, vel maternis, vel primiores ex parte patris vel matris.

1 † In questione ista primo facit dubiū, quia pupillus non est in
b testat⁹, b vt ff. de suis & legit. l. j. in prin. & Institut. de hereditat. q̄ ab intest. defer. in prin. & sic statutum non vendicat sibi locū quia debet intelligi secundū propriam significationem. Respondeo, q̄ communis vsus loquendi, & cōmunis intellectus hos p̄ intestatis accipit, vt d. l. j. de suis & legit. & Institut. de heredit.
2 que ab intest. deferun. in princi. † qui cōmunis vsus loquēdi, & intellectus, prevalet omni ꝓprie significationi, l. libro⁹ n. §. q̄ tamē Cassius. ff. de lega. iij. & ibi no. & lcū de lamoris. §. annam. ff. de fundo instruc. & de supellect. legat. l. Labeo. Secundo dubitat, q̄a statutū videtur requirere t̄q̄ ille, qui decedit, habeat patrimonium, & matrimonium: sed viua matre non dicitur habere matrimonium, prima facie: ergo &c. Vnde respondetur, quod viua matre potest habere matrimoniū vt infra dicetur. † Sed
4 huic dubitationi respondetur, quod vnum sufficit: quia duo subst̄antiua vel adiectiua neutraliter posita sunt copulatiua in quolibet p̄ se principaliter: ergo in quolibet per se verificantur. l. ea tū. ff. de lega. iij. & l. q̄ concubinā. in prin. j. eo. tit. & l. falsa. §. fi. de condi. & demonstr. Nec obst. l. si heredi plures. de cōdi. instit. q̄a ibi copulātur accessorie hic principaliter, ergo &c.

ADDITIONES.

g Th. D. ¶ Statuto. Adde Bart. in consilio centesimo trigesimo octauo. incip. hec est copia vbi idē cōsuluit q̄ hic, & de isto cōsilio meminit domin. Alex. in l. prima in addi. Bar. in apost. magna, & ibi scripsi. ff. de suis & legi. in consil. septuagesimo nono: in sexto volumine incip. Francisc⁹. & Benevenuta vbi plene examinat doctr. bar. hic & do. pe. phil. Lor. in l. generalit. C. de instit. & substi. sub condit. fa. vbi alle. Bart. hic, & in alijs pluribus consilijs, & inquantū Barto. hic disputat, an pupillus dicatur intestatus decedere, adde quod Bal. consuluit, q̄ pupillus nō dicitur propriē intestatus licet intestabilis, & aliter tenet quam Bartol. hic.

b B. L. ¶ Intestatus. Vide Rom. consi. cxxij.

CONSIL. CXLII.

¶ Si statuto episcopi cauetur, q̄ executores testamentorū exe

quantur testamēta intra annum, & postea non se possunt intromittere, an executor dat⁹ ad declarandum voluntatē defuncti potest declarare voluntatē post annum, q̄ sic. Item, quis proprie dicit executor. Itē, an dict⁹ executor potest declarare tali modo q̄ non debeatur quarta episcopo, secundum. c. fi. de testa. Itez, an dicta constitutio liget executores, q̄ sunt extra diecesim constituentis, & alterius diecesis.

1 ¶ Executor est ille, qui voluntatem certam, & declaratā ad effectum producit.
2 Fratres minores prohibiti esse executores vltimarum volūtatum an possint dare consilium, & voluntatem declarare.
3 Canonica portio non debet de his, que soluuntur pro ornamētis & fabrica.
4 Constitutio non ligat ignorātes nec existentes extra diecesim.
5 Declarandi seu arbitrandi ius durat post tempus statutum.

a Constitutione a Camerin. episcopi cauetur, quod quilibet si deicōmissarius ad pias causas ordinat⁹, studeat vo luntatē defunctorum, & procuret executioni mandare intra annū a morte testatoris: alioquin anno trāfacto executoris officiū propter ipsorū negligentiā ad ipsos nolumus pertinere, nec a dicto tēpore in anno sequenti, in ipsa executione se nullatenus intromittant, & ad nos ipsa executio deuoluatur, caueant tamē fideicōmissarij executores vltimarum volūtatum, & heredes defunctorum, q̄ canonicam portionem nobis debitā de relictis, & relicta nobis facta alicui nō persoluāt, & dent, nisi nobis, vel nunctijs nostris p nos ad hoc specialiter deputatis. Et predicta mandamus obseruari ab ipsis fideicommissarijs, & executoribus, & heredib⁹ defunctorū, sub pena excommunicatiōis: & si in eo secus fecerint, nihilominꝰ volumus nobis de eorum proprio ad predicta teneri, &c. Demum accidit q̄ Lecus Dioteſalue de villa Collene districtus Saxoferrati Camerinū. Diecesis condidit testamentū, & Bonoñ. Jacob. de Saxoferrato Nucerine diecesis, suum heredē fecit, & fideicōmissariū, & cetera alia sic disposuit. Itē voluit, & iussit, q̄ per suum fideicommissarium distribuantur de bonis suis, p̄ ipsius anima, & etiā p animabus suorū parentum defunctorū centū libre Ravenn. ibi & vbi melius, & vtilius videbit ipsi suo fideicommissario ad ipsius arbitriū, & volūtatē cōputatis in ipsis centū lib. relictis in dicto testamento declaratis vt in dicto testamēto plenꝰ cōtinetur. Demū accidit q̄ dictus Bonoñ. post annum a morte testatoris declarauit suum arbitrium, & voluntatem esse quod septuaginta quinq̄ lib. de supra dicta summa dent pro anima dicti testatoris, & suorum parentū fratribus minoribus de Saxoferrato p ornamentis, & paramētis, & cōtinuatione loci predictorum fratrum, & dictam quantitatē syndico dicti loci soluit ex causa predicta, vt hoc constat plublicis instrumētis. Huic Lupinus heres predicti Bononiensis molestat⁹ a Vicario Bon. Episcopi Camerin. dicentis, q̄ vigore dicte constitutionis post annum dictus Bononien. non potuit declarare, nec soluere, et si soluit iterato teneatur soluere Bo. Episcopo. Modo quer. t, qd iuris. Et dico saluo saniori cōsilio, dictū Bon. potuisse post
b annū suam voluntatē, & arbitriū declarare, b & si soluit, iterato Camerin. Episcopo soluere non teneatur. Hoc esse verum ostendo iuribus pmultis. Ad predictam veritatem inuestigandam primo oportet videre, qs sit ille, qui de iure vocatur executor.

1 ¶ † Ad hoc respondet, q̄ executor est ille, qui voluntatē certā, & declaratā ad effectū producit, casus est C. de executo. rei iudicate. l. executorē. ergo ex ista diffinitione, ali⁹ est act⁹ exequēdi, alius est actus declarandi. Sicut enim ali⁹ est actus sententiandi, & alius est act⁹ sententiam exequendi, vt dict. l. executorem. & ff. de re iudi. l. a diuo pio. in prin. ita est diuersus act⁹ declarandi cui, & qualiter debeat legatum, de quo actu loquitur. ff. de legat. ij. l. prima, & l. cū quidā. in princ. de lega. iij. l. fideicommissa. §. quanq̄. cum similibus ab actu exequendi, de quo loquitur p̄sens constitutio Bo. Episcopi Camerin. † Preterea, hoc
2 manifeste colligitur ex capitul. exiui de paradiso. de verborum significationib⁹. in clemen. in quo licet fratres minores prohibeantur esse executores vltimarum voluntatum: tamen eis p̄mittit dare consilium, & suam voluntatem declarare, cui, & qualiter persoluantur. Cum ergo ex predicta constitutione solūmodo actus exequendi post annum sit interdictus, & act⁹ declarādi voluntatem defuncti remanet sub dispositione iuris communis, vt ff. soluto matrimonio. l. si cum dotem. in princip. & ff. de libe. & posthu. l. commodissime, maxime cum iste cōstitutiones, et ista statuta extensionē nō recipiant, vt ff. de exer. l. j. §. si is qui nauem, & ff. qui. & a quib. l. pfecit. circa principiū, cum simlib. Sed de iure cōmuni illud est, quod iste actus declarādi cui debeat legatum, debet impleri statim cū potest: alias est in mora tamē illa mora potest purgari vsque ad illud tēpus, quo heres

conueni

cõuenitur pro illo legato in iudicio. ita intelligitur ff. de leg. ij. l. cum quidã. & ita intelligitur ibi gl. cui acquieſcit Dy. & hoc colligitur clare ex tex. dum dicit, ſi vno petente iam eligere nõ põt cui det, &c. quaſi innuit, qõ ante petitionem poſſit eligere: ſz iſte Bon. elegit anteq̃ pro iſto legato conueniat, ergo, &c. Et ſi dicis, licet potuerit declarare, tamen non potuit ſoluendo exequi poſt annum: Reſpõdeo, nõ eſt verum. nam dictus bo. habebat duplex ius exequẽdi: vnum ius, q̃ fideicommiſſarius, & executor, iſtud ius videtur tolli poſt annum per oſtẽſionem. nam ſi quis verba dicte cõſtitutionis bene inſpiciat, non prohibet hedẽ ſoluere legata illis perſonis quibus derelicta ſunt, niſi ad canonicam portionẽ Epiſcopo debitã de relictis, & relicta ipſi epiſcopo. Item, epiſcopo de dicto legato non debetur legitima, ſeu canonica portio[a], vt probabo, ergo, &c. Hoc ſic, pbo, canonica portio nõ debetur de bis que relinquuntur in ornamẽtis, ſeu pro eis, ſeu pro fabrica, vt extra de teſtamẽtis, c. fi. Sed hoc eſt relictum in ornamẽtis, & fabrica, ergo, &c. Et ſi opponis imo eſt relictum incertum, cum teſtator hoc nõ declarauit, reſpond. cum Bono. hoc fecerit ex poteſtate ſibi conceſſa[c] per defunctũ, ipſe defunctus feciſſe videtur, vt C. de ve. iu. enucl. l. j. §. omnia. & declaratio per dictum Bono. facta, videtur inſerta in dicto teſtamẽto, vt C. de condit. inſtitu. l. inſtitutio talis. Sic ſi apparet manifeſte quod dictus Bono. potuit ſoluere dictis fratribus. ¶Preterea, conſtitutio epiſcopi non habet vigorem extra ſuas dieceſim, vt extra de conſtitut. c. ij. libr. vj. Sed iſte Bono. & eius heres eſt Mucerine dieceſis, non Cameri. vt ſ. dictum eſt: ergo dicta conſtitutio eum non ligauit. ¶Potuit ergo poſt annum licite facere de iure commum. ¶Preterea, conſtitutio Epiſcopi nõ ligat ignorantes dictam conſtitutionem d. capitu. ij. & eam potuit licite ignorare dictus Bono. quia erat de alia dieceſi, ergo poſt annum licuit facere non obſtante conſtitutione predicta.

5 Sed cõtra predicta fortiter oppomitur, & videtur, q̃uod de iure communi perdatur poſt annum iſtud ius arbitrandi, & ſuas voluntatem declarandi, cõceſſum a teſtatore ſuper legato, vt C. commu. de leg. l. j. & ij. §. ſed & ſi quis. Primo, quandocunque legatum eſt certum: q̃ certa eſt res, vel quantitas relicta: ſz nõ eſt declarata perſona, cui debeatur legatum, ſed eſt poſita in arbitrio alterius vt eſt in qõne noſtra, & tũc electio dicte perſone durat vſq; ad illud tempus quo heres incipit pro legato in iudicio conuenire, vt ſ. dixi. Mõq; eſt econuerſo: q̃ certa eſt perſona, cui legatum relictum eſt. Sed res legata non eſt declarata, ſed eius electio eſt poſita in eius arbitrio, & tunc habet locum. §. ſed & ſi quis. & ita dicte leges debent intelligi, &c. Et ſic dico ego Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. Cõſtitutione. Adde bart. in l. cum quidam. in fi. ff. de leg. & ſcio. vbi memmit de hoc conſi. & vide Alex. in l. ciuitatib[9]. in additio. barto. ff. de lega. j. vbi allegat barto. hic, & apoſtillam in l. quinquaginta. C. de excuſ. tut. in additionibus bartol. & vide pleniſſime per domin. Andr. barbat. in c. nos quidem. de teſtamen.

b Declarare. Oſtenſo, quod datus eſt ad declarandum voluntatem defuncti executor, remanebit cõfirmata conſultatio bart. quod dictus executor poſt annium non poterit declarare, & per conſequens ad dieceſanum ſpectabat diſtributio. Ad q̃ demõſtrandum dico, quod non ſolum executor dicitur, qui voluntatem certam & declaratam ad effectum producit: ſed etiam qui habet aliquid adimplere, vel expedire nutu teſtatoris, dicitur executor. declarando ergo erit executor, hoc probatur per text. in auth. licet. C. de epiſcopis & clericis. & in corpore vnde ſumit, & ita tenet ad ſpecu. Joannes Andr. in tit. de inſtru. edit. §. nũc aliqua. in princip. Joannes de Lig. in tractatu ſuo executorũ, bald. in d. l. executorem. per c. cum in tua. & c. Joannes. & ita tenet Angelus conſilio ſuo. xciij. incip. quoniam nihil. vbi dicit q̃ ſemper in hoc tenuit contra bar. Non obſtat modo d. l. executorem, dicit Ang. quia alius tractatus eſt, & tractatum diuerſitas tollit contrarium. & ex vno ad alium nõ infertur propter diuerſitatem nature, & hoc etiam videtur eſſe de mente bal. in d. l. executorem. ſi ergo dictus bononiẽ. erat executor elapſo anno, non poterat plus declarare, vt eſt tex. in d. & tua. & c. nos quide. & per conſequens ad dieceſanum ſpectabat diſtributio, vide etiam de hoc Rom. qui tenet cum bar. conſi. ccxxviij. ſed petrus de Ancha. conſi. trecenteſimo octogeſimooctauo tenet contrarium.

c Exequendi. Vide bar. in l. executorem. C. de execu. rei iu. & in conſi. cxxxix. inci. ſtatuto communis peruſij.

d Canonica portio. Vide late Roma. conſi. cccclxxvij.

e Ex poteſtate ſibi conceſſa. Nota q̃ dicit bar. hic, & adde bar. in l. vnum ex familia. §. j. ff. de leg. ij. & domi. Alex. in c. in cauſis. de electio. licet de barto. hic non faciat mentionem. & plene per Fel. in c. cum R. canonicus. de offi. dele. & ibi ponit, an nominatus in mandato alterius dicatur nominatus a mandante.

CONSIL. CXLIII.

Si filius ſpurius preſbyteri dimittit filio ſuo legitimo tutorẽ patrem ſuum in teſtõ, non põt eſſe tutor, nec etiam ratione cognationis, nec agnationis.

1 Sacerdos an poſſit eſſe tutor teſtamentarius nepotis ex filio ſpurio ſuo.

2 Sacerdos an poſſit & valeat aſſumere tutelã ſui nepotis, ex ſuo filio ſpurio.

3 Succeſſio nulla eſt inter ſacerdotem, & ſuum filium in ſacerdotio conceptum.

a **Paulus**[a] filius do. Gualterij preſbyteri poſt ſacerdotium gentius condidit teſtamentum, in quo ſuum filium petrucij pupillũ ſibi fecit heredẽ, eidemq̃z dictũ dñm Gualterium tutorẽ reliquit, queritur an dictus dñs Gualterius poſſit eſſe tutor. Et dico dictum dominus Gualterij tutorẽ eſſe non poſſe. Hoc ſic oſtendo. ¶De iure permittitur preſbyteris, diaconis, & ſubdiacõis ſuſcipere tutelã legitimã tantum, que eis defertur iure agnationis, vel cognationis, vt C. de epiſ. & cleri. auth. preſbyteros. poſita ſuper l. generaliter. eo. ti. tutelam aũt datiuã, & teſtamentariã ſuſcipere

b nõ poſſunt, vt no. in auth. de ſanc. epiſc. §. Deo aũt amabilis.

2 & §. ſeq. ¶Eſt ergo videndum, an dictus preſbyter iure agnationis poſſit dictã tutelã ſuſcipere? Et certe cum dict[9] ſuus filius fuerit vulgo conceptus, vt ff. de ſta. homi. l. vulgo. & ibi expreſſe ponitur exemplum de filio ſacerdotis. Sed vulgo conceptus nullã agnatũ habet, vt inſti. de leg. agna. ſuc. §. vulgo. Cognatum cõſtat eum nõ eſſe, cum iura cognationũ a matre veniãt, vt d. §. vulgo. per que patet, quod dictus pupillus nõ eſt dicto preſbytero agnatus, neque cognatus: ergo eius legitimam tutelã nõ pot ſuſcipere. ¶Preterea, tutela legitima defertur, ſicut hereditas, vt

3 ff. de legi. tu. l. j. ¶ſz inter ſacerdotẽ, & ſuum filium in ſacerdotio conceptũ nulla ſucceſſio ẽ, in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. pe. vbi glo. expreſſe ponit de filio ſacerdotis. Facit extra, qui fil. ſint legitimi. c. per venerabilem. in fi. ¶Preterea, preſbyteri non debẽt procurationes ſuſcipere, nec debent pro extraneis in ſecularibus iudicijs intereſſe, vt extra ne cleri. vel mona. c. i. & ij. Sed cũ dictus pupillus quo ad dictum preſbyterum ſit extraneus, ergo, &c. Et ita videtur mihi Barto. de Saxoferrato, ſaluo ſemper meliori iudicio, &c.

ADDITIONES.

a Paul[9]. Huic cõſultationi addite, que voluit do. Benedi. de Plum. inter conſi. Angeli, conſi. cccliij. quod incipit, ¶Petrus Paulus. & conſil. ſequenti. per Angel. allegantem in fin. quoddam conſilium Dy. dicentis, quod ſpurius nullam cognationẽ vel conjunctionem habet ex parte patris, vide etiam Ang. cõſ. cxxx. & cxcj.

b Tho. D. Cſuſcipere non poſſunt. vide bal. in conſil. ccxiij. in j. vol. quod incipit, in queſtione iſta. & ibi ponit, an laicus poſſit eſſe tutor legitimus ſacerdotis, vel clerici: & qs inde habebit talẽ tutorem, & vide ang. de aret. in §. ſed hoc iure, Inſt. de atti. tu. & bald. in auth. preſbyteros. C. de epiſco. & cler. & bart. in l. legitimos. §. fi. ff. de legi. tut.

CONSIL. CXLIIII.

Si quis der dat curatorẽ furioſo nõ ſeruata forma l. de creationib[9]. C. de epiſco. aud. & l. fi. C. de Cur. fur. nihil valet q̃ agit, excepto quod epiſcopus non debet interuenire, nec primates, cum hoc non habeat conſuetudo, ergo, &c.

1 ¶Lex que communi obſeruantia non eſt recepta, non habetur pro lege.

2 Liber Inſtitutionum an fuerit compoſitus poſt Codicem Juſtinianeum.

a **Videtur**[a] cõmunis Aſſiſij dedit curatorem cuidam furioſo non ſeruata forma l. de creationibus. C. de epiſ. aud. & l. vlt. C. de cur. fur. Queri-

1 tur, an d. datio valeat? Et dico, q̃ ſolẽnitas dictarũ legum debeat ſeruari ab omnibus, preterquã in eo quod dicit in eis de preſentia epiſcopi, & triũ primatũ. iſta enim ſolẽnitas,

b vt puto, de neceſſitate ſeruari nõ debet. Primo, q̃ cõſuetudo ſic ſe hz & vſus illas obſeruãtias nõ approbauit. ergo omiſſus nõ vitiat. l. j. in fi. de ven. inſpi. & de legi. l. de quib[9]. in fin. & q̃ no. extra de treu. & pa. c. j. Preterea, poſito q̃ de conſuetudine nõ appareat, hoc pro bo per §. furioſi. inſti. de cur. fur. vbi ſoli preſidi hoc permittitur, & ſic per illam legem non requiritur preſentia epiſcopi, & conſtat ¶quod liber inſtit. fuit factus poſt Codi-

2 cẽ, c vt apparet ex proe. inſti. ergo illi tanquam poſteriori ſtabimus. l. ſed & poſteriores. de legib. Nec obſt. ſi tu diceres, q̃ i Codice fuerũt poſite quinquaginta deciſiones poſt quam liber inſtit. fuit compoſitus ego enim dico, quod ille leges, ſcilicet, l. de

de creationib⁹.z l.fin.de cur.fu.nō sunt de illis quinquaginta.Et si tu dicis Ş.debes p̄obare:z si nō.p̄bas.succūbis,arg.eius, qđ no.p gl.ff.de neg.gest.l.eū actū.circa fi.z ff.de ope.no. num.l. non solū.§.fz z p̄obari.Sz si cōstaret illas esse de quinquaginta de cīsionibus,nec apparet de Ẏta consuetudine diceré vitiari,nisi ipsōrum p̄sentia interesserit,vt in auth. hoc ius pozrectum. C.de sacrosan.eccl.z ff.de exer.l.j.§.si plures. Alie vero solēnitates illarum legum,si essent omisse,puto qđ vitiarent.ff. de tut.z cur.da.ab his.l. tutor si fuerit petitus,&c. Bar.

ADDITIONES.

a Th.Ð.C Judex. Adde qđ de hoc cōs.meminit idē bar. in l.fi. §.fz antiquitas.C.de cu.fu.z istud cōsi.sequit̄ d.Frā.de Are.in cōsi.inci.procedēdū.z in consi.cīuīj.inci.cōsultatio p̄posita.z d.Alex.in cōsi.cxxxij.in j.vol.inci.visa facti narratione.z in cōs. xxxix.in iij.vo.inci.visis z consideratis.vbi ponit plures cōcor. Jas.in l.rem non nouam.C.de iud.z Fel.in c.j.in iiij.col.z seq.de treug.z pa.quibus adde Alex.de Imo.in consi.lxxviij.in vj.vo. inci.dicitur prima.

b C Cōsuetudo. No.qđ ōt bar.hic,qđ ẽquis l.fi.C.de cur.fur.requirat.quod qñ datur curator furioso,adsit p̄sentia episcopi, fz qz istud non est moribus vētum receptum.vz sine licentia episcopi,vide Jas.in d.l.rem non nouam.C.de iudi.

c C Codicē. No.qđ Bar.hic vult,qđ liber Cod.fuit factus añ li. institutionū,fz postea fuerūt addite quinquaginta decisiones. Tñ aduertēdum puto,qđ scđa cōpilatio Cod.fuit facta post li. institutionū,fz prima compilatio fuit facta añ §.z cum sacratissimas.z ibi gl.in p̄oe.insti.z ē tex.in l.meminimus.C.de legi.he. z l.j.C.de vet.iur.enucl.per que iura Jac.de Ra.in d.§. z cū sacratissimas,probat scđam editionē Codicis fuisse factā post insti.z iō si aduersarentur adinuicem,dz stari magis lib. Codi.ẽ lib.insti.vbi in illis casibus in lib. Insti.fit mentio. Dixi plene in trac.mes.de p̄stantia do.in ix.lib.de clarīs.iurīs.in Justinia no qui cito dabitur impressoribus.tamen Bar.hic est alterius opi.z dicit,quod standum est lib.insti.tanquam vltimo qz primus Codex fuit primo factus,z postea fuerūt addite quinquaginta decisiones per Justinianum.z si non constaret qđ sit de illis quinquaginta decisionibus staretur libro institutionū:quare cogita.

CONSIL. CXLV.

An valeat tutoris datio facta a iudice nō precedēte inquisitione. Jē,an valeat qñ tutor nō est eiusde originis pupilli,vel domicilij. Jtē,si mater est tutrix,z dicit se velle transire ad scđas nuptias,an auia p̄feratur alijs agnatis legitimis, vel tutori a iudice dato. Jtē,mulier dicens se velle transire ad scđas nuptias desinit esse tutrix statim antequam transeat.

1 C Tutoris datio an valeat,licet non p̄cesserit inquisitio,si aliud iuridicum non obstitit.z nu.2.

3 Auia negligēte,si est datus tutor ad instantiā matris transeūtis ad secunda vota,valet datio tutoris.

4 Mulier asserēs se trāsire ad scđa vota,desinit statim esse tutrix.

a **Factum sic se habet**, a Quidam noie Bonogādus districtus Ruceri,decess.t intestatus sup stitibus Thomasino z Raynaldutio filijs eius z vxore p̄gnāte relicta que post mortē eius peperit q̄dam filiā, que decessit impubes:vtor dicti Bonogādi post mortē sui vxoris, z natiuitatē dicte post hume assumpsit tutelā dictorū filiorū, videlicet,Thomasi.z Raynald.z tutelam eorum administrauit per duos annos ante nuēctarij confectionē,nunc post mortē dicte posthume comparuit coram iudice ducalis curie,asserēs se velle ad secūda vota trāsire:z renūciauit dicte tutele,z quendaz de Assisio petijt dictus filius ordinari in tutorē,qui,vt dicitur, fz non sit certū esse futurum suum virū,qui iudex auditis petitione,z renūciatione per dictū p̄fatū de Assisio,qui vocatur Thonus,ibidē p̄sentē decreuit,z ordinauit tutore nulla inquisitione precedēte. Modo queritur,nunquid talis datio valeat.ex quo inquisitio nō p̄cessit.Secūdo cū dictus Thonus sit de Assisio oriundus,z ibi habeat domicilij,z in ciuitate Ruceri na non habeat domū,neq; domicilium,licet iam sint vndecim mēses quod fecerat se facere ciuē dicte ciuitatis:non tamē p̄ozpter hoc trāstulit domicilij,z habitationē:imo in districtu Assisij traxit z trahit morā:nūquid possit esse tutor dictorū pupillozū. Tertio,cuz dicti pupilli habeāt auiā maternam,que post renunciationem matris dictorum pupillorum, z dationem factam de dicta tutela,petijt dictorum pupillorum nepotum suorum tutelam sibi deferri,nunquid posito quod Thonus fuisset cum inquisitione datus, dicta auia sit de iure p̄ferenda tam dicto Thono,quam etiam alijs consanguineis. Jtem,posito quod dicte auie dicta tutela non deferatur z debeat dari datiuus cum inquisitione. nunquid dicta inquisitio debeat fieri inter agnatos, z cognatos, z vitricum pupillozum inter alios agnatos,si cognatus potest reperiri idoneus,nunquid ille potius sit dādus,z sit alijs p̄ferendus. Jtem,mulier sic trānitura ad secunda vota,vt asseritur,que fecit alium ordinari anteq̄ transeat,desinat esse tutrix. C† Ad primum cum queritur, an 1
b valeat tutoris datio,fz nos p̄cesserit inquisitio,si aliud iuridicum non obsistit:nō.quod valet:qz nulla lege cauetur, qđ dēat inquiri,sed est differentia quo ad satisdationem p̄standam,an sit datus cum inquisitione.z nō satisdat:an sine:z satisdat. arg. eozum que no.insti.de satisda.tuto.§.penul.z C.de tut. z cu.qui satis non ded.l.j.z ij.z ibi no.per gl.z Bod.Certum est q̄ nomina debitozum possunt dari in dotem z dotis esse,vt ff.de condi. ob cau.l.qui se debere.z l.si donaturus.z ff.de iu.dot.l. debitor,

2 C† Ad scđm dico,qđ indubitanter vz tutoris datio. Nō enim
c requiritur,nisi quod sit subiectus ratione originis pupilli, vel domicilij.l.j.C.vbi pe.tu.sed per consilium potuit hoc fieri,vt l. edificia.ff.de ver.sig.quare,&c.cum p̄supponatur in puncto q̄

3 factus sit ciuis.† Ad tertium[a] cum queritur,an cum eo tempo
d re,cum datus fuerit tutor alius,matre volente transire ad scđa vota,supererat auia,an ipsa debeat ei p̄ferri qui datus ē? Ad hoc dico quod gl.sunt contrarie loquentes de matre,z eodē modo intelligo de auia. Vna gl.est.C.qñ mu.tu.offi.fungi,pōt.l.fi. Alia est in l.tutor si fuerit petitus.ff.de tu.z cu.da.ab his. p̄o quarum gl.varietate tuenda, dico quod si auia non fuisset negligens,quod tutoris datio teneret:secus si fuisset negligēs, vt in casu quęs.nostre,in qua nulla fuit negligentia:sed incontinēti matre declarante intentionem suam,datus fuit tutor, z tunc auia p̄fertur,sic reducuntur gl.ad concordiam.vt l.si maritꝰ. ff.de adul.Et ita sentit,z tz Jac.de Are.in d.l.si tutor fuerit petitus.z Bod.in p̄eal.l.fi.z maxime Bart.Sil.que est ipsa veritas. C Ad quartum,cum queritur an p̄feratur alijs agnatis auia:dico, quod sic,ar.eozum que not.in l.ij.C.quand. mul. tu.off.fun.pot.in gl.fi. Ad quintum non respondeo, qz respōsum est per p̄ima dicta in primo puncto. C† Ad sextum, cum
4 queritur quando mulier dicit se transiturā ad scđa vota,an desinit statim esse tutrix:respōd.z dico,quod sic.vt possit dari tutor alius,si legitimi nō supereēssent. Casus est in corpore,aut. de nup.§.fin autem tutela.in verſ.si vero.in fi.ibi,volēte. Et ita dico ego Bar.de Saxoferra. Jn quęs.p̄d.p̄out scriptū,est z consulū est in j.ij.iij.iiij.v.z vj.idē dico, z consulo per easdē rōnes, ego Frācis.de pisis. Super tertio fuerūt opiniones,qđ sunt alij legitimi post auiam,sed qñ post matrem venit auia,tunc sine dubio ipsa volēs,z non negligēs debebit esse tutrix,omnibus etiā alijs legitimis,z datiuis exclusis. Soli enim testamentarij ipsi auie p̄feruntur,vt in auf.matri z auie.C. quādo mu.tu.off.fun. po.z in corp,vnde sumitur. Unde in proposito istam auiam dico p̄ferendam,etiam si essent datiui, ipsa etiam p̄ferretur omnibus,&c.Ego Fran.de pisis leg.doc.in vrbe famosissima pisarum ita consului.

ADDITIONES.

a Th.Ð.C Factum sic se hz. Adde quod istud consiliū ē nu.xxxix.scđm ordinem perusinum,in prima parte iudiciorum.z incipit ibi, Jo.districtu Neuceri,z dicit dīs Alex.in aut. matri z auie,in addi.Bar.C.quand.mu.of.tu.fun.pōt.in fi. quod istud consilium non est Bar.sed domini Fran.Ligrini:tamen Bar, se subscripsit:tamē in rei veritate est Bart.est bene verū,quod dom.Franciscus se subscripsit, z ita inuem in pluribus lib.antiquis manu scriptis,z in isto consilio apparet de subscrip.domi.Francis.De isto consilio vide apost.in additionibus Bar.in l.j.C.de tutor.z cu.qui non satisd.z in l.tutor.ff.de tut. z cur. datis ab his.

b C Ad primum. Jnquantum bar.in primo dubio ponit, quod tutor nominatus a matre,licet nō fuerit datus cum inquisitione,tamen dicitur legitime datus.adde Bartol. in l. si quis sub conditione.ff.de test.tut,z in auth.sacramentum.in fin.z in aut. matri z aui.C.quando mul.tu.offi.fungi potest.cum cōcor.de q̄bus per Alex.de Imo.in d.aut.matri z auie,in vltim.addit.vb allegat consilium Bart.hic. Adde etiam Bal.in l.precibus.C de impub.z alijs subscriptis.z in consilio cclvij.inci. Casus super quo.z in consilio cclxiij.statuto p̄dicto,&c.z est responsio casus supradicti consilio,&c.z in ij.vol.consiliorum.z adde no.per Bart.in consilio cclvij.in questione,qua dicitur.z ibi scripsi.z Bal.in consi.clv.in ij.vo.z dixi in apost.in d.l.si quis sub conditione. An autem mater mortuo isto datiuo,petito ab ipsa,z nominato.z dato a iudice,poterit iterum petere aliud tutorē: dic quod sic,si est vnus tutor.l.fina.in p̄inc.ff.qui pet.tu.z in l.ij. §. quid ergo,si non omnes.ff.ad Tertyl.z si non petit,excluditur a successione,z ratio est:qz plenum consilium desideratur a matre d.l.ij.§.quid si non compulit.ff.ad Tertyl.z ibi plenius scripsi in addi.Bar.

Ad se

c ¶ Ad 6. vndum dubi. Vbi ratione originis vel domicilij, vide Bing. de Bre. in §. sed hoc ture. inst. de Attu. tu. & Sali. in d. l. j. C. vbi pet. tut. & cur. & ibi videas quis iudex debeat dare tutorē & curatorem, videlicet an iudex domicilij vel patrimonij, aut originis.

d ¶ Ad tertium. Adde Bal. in d. l. precibus. C. de impube. & ali. sub, vbi voluit si mater preuenit, & fuit dat⁹ tutor, si legitimi extant, & sunt meliores, iudex dz curatores adiungere. An aūt mortuo illi datiuo petito, & nominato a matre, & dato a iudice, potest iterum iudex dare tutorē illum, quem petierit mater, an vero alios, & legitimi preferendi, dic, quod ad legitimos peruenit. Idem tenet Bar. in d. l. si quis sub conditione. ver. quero, quid si datiuus. ff. de tes. tu. Et facit in casu pred. alia ratio, q̄ in datione istius secundi tutoris, mater est nupta. & sic est locus tutori legitimo, & non datiuo. Et not. quia fuit de facto in causa heredum clarissimi legum do. Bene. de Alex. & potestas pisanus, qui nesciebat leges, pronunciauit contrarium, sed postea admonitus infructuosq; reuocauit sniam, & esse locum legitimo tutori iudicauit: & Terentius panus huiusmodi pupillorum tutor constitutus fuit, &c. quid autem econtra, si datur tutor a iudice matre ignorante, an valeat datio tutoris. Vide bal. in d. aut. matri & auie. & Alexā. in consi. clxj. incipi. super j. dub. in j. vol. cum concor. de quibus scripsi in add. Barto. in d. aut. matri & auie.

e ¶ Ad sextum dubium. Adde bart. in aut. sacramētum. in pen. col. C. quando mulier ex tu. fun. po. & ibi Alex. in add. & bart. in d. l. si quis sub cond. ff. de tes. tut. & adde que scripsi in dicta aut. sacramentum. in ver. quero, an statim.

CONSIL. CXLVI.

Authen. ex causa. C. de lib. pret. hz locum qñ testator sciebat se preterire filium, secus si ignorabat. Unde tutor datus in tali testamento non vz si non confirmetur.

1 ☞ Rupto testamento preteritione posthumi, de quo testator sperabat, non legata, & alia non confirmantur.

2 Iudex, qui confirmat tutorem, & causa confirmationis non fuit vera an valeat.

a **VIso puncto** predicto, iurib⁹, & allegationibus in eo cōtentis, p

1 eius determinatione, † primo, est sciēdum, quod rupto testamento ex causa preteritionis posthumi, de quo testator non sperabat, relicta, & alia non confirmantur per aut. ex causa. C. de lib. preter. & in corpo. vnde sumitur, q̄ tex. in corpore loquitur de testatore, q̄ sciebat se preterire filiū, vel posthumum, si recte & diligenter intueatur, vt C. de test. mil. l. sicut. in probando hic non extendo me, quia longum esset. Remanet ergo, quod dictus Romanus est datus tutor in testamento predicto ruptor: vnde non pōt esse tutor, nisi confirmaretur particulariter, ff. & C. de confirman. tut. que confirmatio cum testator vixerit multis annis, dz fieri cum inquisitione que ponitur. ff. de confirma. tuto. in l. in confirmando, quod in propositā q. factum non fuit, nec iudici, qui confirmauit dictum testū, fuit p̄positum aliquid quod testū esset ruptum, vnde non pōt dici cōfirmatum, arg. C. de confir. tuto. l. neq;, & gl. inst. de tut. in prin.

2 videtur inclinare, quod non. † In contrarium videtur casus. ff. de confirmat. tuto. l. qui a patre, ibi, perinde ac si ex testamento, &c. Ita tenet Jacob. de Bre. & disputando determinauit Mar. Silimanus, Ita tz Ly. in d. l. neq;, & communiter omnes Mod. Dico igitur in questione proposita, quod per ea que facta sunt nullus pōt administrare legitime, sed iudex debet facere inquisitionem secundum formam d. l. in confirmando. & si reperiret dictum Romanum confirmandum, confirmet, & preferat auie predicte. Si vero non esset confirmandus, tunc auia remanet tutrix.

ADDITIO.

a ¶ Viso puncto. Q̄ materia istius consilij conuenit cōsilio cuidam inferiori, inci. Lapus Uannus. ideo erit videndum.

CONSIL. CXLVII.

Si duo sunt dati fideicōmissarij a testatore vna, an altero mortuo pōt alter exercere libere officiū, & concluditur q̄ sic. Item late de dictione vna.

1 ☞ Testator si facit fideicommissarium Titium vna cum Caio, an videatur voluisse eos simul, non separatim officiū fideicommissarie exercere.

2 Dictiones, vna, & cum, & dictio, & an inducāt simultatez, & quid significent.

3 Potestas alienandi in testamēto videtur repetita in codicillis.

a **Actum tale est** predictus dit⁹ fecit testū. & codicillos, vt supra, contigit q̄ post mortem dicti testatoris, dictus plāciolus Januelli su⁹ fideicōmissarius mortuus ē. Queritur, vtrum dicta domina Buta, vna cū dicto planciolo fideicōmissaria possit officium ipsius fideicōmissarie libere, & expedite exercere, & bona predicti testātis vendere secūdum formā testamēti. Ad predicta rūdetur, de iure dictā domina posse fideicōmissarie offiū libere exercere, & bona dicti testatoris secundum formam dicti testamēti vēdere: q̄ mortuo fideicōmissario officium remanet apud eam integrū, vt extra de testa. c. religiosus. in fi. libz. vj. † Sed hic possunt oriri duo dubia.

1 Primum, q̄ d. c. religiosus, dicit, nisi aliud a testatore sit expressum: sed hic videtur aliud expressum, cum dicit in codicillis, q̄ dictam dominam Butam faciebat fideicōmissariam vna cum dicto planciolo Januelli, &c. & q̄ dixit vna, videtur voluisse eos simul, nō separatim fideicōmissarie officium exercere. Respōde quod illa sumultas, in eo quod dicit vna, respicit actū dispōnendi factum a testatore, quasi dicat, semel ex vno actu facio talem, & talē fideicōmissarios meos, seu talem cū tali, q̄ idē impotar. primum de dictiōe vna, probatur C. de impub. & alijs subst. l. vlt. in prin. vbi p̄s quod idem est dicere, Titius vna cū Seio,

2 vel dicere, Titius, & Seius. † Sed de dictione, cum, & de dictione, & probat p̄tura vulgaria, vt l. Titie textores. §. nihil. de leg. j. & l. hii, cum illo. ff. de vsuf. leg. cū similibus. Preterea, nunquam p̄sumitur testatorem voluisse, vt vnus sine alio non possit, nisi hoc expresserit, l. si fuerit ita. ff. de manu. test. Secundo posset dubitari, an ptās alienandi, que fuit attributa dicto planciolo in testamēto, videatur repetita in personam do. Bute, cū in co-

3 dicillis, de ptāte vendendi nulla sit facta mentio. † Ad q̄ rūdetur, quod illa verba, vna cum planciolo, &c. sōm propriam, & veram significationem sunt repetitiua earum conditionum, & qualitatum, que in persona p̄mi fideicōmissarij apposite sunt qua si dicat, talem facio fideicommissarium, cum hac ptāte concessa tali fideicommissario. Hoc probatur per l. non putabam. de cōdi. & demon. Nec ob. finis illius legis, vbi videtur immere contra, q̄ illud speciale fauore libertatis, ne libertas incidat, vt ibi apparet in tex. & gl. De iure ergo communi est contra, vt ibi dicitur. Bar.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Factum tale est. Adde Bar. in consilio c. incipiē. factum. in 9. volumi. & ibi scripsi in addi. & vide Andream Barb. in l. si quis duobus. C. de impuber. & alijs substitut. in additio. Barto.

CONSIL. CXLVIII.

Si testator sciebat tutorem, quem dedit in testamēto, esse suū creditorem, vel debitorem, non propterea prohibetur a tutela, secus si ignorabat, per aut. minoris. C. qui tut. da. pos. & intelligitur alias, quam ex testamento.

1 ☞ Tutor testamentarius si est debitor, vel creditor an possit esse tutor.

2 Testamentarij tutores preferuntur matri, & auie.

3 Tutor testamentarius si excusaret se a tutela, perderet legatum sibi relictum a testatore.

a **Questio ista** in hoc p̄cipaliter reuoluitur, an aut. minoris posita. qui tut. da pos. habeat locū in tutore testamētario. Secūdo, an illud, q̄ ibi dicitur de creditore, habeat

1 locum in eo, qui est creditor ex testamento. † Circa p̄mum, quidam antiqui dicebant, quod illa auth. non habebat locum in tutore testamētario, q̄ eius fides est recepta a testatore, vt Justi. tu. de satisda. tut. §. j. & C. de episcop. audien. l. de creationibus sed gloss. in d. auth. minoris. tenet contra, per rationes ibi positas. Bul. de Cug. tenet contra ff. de pact. l. cuz in eo. per rationes quas. j. dicam. Item. do. Oldr. in ista materia ita distinxit, aut testator, qui dedit ipsum tutorez, sciebat ipsum esse creditorem, aut debitorez, & tunc potest esse tutor non obstante illa authentica, minoris. Hā fides istius tutoris est electa per testatorem, argumen. ff. de administrationibus tutorum. l. tutor qui re-

2 pertorium. ¶ Preterea testamentarij tutores preferuntur matri, & auie, in authentic. matri, & auie. C. quando mu. tu. offi. fun. potest, sed mater, & auia, nō prohibētur a statuto, licet sint debitrices, & creditores: vt in dicta authentic. matri & auie, & hoc verum, cum testator hunc sciebat tutorem quē dabat esse debitorem, vel creditorem, sed si ignorabat testator ipsum esse creditorem, vel debitorem tunc non potest videri electa, & approbata fides illius, vt ff. de confirmationib. tuto. l. in confirmādo. & isto casu est vera opinio glo. Et hanc opinionem ego semper tenui. Et secundum hoc in casu proposito, cum testator ipsum tutorē sciebat esse, vel futurum esse creditorez ipsius talis poterit esse tutor, & sic non potest ei imputari si tutelam gessit, nec per hoc

3 perdit legatum. ¶ Super secundo puncto. posito quod testamentarius tutor prohibeatur a tutela si est debitor, vel creditor, alias quaz ex dispositione testatoris facta in testamēto, vel

rodicillis, hoc est expressium per iura. que dicunt quod eo casu si excusaret se a tutela, vel cura, perderet legatū z sic habet nec esse gerere, vt legatum consequatur. ff. de excusa. tuto. l. Neseni nius. cum l. seq. Hoc etiam versus esse probatur per iura añ dicta. Nam ꝫ de iure antiquo distingueretur, an legatum erat relictum pro tutela, an non, tamen de iure nouissimo quocūq; iure relictum esset, si cessaret adimplere, quod iniunctum est, p defunctum, perderet legatum, vt in auf. de here. z Falc. §. his omnibus, z ibi no. per Jac. de Bel. Apparet ergo, quod huic tutori imponebatur necessitas gerendi tutelam, vt haberet tutelā, non autem excludetur a legato, quod gessit tutelam. Et ita videtur mihi. Bar.

ADDITIO.

a Th. D. ℂ Questio ista, Adde. qđ de isto cōsil. suo meminit idē bar. in auf. minoris debitor. in ver. quero, an ista auf. C. qui tuda. pos. vbi allega. se consuluisse. z inducit rationes p̄dict hic. z vide Bar. in consi. cxij. in secundo volu.

CONSIL. CXLIX.

Quando iudex sentētiat scām id, qđ relinquitur arbitrio suo, z si non deferat iuramētū in litē alteri parti, cui videt nō deferendū, nō propterea pōt ab eo appellari, z si appelletur z appellans non probat iniquitatē sniē, tunc iudex appellationis dz iudicare bñ sententiatū, z male appellatum, z condemnare victum victori in expensis, etiā in causa appellationis factis.

1 ☞ Executionem sententie qui petit, acquiescit sententie.
2 Iudici permittit ponere arbitros, seu calculatores, qui discutiant rationes, z referant.
3 Tutor tenetur de dolo, lata culpa, z leui.
4 Appellans succumbit si non constat de iniquitate sniē.

Literas [a] Magnificētie vestre recepi, 8 cā, que coram vobis vertitur inter petrum ex vna parte appellantē, z do. Beraldum defendentem occasione cuiusdam sententie late super administratione tutele dicti petri, quid iuris est. Sic credo, z dico, per vos iudicatum, esse bene iudicatum, z pronunciatum, z male appellatum, z victum victori in expensis etiam in hac causa appellationis factis, condemnādum. Quod probo sic. In primo capite prime sententie do. B. z H. fuerunt condemnati ratione reditnum, z fructuum, pro vltimis septem annis, in libro Mccl. vt patet ex tenore sententie, inquātum continet cōdemnationem, dictus petrus non est grauatus uno sentētiam in ea parte approbauit, quod patet per instrumentum in causa pro-
p ductum, †z qz petijt in ea parte executionem: ergo sententie acquieuit, vt C. de re iudic. l. ad solutionē. z ff. de pact. l. tale pactū. §. qui pronouerunt. z de inoffi. testamē. l. penult. In eo vero, quod in fine sniē eos absoluit ab eo quod plus petebat dictus ioā. per appellationem conquestus est, in hoc de iniquitate sentet. e. nul-
2 lo modo constat, † Nam in causis vbi tales calculationes vertuntur, permittitur iudici ponere arbitrum, seu arbitros, qui predictas rationes discutiat, z referant, vt C. de vsur. z fru. leg. lij. z ff. si cui plus quam per leg. Fal. l. j. z ff. de instr. l. illud quoq; etiam patet C. de distrat. pign. l. in reūdum. sed iudex hoc fecit, vt patet publico instrumento, z illi electi retulerunt z secundum eorum relationē iudex ille prime cause p̄ dictis septem annis condemnauit, vt clare patet recte calculanti, ergo eius snia fuit iusta, z iuste lata. ter. est ff. de cond. z demon. l. si cui libertas. In secundo vero capite dicte sententie condemnauit dictos dominos B. z H. ad restitutionem tertie partis rerum mobiliū contentarū in inuentario, seu ad faciendam estimationem secundū tenorē dicte sententie. de hoc etiam non est conquestus dictus P. appellans, quod pz, qz etiam post appellationem petijt coram primo iudice executionē p dicta tertia parte, vel etiā eius estimationē faciēdam scām formam ipsius sententie: ergo videtur hoc p̄obasse, vt scām dictam formam fiat, vt dictum est. In tertio vero capite sententie, facta etiam ratione reditnū, z fructuū administrationis dicte tutele, p̄ tribus primis annis, z habita compensatione cū reliquis incertarum alias factarum expensarū, z solutionem per dom. B. z H. in vtilitate necessaria dic. pet. z facta ratione, z habita compēlatione de rebus nō positis in dicto inuentario, absoluit predictos dominos B. z H. ab administratione fructuum, z a dictis: z predictis rebus in inuentario non positis, z ab omnibus alijs petitionibus p dictum P. factis, vt patet ex tenore sententie. Hoc caput multa implicat. In eo qđ dic. t de reditibus, in hoc constat iudicē bñ pronūciasse, quia secūdum calculationem sibi factam per illos quibus commisit. Secūdo in eo quod dicit de rebus in inuētario non positis, hic videtur conqueri dictus P. eo qđ videtur, quod sibi debuerit deferri iuramentū in litem, z qđ si aliter p̄ baretur, qđ predicti debuerūt in magna quantitate condēnari z ex allegatis p̄ parte sua elegātissime factis colligitur. Ad hoc añ est dicendum, bene iudicatum, z de iniquitate sentet nō constare. Nam si bene aduertantur articuli, seu capitula ad p̄obandum contra dictos tutores facta p̄ maiori parte non concludūt aliquid, ex eo quod tutores venirent condemnandi, vel deberet deferri iuramētum in litem. Nam incipiendo a decimo articulo, seu capitulo, vsqz ad decimum octauum, in quolibet dicitur, quod dictus B. habebat, z reliquit tempore mortis, ꝛc. † Constat enim, vt prudenter allegatum est, quod dictus
3 tutor tenetur de dolo, z lata culpa, z leui. Dz est possibile, quod ille petrus dictas res tēpore mortis reliquit, z inde tutori nulla culpa pōt imputari. si eas in inuentario non posuit. Quid enim si ignorauit. Justam enim causam ignorantie habuit, cum in ius succedat alteri⁹, l. qui in alterius. ff. de regu. iur. debuerunt ergo concludere articuli, quod tutores hoc sciuerunt, vel scire debuerunt. l. quod te. si certum petatur. Debuit ergo p̄obari scientia tutorum, vel quod hoc communiter erat notum, z sic colligatur lata culpa, que est ignorare quod omnes sciunt, vel vt concludatur leuis culpa, cum res ipse erant in tali loco q̄ diligens paterfam. hoc p̄uidisset, z inuestigasset. Est enim leuis culpa non p̄uidere id, quod a diligenti potuit p̄uideri, l. si putator. ff. ad l. Aquil. z ff. de pig. act. l. si conuenerit. §. fi. Sed posito, qđ articuli sint bene formati, videndum est de probatione. z multa sunt que nullo modo p̄obātur, multa sunt que pars asserit sufficienter esse probata, sed certe pauca sunt, etiam si testes essent omni exceptione maiores, que per singula examinare longum esset, z tediosum. Saltem hoc constat, quod valor non est probatus earū rerum, de quibus probatū videtur, z in inuētario non sunt posite: ergo si iudex volebat deferre iuramētum in litē, z per illud p̄obare interesse dicti P. poterat etia. in tarare ℣itatem vsqz in quantum sibi videretur, poterat etiam non deferre, vt ff. de in litem iur. l. videamus. §. pe. Hic igitur placuit iudici non deferre, ſz vsqz ad ℣itatē, que ibi congrua visa fuit compensare placuit, an hoc fuit male factum, nō liquet ex actis:
4 qz ex estimatione maiorum rerum non patet. † Si igitur de iniquitate sniē non apparet. ille qui appellat, succumbit, vt C. de appell. l. hi, qui ad ciuilia. Pars enim appellata dz in hoc ius commune p̄o se, qz in iudicis arbitrio erat hoc facere, vt dictū est. Qui ergo appellat docere habet iudicem inique fecisse, aliter si de iniquitate non respondit, debet succumbere, vt ff. p̄o socio. l. societatem. §. arbitrorum.

ADDITIO.

a Th. D. ℂ Literas. Vide apost. do. And. Barb. in l. tutor. qui repertorium, in add. Bar. ff. de admin. tuto. vbi ponit de consi. Bar. hic, z vide in consi. sequen. z ibi scripsi.

CONSIL. CL.

De materia precedētis consilij, z primo, an in cā appellationis qñ vir⁹ sint p̄ pte condēnatus, z p parte absolut⁹ z appellant an tota snia suspēdatur, vel tollatur, z casu quo p̄o parte tantū, an appellās p̄dictus, qui petit sniam executioni mādari coā iudice a quo p ea parte, que faciebat p̄o eo, videat recedere a sua appellatione. Ite, qñ pupillus agit ℣ tutorem dicens eū non posuisse res certas in inuētario, que probatio dz fieri, z quid si iudex noluit deferre iuramentū in litem, z si detulit, an iudex appellatiōis pot aliquid agere. Item, qño dz fieri probatio de fructibus recollectis ex bonis pupilli z quomodo debet fieri liber rationū a pupillo, vel ab eius tutore.

1 ☞ Appellans p̄o parte a sua, an tota sententia per appellationem tollatur, seu suspendatur.
2 Si petitur executio sentētie a qua est appellatum p̄o parte, an videatur renunciatum appellationi.
3 Probationes que requiruntur contra tutorem: dicendo ipsum tutorem non posuisse omnia bona in inuentario.
4 Juratur in litem contra tutorem, qui fecit inuētariū, z aliqua omisit ponere in eo.
5 Probatio contra heredes tutoris non sufficit per indicia, sed plena requiritur.
6 Presumitur p̄o sententia in dubio quod sit iuste lata, quod iudex iuste fuerit arbitratus.
7 Pupillus quomodo debet p̄obare contra tutorem, z eius heredes de fructibus.
8 Judex an possit committere aliquibus personis, vt discutiant fructus possessionum pupilli.
9 Liber rationum qualiter debet esse compositus.

a **Cum predicta** examinarē plura alia dubia occurrerūt, que licet predicto consilio inserta non sint, tamen hic alia
1 qua refero, ꝛc. † Primo, si super articulo vno, quia tutor extitit p̄o parte condemnatus, z p̄o parte absolutus: qz

p̄o

pro parte finie condemnatoꝛ. e appellat, an tota sentẽtia per appellationem tollatur, seu suspendatur, secundum l. i. in fin. ff. ad Turpil. quod videtur, quia sententia non potest pro parte valere, z pro parte non valere. Contra hoc tenet Ly. C. de aduoca. diuer. iudi. l. j. quia ex post facto põt pro parte valere, arg. eius, quod dicitur de testamento. ff. de inoffi. testam. l. circa inoffitiosi. ita dicit ipse. In ẓ̃ium videtur casus C. de appell. l. amplioꝛem. ℌ. j. vbi ad iudicem appellationis spectat cognoscere etiam de sua lata contra eum, qui non appellauit. Si enim remaneret firma, ad iudicem appellationis non deuolueretur. Ad idem C. quando prouoc. non est necef. l. final. Nec obstat. d. l. circa. qz illud cõtingit propter diuersitatem personarum, cõtra quas agitur. Nec enim agendo contra vnum posset pro parte approbare, z pro parte reprobare, imo reprobando pro parte, totum videt reprobare. l. pen. ff. de inoffi. testa. facit de mino. l. etiam. ℌ.

2 ex causa. †Secõ queritur, retenta opinione, q pro parte tãtum sententia extinguatur, an si pro illa parte qua cõdemnatus est tutoꝛ, petita fuerit executio coram iudice primo, videatur renũciatum appellationi. Dico, quod sic, quia quandocũq; super aliquo principali, vel incidẽti, quod spectat ad iudicẽ primum vel inferiorem, comparet, videtur renunciatum appellationi. C. de reuocat. l. ad solutionem. z extra de appel. c. sollicitudinẽ. in fi. nisi fuerit protestatus, quod illam executionẽ non petit animo renũciandi appellationi, quod dic, vt in d. c. sollicitudinem.

3 in fi. C†Tertio queritur, cum pupillus agit ℣ tutoꝛem c dicẽs
c ipsum tutoꝛem res non posuisse in inuentario, que probatio requiritur ℣ tutoꝛem. Respõdeo, probatio esse debet talis, quod concludat tutoꝛem in dõlo, vel in culpa, scilicet, quod tutoꝛ sciuit illas res pupilli, vel quod communiter sciebatur, vel qs dilig̃s paterfam. hoc inuicẽ tigasset, vt supra dictũ est in consi. pro. ri. Sz queritur, qualiter sit probandũ, vt concludat. Et videt quod sufficiãt indicia, nec requiraꝛ plena probatio, vt C. arbit. ture. l. si defunctus. ibi, aliis indicijs, ꝛc. z C. de in litem iuran. l. fin. Sz certe illa videnꝫ intelligẽda de indicijs legitimis, z claris hoc ẽ de probationibus claris z liquidis, vt C. de in litẽ iurã. l. j. ibi, argumẽtis liquidis, argu. opti. imo tex. pro hoc C. de iure deliberand. l. scimus. ℌ. licentia. ibi, legitimis modis. Sed certe hic aduertendum est, quia tria sunt, scilicet res ipse, item quantitas earum, item valoꝛ rerum. Pone ergo probari contra tutoꝛem vestes, frumẽta, z libꝛos fuisse in bonis pupilli: sed non probatur quot vestes, vel libꝛi, vel quanta fuerit quãtitas frumenti, vel quantum valuerint: posito, quod probat taliter,
4 nũquid includetur dolus, vel culpa tutoꝛis? †Respondeo[d], si
b cui ℣ tutoꝛẽ, qui nullum inuentariũ fecit, iuraturum in litem, ff. de admin. tuto. l. tutoꝛi, qui repertoꝛium, in principio ita eadẽ ratione si fecit, z aliqua omisit ponere in inuentario, pro illis, que non sunt posita, nurabit in litem: qz quantum ad illas res inuentarium non fecit, z verba illius legis sic debẽt intelligi: tutoꝛ, qui repertoꝛiũ non fecit, i. quatenus non fecit, l. Stichũ, qui meus erat. ff. de leg. j. Sub isto igit iureꝫ, venient quãtitas, z rerum estimatio, sicut si nullum inuentariũ factum fuisset vt ibi, quod iuramentũ taxabitur, seu præstabitur taxatione præmissa, l. vi-
5 deamus. ℌ. iurare. de in litẽ. iurand. †Et aduertendum, quod in actione tutele, vt speciale vt propter culpam iuretur in litem, vt not. l. in actionibus. ff. de in lit. iure. z hoc contra principalem: sed ℣ heredẽ tutoris debet probari plene, vt C. de in litẽ. iurã. l. ij. ℌ. ij. per totũ. C Sed quid si iudex condẽnauit in certa quãtate pro rebus non positis in inuẽtario: vel certe quãtitatis habuit rõnem compẽsando, non tñ detulit iuramẽtum in litẽ? Ad hoc rñdeo, si partes finie acquieuerunt, expeditum est. Si vero appellatur a sententia, videndum est per quem. Aut enim appellat minoꝛ, qui agit ℣ tutoꝛem, z tũc debet succumbere, nam licet iudici non deferre iusiurandum, z etiam cassare, vt d. l. vi-
6 deamus. ℌ. iurare. z delatum ex causa non sequi, vt dict. l. videamus. circa fin. Non ergo grauauit pupillum, imo releuauit: qz eum non coegit iurare in quantitate quam taxauit, sed simpliciter condemnauit. Predicta vera, nisi ex primis actis, vel ex nouis factis in causa appellationis appareret, quod bene cognouisset iudex in maioꝛẽ q̃titatẽ debuisse taxasse. Sz enim dicitur in arbitrio iudicis, intelligitur secm bonam fidem, vt dic.
6 l. videamus. ℌ. iurare, in fin. † In dubio enim præsumendum est pro finia, quod sit iuste lata, z quod iudex iuste fuerit arbitratus, nisi ℣ium doceatur, vt ff. pro socio. l. societatem. ℌ. arbitrorum. z l. vnde si Neruc. z ff. de euicti. l. Verẽnius. ℌ. Lata. z quod ibi nota. Si vero appellaret tutoꝛ, tunc enim iudex eum grauauit, quod condẽnauit in quantitate non plene probata, nec suppleꝛ per iuramẽtũ: posset tñ iudex appellationis, si vellet ipse, iuramentum deferre, z sic sententiam confirmare, cum dicta potestas deuoluatur ad eum, z hoc non est dubium. Dico etiam, qõ appellatione interposita ab vno tantum, potest iudex grauare

7 a ℣ium non appellantem: vt d. l. ampliꝰem. C†Quarto est videdum, qui fructus dicãtur recolligi de bonis pupilli: z qualiter fiet probatio? Respond. tutoꝛ de his tenetur facere librum rõnũ: z si non fecit, vel factũ non exhibet, iudex potest contra eum deferre iuramẽtum, vt ff. de tu. z ra. distr. l. j. ℌ. officio. z q ibi no. sz vt dictũ est, iudex põt taxare. Item contra heredẽ non põt in litem iurari: qualiter ergo probabit pupillus? Respon. probãdum est, q tales possessiones erant in bonis pupilli. Item, q tales possessiones tantum reddiderunt omni anno. Item, q dicti fructus peruenerunt ad tutoꝛẽ. z hec esset prob. plena. ℙ Primũ probatur ex inuentario: vel alio modo de facili. Secm, z tertiuꝫ poterit probari per seruos, factoꝛes, z laboꝛatoꝛes ipsiꝰ pupilli: vt ff. de admini. tu. l. ad instruendam. z de tut. z ra. distra. l. j. ℌ. de seruis. Et est aduertendum, q isti tales factoꝛes, z laboꝛatoꝛes, exonerant se: z sic videtur testificari in causa propria: z ideo puto, q hoc casu sit speciale in odium tutoꝛis, qui librum nõ exhibet, vt dicitur in d. ℌ. de seruis. ibi, cum neque inuẽtaria neq; rõnalia proferunt, remedio eo vti debere. Sz si ponerem[a], q tu
8 toꝛ cõfitet fructꝰ sibi datos a laboꝛatoꝛibus, z colonis integre, sz negaret tot, quod dicit pupillus, tunc coloni essent idonei testes. C†Sed, an iudex possit committere aliquibus, vt videãt, z discutiant quot poterant esse fructus possessionũ, quolibet dictoꝛũ annoꝛum, z eoꝛũ relationi credere. Puto posse adhibere eos, qui negotioꝛũ pupilli notitiam habent, z ab eisdem instrui, z eis credere, vt ff. de rebus eoꝛũ. l. magis puto. ℌ. in primis. z C. de vsu. z fru. leg. Laduersus. z ff. si cui plus quã per legẽ Falcid. l. j. ℌ. cum dicitur. z ff. de cond. z dem. l. si cui libertas. An aũt isti tales sic positi debeant iurare, vide ff. de vẽt. inspi. l. j. ℌ. j. in gl. ℌ. vbi tangit, z no. in l. iurisiuran. C. de testi. fac. tamen qõ sic. C. de fid. instr. Lcõparationes. z C. de secũ. nup. l. hac edictali. ℌ. illud. Quid si iudex primus voluit tales eximinationes dare, nec voluit iusiurandũ deferre? Rñdeo, si iudici appellationis videbi-
9 tur, per eũ cogi poterit. C†Quero, qualiter dz esse compositus[e] liber rõnum? Rñ singulariter omnia debẽt inseri: vt ex tali fundo, a tali colono tñ tali anno. nõ enim dz in genere summa poni, z sic vt possit reperiri veritas vel falsitas, vt ff. de condic. z demon. l. antepe. z C. de suscep. l. neminem. lib. x. Si igitur alterationem ediderat. non videtur edi, qz intelligi non põt, vt ff. de eden. l. argentarius. ℌ. edi.

ADDITIONES.

a Th. ℬ. C Cum predicta. Vide An. Bar. in l. tuto. qui reperto rium. in additio. Bart. ff. de administrat. tut. in vers. cu. quero, an teneat. z vide apostil. in add. Barto. in l. actus. ff. de administra. tutoꝛ.

b B. L. C Renuntiatum. Vide Rom. consi. ix.

c C Tutoꝛem. Vide ad hec Rom. late consi. cccexiij.

d Th. ℬ. C Respondeo. No. quod dicit Bar. hic z ita etiã cõsuluit do. Salluſt. do. Sut. de Perusio, in cõsi. suo, quod inci. plura obꝛiuntur, in ij. dubio. in j. col. cui consilio se subscripserũt do. Benedictus de Bacis de Perusio, z alleg. per consulentẽ, z do. Ab. Panoꝛ. inci. z si satis copiose per primum cõsulentẽ, que consilia originalia cum sigillis, z subscriptionibus, manu propria sunt penes me.

e C Qualiter debet esse cõpositus. No. quod dicit Bar. hic qui semper alleg. z ita ipsuꝫ alleg. d. petr. de Anc. in consi. suo quod inci. hic edite, quod non est imprimsum, z do. Bar. Soci. in cõsi. cxlix. in j. vol. in causa Ambroſij. z in consi. cxc. in ij. volu. incip. memini me pluries. in j. col. z An. barb. d. l. tutoꝛ. qui repertoꝛium. in princip. ff. de administ. tut. z do. Salluſt. de Pera. in d. consi. qõ incip. plura obꝛiuntur. in ij. dub. cui se subscripserũt do. Abb. Panoꝛ. z do. bened. de bacis, vt ℌ.

CONSIL. CLI.

Si testatoꝛ dt, q relinquit filie sue quinq; ratiõe legitime, etiã si non dicat, z eam heredem in eis instituo, vꝫ testamentum: qꝛ sic videtur relinquere. ſ. ratione institutionis.

1 ¶ Verba, relinquo filie pro legitima, intelliguntur iure institutionis.

2 Adiens ab intestato, videtur repudiare ex testamento.

a Marsilius [a] iter cetera sic disposuit i suo testamento. Item, reliquit ratiõe debiti iure nature. Paulelle, ꝛc. Contra testamentũ istud opponitur, quod non valet, qꝛ ista filia non est instituta, neq; ex heredata, sunt enim ista verba, Item, relinquit Paulelle sue filie quinq; libras legitime debite iure nature, ꝛc. nec est additũ, z eã i ipsis heredẽ istituo. Sz his nõ obstãtib⁹ ego bart. de Saxoferrato, legum doctoꝛ, licet minimus saluo semper consilio melius sentientis, dico testamẽtuꝫ valere, z esse
1 relictuꝫ dicte filie iure institutionis, quod sic probo. †Certũ est quod debita iure nature non possunt relinqui nisi iure institutionis, vt ℌ. aliud quoque capitulum in authentico, vt cum de

ap,cog.vñ de necessitate includ:tur iure institutionis id quod fuit relictū,p illa verba, cū illo iure sit debita, z nullo alio iure
b ista de necessitate intelligunt,& sicut cum dico aliquē fideiussisse,vel simpliciter fuisse stipulatum,l.sciēdum,ff.de verb.ob.z insti.de inu.stip,§.si scriptum. Itē,si aliquis instituit seruū suum heredē,vel suū tutorē,nec fecit mētionē de libertate, intelligit ēt libertatē reliquisse,sine qua non pōt hre hereditatē,l.fi,C. de
2 necess.ser.her.insti. Itē,ſ in additione hereditatis.si adeo ab intestato,videor repudiare ex testamento, sine qua repudiatione non pōt adiri ab intestato,l.j.in fi.ff.de acqui.her.ita in proposito ista verba cū dico,debita iure nature, de necessitate includunt iuris institutionem,cū illo iure sit debita,hec possent pro bari multis aliis exemplis,z ita videtur mihi Bartolo de Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Tho.Ď.¶Barsilius. Et ita allegat pet.phi.Lot.in l.humanitatis.C.de impub,z aliis sub,alias incipit,Consultus super dicto puncto,tm v3 vnū dicēdo,z ita incipit in consi.lxxv.scdm or dinē perusinum,in ij.part.de vlti.volū.z ita allegat dñs Jason in aut.nouissima.C.de inoff.testa.z Alex.in consi, quinquagesimo,in septimo vo.inci.in causa,z lite.z in l.nam quod.§.non omnes.ff.ad Treb.z in l.j.ff.ad l.Falci.z in l.humanitatis. in l.j.C. de impu.

b ¶De necessitate intelligūtur. Ho.quod dicit Bar.hic,quod si pater relinquit cētum filie pro sua legitima,vel falcidia, intelligit relinquere iure institutionis. Adde,qđ de isto cōsi.Bar. meminit Bal.in aut.vñ si parēs.C.de inof.testa.z vide Jas.in aut. nouissima.in vers.quid aūt si pater.C.de inoff.test.vbi examinat qōnē Bar.hic,an sit vera:tandē tz ꝑ Bar.qđ dicit do.Alex.z aperta fronte se consuluisse contra Bar.in consi.lxx.in ij.vol.viso consi.z contra Bar.consuluit do.pet.de Ben. de Eugubio, qđ consi.est insertum,ſ in cōsi.cliij.Fuis.z vltra Jas.vide Alex. in consi.l.in vij.vol.inci.in cā.z lite.in vlti.col.z in l.his verbis.in add.Bar.ff.de her.insti.z ibi scripsi,z vide do.phili. Deci. in l. humanitatis.C.de imp.z al.substitu.z vide que scripsi.ſ. in consi.cliij.

CONSIL. CLII.

Testator relinquens filie ratione legitime,cēsetur relinquere iure institutionis.

1 Verbum,relinquo,est commune.

Verbume ommune in dubio interpretatur directum.

2 **Ego** a Franciscus Tigrini legum doctor de Pisis,z tūc leges in Studio perusino,saluo semper cōsilio sanioꝝ consulo,vt ſ. dictū est,per do.Bar.excellētissimum legū doctorē. Ras verbum,relinquo,est verbū commune,vt in aut. de triēt.z semis.§.j.z l.hac edictali,C.de secund.nup.z l,fi,de sacrosanc.eccl. quamuis By.dicat ſtium,z male,quod sit verbum commune. in l.nam,qđ.ff.ad Treb.quia dicit ꝑ ꝓallegatam legē. Mō si verbum relinquo,sit commune, hz se ad directam institutionē, z ei conuenit,ſz lex dicit ibi,q testator certo modo testatus est, z vī eo modo testari:prout necessitas imminet,arg.l, Balius.ff. de lib.z posth.ergo verbum,relinquo,vī directo appositum in re institutionis. Preterea lex dicit,q in dubio quis vī eligere viam in testando,per quam sua iudicia non irritētur,arg.l.ii milles.ff.de mil.tes. Modo cum hic dicat iure nature, ꝛc.facit † qđ
3 verbum commune in dubio interpretamur directū.arg. eoꝝ que no.in l.cētu rio.de vulg.z pup.z facit quod no. Jac.de aret. in l.illa institutio.de her.insti. De his breuiter sum contentus, cum multa superflua possint allegari que omitto. Data perusij die xx.mensis May.

ADDITIO.

a Tho.Ď.¶Et ego. Iste do.Franc.se subscripsit consi.Bart.de quo vide Phil.Deci.in l.humanitatis.C.de imp.z al.sub.z dixi.ſ.in consi.precedenti.

CONSIL. CLIII.

¶Istud consilium est contrarium supra dictis duobus.

Relictum filio non iure institutionis, ſz sub hoc vocabulo,relinquo,vitiat testm.nam verbū relinquo:adiectum vniuersitati bonorum,denōtat institutionē heredis:sed non,si adiectum est particulari.

a **Quamuis** maxime doctores subtilissime moti fuerint, tamē ſtium iura
b volunt contra ipsoꝝ dicta, visis tamen eoꝝ subtilibus cōsiliis,z multis aliis allegationibus videtur mihi Petro Benesi de Eugubio,quod dicta eoꝝ sunt cōtra ius,vt in aut.vt cum de appella.cog.§.aliud quoq; capitulum.no.C.de inoffic.testamē.aut.nouissima. Voluit enim lex,qđ filius habeat relictum sub nomine heredis causa honoris,vt l. filium.§.si legata.ff.de leg.prest.Et q allegatur in contrarium,

q debita iure nature nō possunt relinqui,verum est de iure tamē possunt de facto,vt fuit hic in proposito,z tunc testamētum vitiat. Nam de iure non pōt relinqui sine corruptione testamēti,vt hic fuit factum.Sicut dicimus,quod testamentum non potest fieri,nisi cum septem testibus,est verum, ſz vt de iure valeat:sed bñ pōt fieri de facto cum paucioribus, vt iura dicunt, ad qđ multa exēpla possent induci,quod superfluum ēēt adyce re. Nec obstat illud qđ dicitur in l.sciēdum.ff.de verb.obli.z similil.quia ille loquuntur de solēnitate intrinseca, quā verborum prolatio apta est comprehendere,z inducere,vt not.Dyn.C.de contra.z commit.stip.l.j.ergo,ꝛc. Nam verbum relinquo,appositum vniuersitati denotat institutionē heredis, vt ſi dicat, relinquo omnia bona mea tali,vt de testamē.mil.l.diuus.§.n. Nā idem est dicere,heredem facio,vel tibi bona mea relinquo, vt ibi,vt not,in l.his verbis,ff.de her.instit.in princi. sed vbi verbum relinquo,non apponitur vniuersitati,sed certe rei,vel quātitati,vt in proposito fuit,tunc secus est.l. Lucius.§. nliam. ff. de leg.ij. Nec ob.l.fina.C.de necess.ser.her.insti.qz ibi non pōt ēē vnum sine alio:in proposito bñ poterit relinqui aliquid nllo alio quo titulo iure institutionis. Nec ob.etiam lex illa: quia illud procedit ex necessaria consequentia, z propter compatibilitatē ſtiorum. Preterea si legitima,vel debita iure nature nō posset relinqui filio,nisi iure institutionis,z q presumetur dicto iure esse relicta,superflua esset iuris prouisio,que dicit iure institutionis debere relinqui. Preterea,vbi lex inducit certam formam seruari debere,si non seruatur illa forma in gñe,non v3 q agitur,z C.de iu.delib.l.scimus.cum ſ.ſi vero postquam. Nec ob.si dicatur,quod verbum relinquo,sit commune:qz verū est, qū apponitur vniuersitati:qz pōt denotare heredis institutionē,ſz appositum rei singulari non pōt hoc denotare,vt ſ. dictū est:ſz in proposito fuit adiectum rei singulari,qz certe quantitas:ergo nō pōt denotare heredis institutionē,qz in incertis, nō certis,est locus coniecturis, vt dicunt iura vulgaria: ergo est commune.qz diuersa significare pōt,secundum naturam relicti, cui apponitur:ergo,ꝛc.Et datum fuit hoc consiliū,die septimo Julij.

ADDITIONES.

a Tho.Ď.¶Quāuis. Istud consiliū nō est Bar,ſz d.pe.de Benen de Eugubio,vt hic dī,singularis Doc.repoze Bar.qui de directo consuluit contra Bar,z do.Frā.Tigri.Et no, qđ scdz istam opi.multi doc.consuluerunt,vide Jaso.in aut.nouissima. C.de inoffi,testa.de qua qōne vide etiam do.phil.Lozn.in consi. ccxcvij.in j.vol.inci.añ omnia.z in consi.xxv.inci.in casu isto.in ij.volu.z in l.humanitatis.C.de impuberum,z aliis substitutionibus.

b B.L.¶Subtilibus.Bcuibus,qz superioribus consiliis,cōsi.Bart.z Franc.Tigrini consultum cit,q testamēcum valeat: in superiori autē consilio concluſum fuit testamentum non valere:quia omissa fuit forma d.ſ.aliud quoq; capitulum.hec res non est absq; dubio tum propter superiorum dicta, tū propter varietates eoꝝ,qui post predictos fuere,nam Bald,in l.humanitatis.C.de impub.z al,substit.z paul.de Cal,ibi,tenent idē quod Bartol,q verbū,relinquo,trahatur ad institutionē si sit additum,pro sua legitima. Idem tenet in authēt.vnde si parens. C.de inof.test.z ibi Bal,z in l.quoties.C.de her.instit.z ita tenet pau.de Cal.consi.cxcvij.incip.in Dei nomine,in casu presenti, z Alex.de Imo.in quodam suo consilio inci.domi, redempt.ꝛc. ponderatis ijs.Contrarium tamen eius quod ſ.dictum est tenuit Imo.in l.j.ſ.si ex fundo.ff.de her.instit.z in c. Raynutius. de testa.z in consiliis suis,vt refert Imol. Junioꝝ,qui etiam pro hac parte ample consuluit,consi,suo incipi.domini redemptoris,ꝛc.viso consilio,z Salic.idem tenet in l.humanitatis.z tacit optime quod voluit Ang.consilio ccxlvij.incip.petrus de vbe.in principi.z paul.de Castr.consilio cccxlvij.dicit,q in terris eccle sie sufficeret:secus in terris imperij.Quid dicendum: Mihi videtur,q ex quo Barto.in l.filium.§.sed si pozto.ff. de leg.prestand,z Alex.and.de Imol.in d.l.humanitatis. non firmat pedes:quia conatur sustinere opinionem Bart. quam dicit communem,nec ad eam se applicat. Respondet ad d.ſ.aliud quoq; capitulum,q ille ſ.debet intelligi quando titulo speciali legati,fideicommissi, vel donationis relinquitur filio, tunc non sufficiat.sec' si relinquitur pro sua legitima, siue pro sua parte:qz tunc non dicitur ibi,q non intelligatur iure institutionis, hec eius solutio videtur confundi per supradicta per doct, in locis allegatis,q verb, relinquo, nunq; trahitur ad institutionē: alio instituto herede vniuersali,vt pulchre per Barto.in l.cētu rio.ff.de vulga.z per ipsum Alex.specifice in d.consi.incipi. viso cōsi. Unde qz videtur lex,in d.ſ.aliud quoq; capitulum,z quia Mathesilanus in suis notabilib.clxvij.notabi.tenet q iure institutionis debeat relinqui filio,vt etiam tenuit Joan.de Imo.

in

in consi. videtur idem tenẽdum, potissime per sol. datam ad arg. Bar. q̃ de iure nõ reperitur, q̃ dicta verba, relinquo pro legitima, habeãt interpretationem, scz iure institutionis: secus in casu d. sciendũ. qz ius interpretatur promisit scz per stipulationem. De hoc vide etiam Card. in consi. lx. pau. de La. cccl. et viij. Ang. consi. cxiij.

CONSIL. CLIIII.

Si mulier heres instituta fecit inuẽtariũ. scz nõ debita solẽnitate, nec adhibitis testib⁹. loco legatariorũ absentiũ, an sufficiat sibi vt possit extrahere Falcidiã. Itẽ, si cõueniat͂ a legatarijs, z creditorib⁹ vltra vires hereditatis, posset se excusare propter iuris ignorantiam, cum agat de damno vitando.

1 ☞ Inuentariũ non vz quando legatarij, z alij quorum interest non fuerunt citati, z non sufficit generale proclama.

2 Mulier quando certat de damno euitãdo, an posset se excusare pretextu ignorantie.

3 Denunciatio, quando, z quibus personis est facda.

4 Inuentarij in confectione an requiratur simplex denunciatio, vel citatio.

5 Lex iubens aliquem vocari, debet intelligi, id est, citari.

6 Judicem non est necesse, interesse confectioni inuentarij.

7 Inuentarij an de substantia, z forma sit, quod legatarij vocentur.

8 Inuentarij beneficium an sit indiuiduum, ita quod si sit peccatum in vno totum reddatur nullum.

9 Inuentarij in confectione an debent adesse tres testes.

10 Inuentarij in confectione requiruntur testes bone opinionis, z fame.

11 Notarius debet se subscribere inuentario, z an requiratur specialis subscriptio.

a **Maritus** fecit heredẽ vxorẽ, z multa legata reliquit: post eius mortẽ dicti sui marit͂i, hereditatẽ cum inuentarij beneficio adiuit, z inuẽtarium fecit, ad cuius inuentarij confectionem qdã ex legatarijs testamẽti, q erãt in ciuitate, vocati nõ fuerũt, nec̃ citati fuerũt, tñ fuit factũ quoddã ꝑclama, qs si quis crederet sua interesse, compareret, ꝛc. z mulier que fuit iguara literaruz notariũ adhibuit, qui se subscriberet loco sui, qui nõ subscripsit scdm formam iuris, z inuẽtario ꝑdicto nõ adhibuit tres testes specifice loco legatariorũ absentiũ, est tñ verum qs in ipso inuẽtario adhibiti fuerunt testes sex, z vltra idonei z bone fame z opi. ¶ Modo queritur de duobus. Primo, vtrum dictum inuẽtarium valeat de iure, ita qs mulier possit retinere Falcidiam. Secõ, vtrum dicta femina heres instituta, cũ sit femina, posito q̃ a creditoribus, z legatarijs cõueniatur, possit se excusare propter iuris ignorãtiam, cũ certet de

1 damno vitando. ¶ † Circa primum, qs inuẽtarium de iure valeat, videtur posse de iure probari, qz ad dictum inuẽtariũ per generale proclama fuerũt citati illi, quorum interesse poterat: que citatio vt sufficere, vt C. de anna. excep. l. vt perfectius, z ff. quod vi, aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Itẽ, quia nõ valet citatio necessaria in figura iudicij, scz sola conuocatio, seu denunciatio ab herede, vt in aut. de hered. z Fale. §. cum dicit: que denunciatio, seu conuocatio satis vt esse facta per gñale proclama, b In contrarium videtur. quod non valeat: quia debuerunt legatarij nominatim vocari, seu citari. Videtur enim solẽnitas inducta p l. ij. C. eo. ti. ergo ipsa non seruata non valet inuẽtarium, z heres tenetur in solidum, l. scimus. §. z si prefatam. C. de iure delibẽ. nec sufficit generale proclama, vbi certus est aduersarius, z ipsius haberi põt copia. vt ff. de lib. agn. l. j. §. j. z quod ibi no. z casus in l. si curatoris. C. de iure deli. Itẽ hoc denotat ille §. Voc illi addito debent vocari agnati legatariorum, si ipsi non sunt. Pro hoc facit, quia loco absentiũ debet certus adhiberi, qui inspiciat, z interfit, z alias non valet, vt in aut. sed cum testa

2 tor. C. ad Falcidi. † Ad scdm queritur, vtrum mulier possit se excusare pretextu ignorantie, cũ certet de dãno vitando. Videtur q̃ sic, per l. regula. ff. de in. z fact. igno. ẽt si erret in iure. In contrarium videt: quia in dam no vitando ita subueniũt viris sicut

c mulieribus: vt no. gl. in d. l. regula. Scz viris non subueniũt, si prefatam solẽnitatẽ nõ seruauerint. vt d. §. z si ꝑfatam, ꝛc. Itẽ quãtum ad creditores posset dici, q̃ p gñale proclama excusata est mulier: scz quãtũ ad legatarios, qui ex hoc ipso testo depẽdeat, qui possunt specialiter vocari: non sufficit generale proclama: secundum ea que not. secũdum Inno. in c. cum in tua. extra qui mat. accus. po. z in c. dilecti. extra de except. cum etiam non fuerunt adhibiti alij tres testes: vt loco legatariorũ, z creditorum absentium interessent, d. l. scimus. z §. si vero absunt. in authẽt. de heredib. z fal. Nec est curandum, q̃ in dicto inuentario fuerunt adhibiti sex testes: sicut in alijs instrumẽtis: vt in authẽti. de fide instru. col. vj. qui sunt adhibẽdi ad solẽnitatem z confectionẽ ipsius inuentarij: vt loco creditorũ, z legatariorũ absentiũ, ne quid maligni per heredẽ cõmittat, z de hoc habẽt deponere: vt in d. §. si vero absunt. z isti tres testes tenẽt locum legatariorũ, z creditorum absentiũ, qui nõ venerũt, vel alium pro se non miserũt, vt ibi colligitur. Respondeo ergo ad secundũ, qs dicta mulier non possit se ex ignorantia excusare: cũ tractet de dãno vitãdo. Tex. est in §. qz vero duplex modus. in aut. de her. z Fal. ibi, omni persona. z vers. seq. iuncto §. seq. eo. ti. Ex quib⁹ colligit, qs nõ excipit nisi pupillus. Volunt enim illa cõstitutio solũ iuuare minorẽ, dãdo ei restitutionẽ rõne minoris etatis: z nõ sexus femine: vt ibi, z l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minor. vbi gl. ita intelligit illũ §. z per Lx. in l. scimus. §. j. C. de iure delib. sic z alias in similibus amissionibus priuilegiatis minor etas mulieris iuuat, z nõ sexus. l. fi. C. si aduer. deli. nõ obs. l. aut q aliter. S. all. imo facit pro: qz in primo dz denũciare sibi: sed vbi non est

3 cui denũcietur: tũc amicis: vel proc. vel domesticis. † Preterea ibi specialiter enumerat cui denũcietur: scz vbi copia eius haberi non põt: tũc amicis. Et eodẽ mõ rñdeo ad d. l. vt pfectius. puta generale proclama locũ hz: vbi tales sunt persone, que possunt veri militer ignorare: qs nõ ẽ in legatarijs. vt ff. de transa. l. nõ est fe-

d rẽdus⁴. † Sed super punctis superius denotatis subtiliter in-

4 tuẽdo est aduertẽdum ad primũ: an sit verum dicere q̃ in confectione inuẽtarij regrat͂ citatio an sufficiat simplex cõuocatio z denũciatio facta per heredẽ q̃ legatarij interfunt ad videndum confici inuẽtariũ: z dicet aliquis q̃ sic per aut. de he. z fal. §. sancim⁹. vers. illo adiecto. vbi iubet cõuocari oẽs legatarios. Si ergo dñt citari, ergo intelligit ex cõmissiõe iud. in forma iudicij. vt l. hec aũt. §. recte defendi. ff. ex qb. cau. in po. ea. z C. si vt se ab he re. absti. aut. si oẽs. z C. de his q ve. eta. imp. l. j. ibi, cõuocatis testib⁹ idoneis. intelligit de reqsitis a iudice, vt l. ꝑsenti. in fin. C. de ẽs. q ad eccl. cõfu. z l. ij. C. de decu. lib. x. ibi, decurionibus solẽniter cõuocatis, ꝛc. Breuiter contrariũ puto de iure dicẽdũ, z puto qs sufficiat cõuocatio, seu denũciatio facta absq; iudi-

5 ce. † Et ẽ scitẽdum q̃ qñ actus qui geritur est necesse fieri cũ iudice, qz iudex hz interloq, vel iudicare aliquid permittẽdo, vel prohibẽdo, z tũc si lex iubet aliquẽ vocari, dz intelligi. i. citari, z ita loquitur d. §. recte defendi. z l. alle. S. Quandoq; actus, qui geritur non est necesse q̃ fiat cum iudice, qz nõ hz interloqui, vel sentẽtiare aliquid permittẽdo vel prohibẽdo, z tũc assumitur conuocatio, denũciatio, vel protestatio, vt intersit ad actum qui geritur: z ita loquit͂ casus de quo modo q̃rimus. Esto enim q̃ qs adeat iudicẽ, vt intersit in cõfectione inuẽtarij, tñ sup ista cõfectione per iudicẽ nil est faciendũ cõcedendo, vel negãdo heredi z hoc est verũ. Probat tex. in d. vers. illo adiecto. nõ q̃ appellet quandaz protestationẽ. Et sic potest intelligi d. l. ij. C. de decu. lib. x. Dico ergo quod hec protestatio fit solum ad hunc actuz vt conueniant legatarij. Preterea nec in illa l. scimus. nec i corpore de here. z fal. disponit quod iudex debeat adesse, ergo cita

6 tio propꝛie in figura iudicij non requiritur. † Dico etiã, q̃ in cõfectione inuẽtarij tutoris, lex nõ dicit q̃ quod iudex debeat adesse. bene tamen dicit q̃ tutor dz administrationẽ suscipere p decretum iudicis, anteq̃ res attingat: z ita loquit͂ l. tutor. de administ. tut. z l. legitimos. de legi. tu. z l. fi. arbi. tut. Cõcludo ergo, q̃ citatio in figura iudicij necessaria nõ est: item nec est necessariũ

7 q̃ iudex interfit confectioni inuentarij. ¶ † Sed est aduertẽdũ, posito qs legatarij z alij non sunt in forma iudicij citãdi, z requirendi, vt dixi, an extra formã iudicij debent requiri nominatim z specialiter, z exprẽsse, an sufficiat generale proclama. Et dico, quod quando quis venit vocandus ad aliquem actum, est talis conditionis, qui põt intẽtum vocantis, seu vocari facientis tollere, z impedire, z tunc debet specialiter vocari, ita loquitur l. si curatoris. C. de iure deliber. ff. de ven. inspi. l. j. §. j. Quãdoq; ille qui venit vocandus ad actum, qui geritur, nõ est illius cõditionis, sed solũ est vocandus, vt actus, qui geritur, fiat legalior, z ad hoc assistat: z ita est in casu nostro, nã legatarij, z creditores solum ad hoc vocãtur vt presto sint confectioni inuẽtarij. ¶ Un de aut heres fecit inuẽtariũ legaliter, z vocat⁹ nil põt sibi dicere. Aut facit minus legaliter, omittendo ponere res hereditarias, z tunc contradictio legatariorum, z creditorũ nõ impedit voluntatem heredis, sed bene fateor quod postea potuit redargui heres probãdo suum delictum: z penam legitimam patietur, non quod inuentarium non valeat, vt d. l. scimus. §. licẽtia. C. de iur. delibe. secundum opin. communiter approbatam. z isto casu puto, quod sufficiat generale proclama, vt C. de remiss. pig. l. si eo tempore. intelligendo q̃ ibi non sit modicũ ꝑiudiciũ q̃ generatur ibi, z hoc in cõfectione inuentarij firmat ibi Old. z alij. Hoc. hoc tenẽt. Preterea tex. d. vers. illo adiecto. simplicit͂ z alij. Hoc. hoc tenẽt. Preterea tex. d. vers. illo adiecto. simplicit͂ requirit quocationẽ. sed quocatio quedã f. t. nominatim, q̃ter requirit quocationẽ. sed quocatio quedã f. t. nominatim, q̃dam generaliter, vt in fi. C. qs cũ eo. l. generaliter. z l. nominati.

ff. de condi. z demon. z l. ū. de lib. z posth. excusatus est ergo hīs si non facit nominatim, lz generaliter, maxime cum dispositio versū illo adiecto, sit odiosa, qđ p3, qz procedit penā imponēdo: ergo dz pati interpretationē extensiuam, alias ostēsiuam, etiaz ad gñalē conuocationē, z non ad specialem, per quam odiū gñatur. Ad predicta facit l. ij. C. de nova. cum simili. sufficit ergo generale proclama. Ad qđ facit, qđ no. inno. extra de maio. z obe. c. fin. q si non fuissent legatarij nominatim citati, non obfuisset, quanto ergo minus si nō omnino, sed quidam generaliter, z q
3 dam specialiter fuerunt vocati? ¶ Scdo principaliter est videndum vtrum actus, vel beneficium inuētarij sit individuū, ita posito q quo ad aliquos si sit peccatū in forma, non valeat, z qz ad alios: cum quibus non fuit peccatū in forma valeat, z sit diuiduum z vf q sit indiuiduum. ¶ Primo qz in terminis istis videtur tex. in aut. de her. z falci. ſ. si vero non fecerit. ibi, sed dabit ei penam. z subdit, ex quibus caute omnia agens nihil poterat damnificari: inquit ergo q si in aliquo q requiritur est peccatum q totum perit bñficium. ¶ Preterea, cum aliqua formaliter requirunt, si est peccatum circa vnā totum actū reddit nullum, l. cum hi. ſ. pretor. ff. de transa. z l. j. C. de side instr. z iure hast. fis. li. x. ergo non vz, quo ad presentes, seu quo ad vocatos. Respō. primo: qz hic fuerunt omnes: saltē omnes realiter vocati. ¶ Preterea, non videtur verum qđ saltē quo ad presentes nō valeat. l. de vnoquoqz. post prin. ff. de re iud. Facit l. etiam. ſ. j. de minor. z qđ no. ¶ Iun. extra de procu. c. j. versi. si vero. ¶ Pōt aliter intelligi. Nā tres notat casus. Q̄nqz quis totaliter legē contēnit, scz nullo mō confici dō inuētarium. Q̄nqz quis totaliter legē obseruat faciēdo inuētarium implendo ipsius formam: z isti casus sunt indubitati. Q̄nqz quis habuit propositum legē non contēnere, sed eius voluit adipisci bñficium: sed dubitando in ipsius intellectu verbum equiuocū assumpsit scm vnum intellectum: z tunc non est veriſimile qđ iex sit impia, que voluit heredē taz modico peccato incidere in tam magnam captionē, z de suo tātum omnibus creditoribus, z legatarijs refundere cogeretur, z teneretur. arg. l. cum prolatis. ff. de re iudic. z qđ ibi no. Intelligam ergo dictum ſ. in eo qui nullum fecit inuētarium; non in eo qui fecerit, z aliquid omisit. arg. l. j. ſ. ex hoc edicto. de ven. inspi. maxime cūus legatarioz is in nullo lesum sit, vt d. l. scimus. ſ. licēt iam. z d. versi. illo adiecto, z iste intellectus inheret rōni, z
9 est equus. ¶ Ad aliam partē: qua dicitur qđ tres testes debe
D rūt adhiberi p aut. lz cū testatoz: ergo per se debuerunt adesse, z adhiberi. l. heredes palam. ſ. fi. de test. cum si. rñdeo, z dico qđ hoc non procedit. ¶ Nam dico, qđ de iure Codi, requirebant duo testes cuiuscunqz conditionis: vt l. scimus. ſ. sinaūt. hodie est a dictis legatarijs absentibus hoc plus qz requirunt tres testes
10 ad minus. ¶ Itē requiritur qđ sint aliter conditionati, scz bone opinionis z fame, z substantiam possidētes z locupletes, at hic nedum tres interuenerunt lz vltra: ergo ꝛc. ¶ Hoc probatur clare in d. versi. illo. coniuncta l. scimus. sic intelligit gl. in d. l. scim⁹. ſ. sinaūt, super ver. ceterorum. ¶ Preterea, tex. in aut. lz cū testatoz, non dicit, q loco legatarioū absentium vltra numerū duorum hoc requiratur: absit, qđ hoc dicat. facit d. l. heredes, vbi si sunt plures adhibiti, lz nō dicat adhibēs, adhibeo ad hoc, ibi
11 omnino vz qđ agit. ¶ Ad vltimū qđ obijcitur, qđ notar? se nō subscripsit ad perfectionē, z non dixit spāliter a dicta domina mandato, z non habito non insisto: qz p3 qđ se subscripsit pro dicta domina, seu pro ipsius domine absentia. Itē ea, que incōtinenti fiunt videntur inesse. Bar.

ADDITIONES.

a Th. Dip. ¶ Maritus. de isto consi. Bar. vide ias. in l. si. C. de iure deli. z ibi scripsi in addi. z Alex. in l. si fundum. circa si. ff. ad l. Falci. z in l. iuris ignorantia. C. qui admit. in versic. vltimo tenementi, z vide apos. d. And. Barb. in d. l. si, in prin. in addi. Bar. C. de iure delib. z d. l. si fundum. circa si. ff. ad l. Falci, in apos. Alexan.

b ¶ Proclama gñale. Vide plene per ias. in d. l. si. in ij. col. in ver. quinto requiritur. C. de iur. deli. ¶ Adde an gñalis citatio sufficiat quo ad legatarios, z creditores Bar. an d. l. si. Ang. z Bal. dicūt, q si sunt certi, non: sed si sunt incerti, sufficiat. cuius contrarium vult hic Bart. superioz tū vf verioz per l. j. ſ. denunciari. ff. de vēr. inspi. Addite superioz consi. Bau. de Ca. nu. 204. z vide Abb. consil. lxxiij. vbi ponit ea, que sunt requisita ad hoc, ne quis teneatur vltra vires hereditatis.

c ¶ Mulieribus. Bald. consi. cccixxxiij. incī. In Christi nomini. Queritur an signum crucis. libz. j. de his inuētarij solennitatibus inuita.

d Th. D. ¶ Nō est ferēdus. Hucusqz est contingētia facti cū q
busdā allegationibus. mō sequitur consi. Bart, sed sup pūctis.

e ¶ Tres testes. Iste subtilitates de cōsuetudine non seruantur alias vix posset fieri inuētarium secundum Bal. in d. l. si. in fin.

prin. z inci. in confectione inuentarij. in j. vol. z in consil. xxxv. in iij. vol. incip. in inuentarium heredis.

CONSIL. CLV.

Si quis donet oia bona sua Titio: si cōtingat eū decedere sine filijs, vel si contingeret filios suos mori ēt sine filijs z dicit qđ mr sua hoc sibi mandauit, z ipse ratificat, ex nunc a tpe mortis sue reliquit filium q obijt ab intestato sine filijs: an bona ista debent venire ad matrem ipsius filij vtrorem illius donantis: vel ad donatarium heredem, qui fecit testamentum, z donationem sibi.

1 ¶ Heres heredis testatoris est heres.
2 Verbum quod refert se ad preteritam, non ad presentem stipulationem quomodo intelligitur.
3 Copula, z plenam repetitionem inducit.
4 Coniuncta quando potest accipi pro disiuncta vel soluta.

Facti cōtingētia proponitur sub hac forma. Lobbatius quōdam, Nicolai de Cusserto olim filius z heres dicte dñe Blonde dixit, z spōte cōfessus fuit, z recognouit qđ ꝑfata dña Blōda olim tua mr in vltimis cōstituta voluit, z mādauit, disponēs de bonis suis, qđ si dictus Lobbatius decederet sine filijs ex se natis qđ bona sua omnia deuoluerētur, z pertinerēt ad Venotium Bērij fratrē suum cōsobrinum, z filios successiue, ideinqz Lobbatius tanquā filius, z heres dicte do. Blōde matris sue volēs agnoscere, ratificare, z approbare voluntatē vltimam dicte matris sue, voluit ac etiam donauit donationis titulo irrenocabiliter inter vivos ex nūc ꝓout ex tūc, eidē Venotio presenti, stipulanti, z recipiēti, z cognouit volutatē sue matris predicte, quā asseuerat esse veram, z ratā z gratam, z firmam habere perpetuo, z in nullo ꝯ facere vel venire p se, z hrdes suos oī tēpore, quinimo ex causis predicte donationis voluit qđ omnia sua bona dicte sue matris si contingeret ipsum Lobbatiū mori sine filijs legitimis ex se natis deuenant ad ipsum Venotiū z ipsa bona ꝓmisit eidē Venotio presenti, z stipulāti integraliter omnia z singula p se, z suos heredes restituere, z reddere in euētum cōditionis predicte, z si contingeret etiā ipsum, z filios z filias suas decedere sine filijs ex se natis ipsa bona oia ꝓmisit, reddere Venotio stipulāti ꝓ se, z suis heredibus in euētum cōditionis predicte postquam dictus Lobbatius ex dicta Andreola vxore sua filium noie Marcutium suscepit, z in vltimis condidit testamētum suū in quo Marcutium filiū suū sibi vniuersalem heredem instituit, z ipso superstite die clauſit extremū, qui qdem Marcutius patris heres ab intestato nullis relictis filijs matre sua superstite defunct? est. Modo queriē, z in dubium reuocat de bonis hereditatis dicte dñe Blonde ad
quē pertineant, an ad prefatam do. Andreolam matrē, z heredem dicti Marcutij an ad Venotium vigore, z potestate dicti fideicōmissi, recognitionis z donationis, z aliorum in predictis contētorum. Et videt dicēdum bona predicta, de quibus queritur, excluso dicto Venotio ptinere totaliter ad prefatā dominam Andreolam matrē dicti Marcutij, ex eo qz secundū ꝓpositā dictā a do. Blonda mediāte ꝑsona Lobbatij predicti, z Marcutij in dictam andreolam matrē Marcutij hereditario iure translata fuerunt. ff. de acquir. possess. l. cuz heredes. in prin. ff. de re. iur. l. omnia fere. nec refert, an immediate, an p longam successionē quis heres existat, vt C. de in lit. iur. l. is, qra
1 tionē, z ff. de verb. signi. l. sciēdum quod accidit, quia heredis heres testatoris est heres. C. de hered. instit. l. fi. Nec ob. recognitio, z alia pacta. ſ. in themate ꝓposita, qz predicta omnia, posse runt conditionaliter, videlicet si Lobbatius decederet sine filijs, ꝛc. Sed cū tpe mortis Lobbatij superfuerit ei fili⁹, cōditio fideicōmissaria contēta in instrumēto dictoruz pactoū deficit C. de conditio. inser. l. j. de institu. z substitutionib. l. generaliter in prin. ff. ad Trebel. l. ex facto. ſ. si quis autem. ¶ Nec ob. sequēs clausula in tali stipulatione pactoū, q institutio inserta ibi, z etiā si contingit ipsum, z filios, z filias decedere sine filijs legitimis ex se natis, q ipse bona omnia ꝓmisit, z cōuenit reddere. z restituere ipsi Venotio stipulanti ꝓ se, z suis heredibus i euētuz cōditionis predicte, ꝛc, quasi huiusmodi ꝓmissio fuerit sub alternatione, videlicet siue Lobbatius, siue cobbatij filius decesserit sine filijs legitimis existat cōditōis euētus, ꝛc, ad q multifaria patet respōio. ¶ Primo, p verba dicte clausule nō videtur aliqua ꝓmissio, vel obligatio principaliter induci. Nā dicitur, z etiam si cōtigerit ipsum, z filios suos, ꝛc. z qđ bona ipsa omnia ꝓmisit, ꝛc. sic huiusmodi obligatio nō potest cōpetentē
2 inducere ꝓmissionē in presenti factam. ¶ sed potius de ꝑterito. Et hoc est, ꝓpter verbum ibi appositū, z insertum, q quidez ad presentē stipulationē adaptari non potest salua ratiōe recti sermonis. ff. de auro, z argen. lega. l. ¶ Plautius, in fi. sed de preterita stipulatione matris nō cōstat, ergo, ꝛc, arg. C. de edē. aut. si

quis

quis in aliquo. Sc8o, q1 etiam illud verbū q8 non esset appositum, siue scriptū, stipulatio premissa iuris efficacia caret. cū nulla in ea re stipulationis, vel promissionis cā inseratur, vt ff. de dolli excep. lib. f. circa. z C. de non nu. pec. l. generaliter. in gl. que in ci. sez vēditionis, z c. accedit. ff. mand. l. si procuratorē. in princi. ibi, vniuscuiusq3 contractus mutuū spectandū est, z cā. ff. de p10 ba. l. cū de mdebito. f. fi. ibi, causas explanauit, z c. Non obst. in hoc pūcto, q8 in precedēti clausula instrumēti predicti fiat mētio de causa donatiōis irreuocabiliter inter viuos, q8 in sequēti debeat intelligi eadē donationis nō est causa repetita. per l. Titius. f. idē rūdit. ff. de verb. obl. † z maxime propter copulam, z, que plenam repetitionē inducit. ff. de fund. instruc. l. Seie. f. Caio. q1 z in superiori clausula Lobbatius vsus fuit verbo donationis, non tū in sequēti clausula, alias clausula non pōt nec debet intelligi repetita. Et est ratio, q1 in antecedenti clausula agebatur de ratificatione fideicōmissi facta a matre Lobbath, in quo iz vsus fuerit Lobbatius verbo donationis, non tū p10 preterea potest dici mera, z simplex donatio, vt ff. loca. l. si vno. in princi. z ibi no. z accedit q significatio verborū accipit, z aptat fm subiectam materiam, super qua verba exprimūtur, z no fm propriam verborū significationem. ff. de reg. iur. in l. nō videtur data. z plene ibi no. z sic cū illa verba, donationis, z c. in prima clausula adiecta meram donationē non inducant, multominus tacita ipsorū verborum repetitio posset inducere donationem. Nam quoties expressum est inualidū, nec valet tacitus. vt ff. de dona. inter vi. z vxo. l. si spōsus. f. si marit⁹. z ff. de ser. rusti. pred. l. item. f. fi. z ibi no. Tertio, q1 si expressa cā donationis fozet inserta, z recta stipulatio cōcepta, debet tamē de iure dici condītionē ipsius donationis defeciſſe. Dicūt enī verba concepte stipulationis, z etiam si cōtigerit ipsos filios, vel filias suas decedere sine filijs ex se natis, z c. Et hic appareret, q8 conditio est copulata, z copulatiue processium, ad cuius existētiam vtrūq3 requirit, z alterū interuenire nō sufficit. ff. de verb. obl. l. si quis ita stipulatus. in prin. z ff. de condit. instit. l. si hēdi plures. Cū ergo in proposito themate non interuenerit vtrunq3 Lobbatium z filium Lobbatij mori sine filijs: ergo z c. † Nec pōt dici q8 cōiungit cauſaliter. l. sepe. ff. de verb. signi. z hic casus non est in l. sepe, vel alia lege: ergo remanet sub regula. l. cōmodiſſime. ff. de li. z posth. Itē cum in verbis non versatur ambiguitas, non admittitur questio volūtatis. ff. de leg. iij. Lille. f. cū in verbis. sed in proposito verba copulata sunt clara, z aperta. Itē in dubijs a verbis nō est recedendū. l. nō aliter. de leg. iij. z l. j. f. si is q nauē. ff. de exerci. Itē non pōt sumi p10 disiuncta, vel soluta: q1 repugnaret mens, z votū dicti Lobbati. Nam Lobbatio decedēte sine filio, z superstite nepote, admitteret Menotius donatarius, excluso nepote, ex potestate alternationis, vel orationis in qua sufficit alterū, q8 eſſet absurdū z absonum, z cōtra veritatem, z votū Lobbatij. Nec enī videri dz, q8 propriis successoribus extraneos anteponat. vt C. de fideicom. l. cū acutiſſimi. in fi. z accedit. ff. vñ liberi. l. scripto. in fi. z de bon. dā. l. cum ratio. quinimo si oia predicta, neq3 cōiuncta, neq3 disiuncta prolata essent in ℣tu predicto, deberet tū p10 coniunctis accipi ex mente proīciantis, vt ex predictis apparet per d. l. cum acutiſſimi, cum mi. ergo multo fortius, vbi mens, z verba cōcurrūt. ff. de reg. iur. l. in eo q8 plus. f. vbi verba. z ibi not. z sic cessat oppositio. Ex premissis satis est de iure probatum q8 dicto Menotio excluso, bona predicta, de quibus queritur integraliter pertinere debent ad prefatam dominam Andreolam. Bar.

CONSIL. CLVI.

g Sed quoniam,vt dictum est,dicta testium† debent intelligi, vt non contradicant: est intellectus hic, quod numerauit dicto Francisco,cum apud eum deposuerit,deponendo,z numerando vtroq;,eo presente,z vidente.Sibi enim vere numeratur,oculis,z aspectu respiciendo,licet manu non tangat, vt supra probatum est:sicut si eo volente numeraretur,aut poneretur in bacha,nemine accipiente,sibi diceretur numeratum,vt d.§.si insferim.Tertius testis est Lichinus Balducij, qui clare z aperte probat predicta scilicet quod illi Francisco deposuit in quodam sacheto,z quod dicta pecunia fuit numerata per vtroz,z per ipsam recondita de mandato dicti Francisci. Certe iste testis optime probat,quod depositum fuit ipsi Fracisco,z numeratio fuit facta eidem per dictum modum,scilicet vtrozi conuenienti eo presente,z mandante:z sic articuli sunt vere probati, z in testibus nulla est contradictio, que ad veram concordiam non reducatur. Sed dicto Lichino obstat, quod ipse videtur testis in causa propria,z ad eum pertinet de predictis commodum z incommodum,eo quod tenetur dicto Bertulo actione
4 negotiorum gestorum.Ad quod respondetur,primo,†quia de facto proprio interrogaretur,scilicet.de deposito facto per eum,
c z si esset seruus potest interrogari: vt C.de questio.l.interrogari,vbi est casus expressus in his terminis z hoc casu, videlicet, quando aliorum testium dicta precedunt.faciunt plenam probationem,vel saltem indicia,vt no.in d.l.interrogari. Secundo respondetur sic,per precedentes testes probatum est, quod domina Catharina accepit dictam pecuniam:sed per primum fuit dictum,quod hoc fuit de mandato dicti Francisci: per secundum fuit dictum,dicto Francisco presente z vidente, non tamē mandante:vnde de hoc remanet dubium,an mādato dicti Frācisci vtroz acceperit per alios.Apparet clare,quod dicta pecunia non remansit dicto Lichino,Si igitur dictum dicti Lichini non faceret fidem quo ad numerationem, quia per hoc se eximit ab obligatione:tamen facit fidem super hoc, quod vtroz accepit de mandato dicti Francisci.De hoc enim nullum ad eum pertinet commodum,vel incommodum.Quid enim ad eum,vtrum Franciscus,vel vtroz teneatur? Certe nihil. Utroq; enim modo est ab obligatione exemptus. Remanet ergo legitimus testis.Et sic per primum,z tertium est probatum. q Frācisco mandāte,z presente,vtroz accepit,z sic vere ipsi Francisco fuit facta depositio,vnde dz condemnatio sequi. Preterea,an sit locus delationi iuramenti,non videtur dubium.l.admonendi. ff. de iureiu.z C.eo.l.in bone fidei.vnde z si est delatum,z legitime ei standum est.Bar.a Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Th.D. In cõe proposita.Adde,qđ istud consilium fm ordinem Perusinum est in j.par.iudiciorum nu.43,z pro cõs.bar. allegat Alex.in l.falsus.§.13 si is.ff.de furt.

b Quod numeratio.No.istud cõsilium Bar.pro concordia testium,quoū vnus dixit numeratum fuisse ioanni, alius vtroz, eo presente,z Alex.in d.l.si falsus.§.sed si is,ff.de furt.dicit,q si vnus testis deponat Titiū mutuasse sempronio,alius vero deponat,qđ Titius de mandato sempronij numerauerit alteri,q ifti testes sunt contestes ad probandum, esse numeratum sempronio,z allegat Bar.in hoc consi.facit quod no.pau. de Ca.in consi.ccxvij.in causa que vertitur,que no.ad ea que ponit Feli. in c.cum tu.extra de test.z per Alex.in l.inter stipulantem.§.stichus,ff.de verb.oblig.

c Seruus pōt interrogari. Vide no.per pau.de Cas.in l.quicūque.C.de ser.fugit.z l.seruos.C.de testib.z in consi.ccccxxix.visa petitione predicta.z in cõs.ccccxlviij.visis actis z actitatis.ad fi. De cuius veritate vide per Alex.z Ja.in l.ij.§.si absens.ff. si ex nox.can.aga.z per ias.in l.j.C.de sum.trinit.z fide cath.in repe. padu.vbi concordantie,&c.

CONSIL. XIX.

1 Libellus in materia pignoris,z vsurarie prauitatis,quomodo debeat fundari in iure.
2 Testis productus per partem est omni exceptione maior,z per partem ipsum producentem non potest opponi.
3 Testes ad probandum vsurariam prauitatem,qūo debeant deponere.
4 Coniecture z presumptiones ad probandum contractum fictium,z simulatum,que sint.

Viso libello a exhibito per Colā puccia relli,siue eius procuratorez cōtra Colā Falabarche,in curia Reuerēdissimi patris,z domini episcopi Clusinensis,in quo inter cetera petitur quoddam instrumentum venditionis, z locationis cassari z annullari,tanquam factum in fraudem vsurarum. Et visis omnibus actitatis in causa predicta, z dictis testium ab vtraq; parte productorum,videtur indubitanter dicendū per dictum dominum episcopū vel eius vicarium pronunciandum esse secundum formā dicte petitionis.Ad quod examinandum videnda sunt duo.Primo,an petitio sit fundata de iure.Secundo,an sit probata. Ad primum,qđ dicta petitio sit fundata de iure ꝓbatur expresse per casum l.emptione.C.plus valere qđ
1 agitur.z per textum extra de emp.z vēdi.c.ad nostrā,z de pig. c.illo vos,in quibus dicitur manifeste,†qđ per istos vsurarios quandoq; licet in veritate agatur quod sit pignus, tamen cōtractus emptionis z venditionis est,qui celebrat,quo casu per iudicem debet iudicari,secundum id qđ in veritate agitur: z in d.l.emptionem,sic no,z ita tenet iac.de Are. Ad scām,an dicta petitio sit probata,scz q dictus contractus fuit fictitius,z simulatus,dicendum est q sic indubitanter,claris z lucidis probationibus.Primo,hoc probant testes expresse producti pro parte Cole Falabarche,videlicet,Licarellus,z Lichus, qui examinati super secundo articulo hoc clare z aperte dixerunt.
2 †qui testes sunt omni exceptione maiores,cōtra quos nihil potest opponi,quoniam ipsa pars,cōtra quam agitur eos produxit,vt C.de test.ib.l.si quis testibus.Secundo est probata dicta intētio,ex testibus ꝓductis pro parte dicti Cole.Nam isti usu,
b rarij suos cōtractus ita clā z malitiose faciunt,qđ vix possunt
3 de vsuraria prauitate conuinci,vt ea.j.de vsur.in clemē. †z iō in istis que non possunt ita liquide probari,sufficit probatio per coniecturas,l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re militari.z est expresse in c.cum in diecesi,extra de vsuris.Sed iste legitime cōiecture sunt probate,vt j.ostendetur.† Prima coniectura est,qđ
4 dicte possessiones valent multum vltra pretium in dicta venditione appositum scilicet vltra dimidiam illius pretij conuēti,vt
c probatum est per testes qui deponunt maxime super tertio z quarto capitulo:z est vna de presumptionibus qđ sit factus in fraudem vsurarum,vt d.c.illo vos,z c.ad nostram.Secunda presumptio est ad probandum,qđ sit factum in fraudem vsurarum promissio facta de reuendendo;quia dictus Cola Falabarche
d dixit Cole pucciarelli predicto presenti z intelligenti q redderet sibi dictum podere,si ille redderet sibi dictam pecuniam: z hoc probatum est per multos testes.Tertia presumptio est,cōfessio dicti Cole Falabarche facta absente parte:vt ff. de edil.edict.l.que ratio.in fi.de adul.l.capite quinto.z ibi no.de liber.le. l.non solum debitorem.§.si liberationis verba.z ibi notatur.C. de confessis.l.vnica,qđ aut iste Cola fuit confessus, probatur per testes,&c.Quarta presumptio,quod cōtractus sit fictitius z simulatus.est publica fama,que facit semiplenam probationem,secundum gl.iuris Canonici,z ciuilis:z no.ff.de testib.l.iij. §.idem diuus.z extra de appel.c.j.cum simplib.ibi notatis, Fama est per multos testes probata:ergo,&c. Ang.de Amelia decretorum doctor.Bar.de Saxoferr.legum doct.Franciscus Tigri.de pisis.J.U.D.

ADDITIONES.

a Th.D. Viso libello. Huiusmodi consilium fm ordinem perusinum,est in prima parte iudiciorum,nu.xliv.z pro consi.bar. allegat Alex.in l.post contractum.in versi.j. presump.ff. de do. z dicit esse nu.cxxj.z adde ad no.per Bar.hic:z eundem Bart. in consi.lxv.factum tale est.in consi.lxiij.proponitur.z per bar. Ucro.in tracta.de simula.contra.per totum,z Vitalem Neapoli.in suo trac.clausularum,in clausula simulationis contractus, z vide Bal.in l.fi.C.mand.

b Qui possunt.Adde plures cōcor.per ias.in l.si quis ex argentarijs.§.pretor ait.ff.de edē.z pe.Cor.in cō.ccxlij.in presenti causa.in iij.vol.z in consi.cxxxvij.lz multas.in vlt.col.in eo.vol.quibus adde Bar.in hoc consi.quod non allegant ipsi.

c Ultra dimidiam.Vide per Bar.Ucro.in suo tra.de simu. cōtrac.in ij.presum.

d Promissio facta de reuendendo. Istud consilium sequitur Alex.in l.post contractum.ff.de do.in addi.ad Bar.z vide bar. Ucro.in d.trac.suo,in vj.presump.

CONSIL. XX.

1 Mutuum naturale z ciuile quid sit,z qua actione possit agi.
2 Sententia refertur ad acta.
3 Idem numerus quantitatis quādo reperitur in duabus diuersis dispositionibus factis,z inter easdem personas, intelligitur de diuersis quantitatibus,z non de vna,z eadem.
4 Due cause quando opponuntur vt respiciant vnum finalez effectum requiritur vtriusque cause concursus,z si deficit vnus totum deficere videtur.
5 Dictio,quocūque,vel omni meliori modo,&c.quomodo intelligatur.



Visa prima, z secda petitione, z forma fideiussoris Licoli, z omnibus aliis actitatis in cá pertinétibus ad hoc, credo qd cótra dictú Liolum fideiussorẽ nó possit fieri executio sine late super secda petitione. Ad hoc aút perfecte inuestigandum est
1 qd de iure cói fideiussor iudicatum solui, nó tenetur facta mutatione cause, vel rei petite, vt ff. iudi. solui. l. cum querebatur. §. fi. sed in casu nostro est facta mutatio cause. Item est mutatio rei, vt probo, ergo fideiussor nó tenetur. Qd sit facta in secda petitione mutatio cause, ostendo sic. Certum† est quod quoddam est mutuum naturale, quod contrahitur numeratione, z ex eo agitur certi condictione ex mutuo, z tunc causa actiois est ipsa numeratio, vt ff. de fideiuss. l. si quis p eo. §. fi numos. Et de hoc loquitur totus titus. si certum petatur, z not. eodem tit. l. si a furioso. in princi. prime gloss. Quoddam est mutuum ciuile, cui fauet quandoqz naturale, vt si stipulor a te centum ex causa mutui, z numeratio sequitur, vel precedit: quandoqz huic mutuo ciuili non fauet naturale, vt qz numeratio non sequitur nec precedit, z his duobus casibus causa obligationis, z actiois est ipsa stipulatio, z ex ea agitur non ex numeratione, vt ff. de novatio. l. cum enim. plene not. per gl. in verbo. credimus. ff. si certum pet. l. ij. §. final. z eodem titulo. l. certi condictio. §. quoniam. Sed in casu nostro in prima causa vbi fideiussor interfuit, egit certi cõdictione ex stipulatione. Proposuit enim mutuum ciuile coadiuuatum a naturali, z sic causa stipulatiois seu obligatiois est
b ipsa stipulatio. In secunda[b] petitione egit condictione certi ex mutuo naturali. Nam ista recognitio, z cõfessio proponitur ad probationem mutui naturalis, non ad obligationem, cum ex tali confessione non nascatur obligatio: sed iam nata probatio, vt ff. depositi. l. Publia, in fin. nota. per Lyn. de non nume. pecu. l. generaliter. Cum igitur in primo iudicio causa fuit ista stipulatio, in secundo iudicio causa fuit ipsa numeratio: ergo causa mutata, z sic fideiussor iudicatum solui de iure non tenetur: vt
2 supra probatum est, z l. nõ idcirco. §. fina. ff. de iudicijs. † Secundo ad idem probatur sic. Certum est, quod sentẽtia refertur ad
1 acta, l. ait prætor. §. j. ff. de re iudi. z C. de sentẽ. que sine certa quãtitate. l. hec sententia. sed in actis cause, scilicet in cõsilio domi, petri, z in replicatione partis continetur, quod causa est diuersa a prima: ergo sententia videtur lata ex causa diuersa. Tertio
i quia posito sine preiudicio quod esset eadem causa, tamẽ hic talis actor non potest allegare. Cum enim per domi. Petrum pronunciatum sit pro ipso actore, qd causa sit diuersa, non potest modo dicere, hoc non esse verum, vt ff. de legat. j. l. si seruus plu-
3 rium. §. j. Qd autem sit facta mutatio rei, sic probo, † quoniam idem numerus quãtitatis reperitur in duabus diuersis dispositionibus factis inter easdem personas. de diuersis quantitatibus intelligitur, non de vna z eadem. Casus est. ff. de probatio. l. quinquaginta. not. ff. de leg. j. l. plane. la prima. §. sed si non corpus. Sed in primo libro fit mentio de centum quinqz florenis mutuatis, per stipulationem promissis, z hec est vna dispositio. In secundo fit mentio de centum quinque florenis mutuatis atque recognitis z confessatis, z hec est alia dispositio: ergo diuerse fuerunt quantitates, z sic diuerse res, ideo fideiussor de iure communi non tenetur. Nunc restat videre vtrum per formam promissionis fit in dictis casibus a iure communi in aliquo recessum: vt per hoc ipse fideiussor teneatur. Nã promisit omnẽ quantitatem, ex qua esset cõdẽnatus ex causis supra dictis, ꝛc. Sed in libello erat insertum mutuum naturale. Item, sequens stipulatio, z in sequenti petitione fuit cõdemnatus reus ex mutuo naturali: vt predixi, ergo verba stipulatiois locum hic habent. Respondeo tamen, quod dicta verba non obstant. Nam debet intelligi ex predictis causis coniunctis, z simul concurrentibus. hoc est, ex stipulatione impleta per numerationem.
Hoc sic ostendo, quia quando due cause apponuntur, vt respiciant vnum finalem effectum, requiritur vtriusque cause cõcursus: z si vnum deficit, totum deficere videtur. l. si heredi plures. ff. de condi. instituti. z de rebus dubijs. l. si is, qui ducenta. §. v
4 trum. C. de impube. z aliis substitut. l. penulti. † Sed in proposito, iste due cause ponuntur, vt vnam obligationem respiciant: ergo, ꝛc. Sed in secunda petitione deficit vnum, scilicet stipulatio. ergo totum videtur deficere. Preterea, verba istius stipulationis, que dicunt ex causis predictis, sunt dubia vtrum intelligantur diuisim, an coniunctim, z sic debent declarari ex sequenti libello, sup quo stipulatio est interposita: vt C. de diuer. rescript. l. j. de lega. j. l. si seruus plurium. §. fin. z C. de transactionib. l. si de certa. Sed nõ est dubium quod ille due cause, scilicet mutuum z stipulatio in libello ponuntur coniunctim pro vna causa, scilicet stipulatiõe impleta per numerationem. d. l. cum enim. z aliis supra allegatis. ergo in promissione debet intelligi coniunctim: sed in prima petitione fuit proposita vna causa separata: ergo nõ vna cum prima. Hec obstant illa verba posita in stipulatione, petendorum coram domino Angelo, fuisq; successoribus, quocunque tempore, z modo. † Nam ista verba quo
5 c cunqz modo, [c] non possunt intelligi, quocunqz modo, id est, quacunqz causa, longa enim differentia est inter modum, z causam cum causa semper sit de preterito, l. damus. ff. de condic. indebi. modus vero est de futuro: vt not. ff. de conditionib. z demon. in gl. rubr. Sed in hac stipulatione modus aliter accipitur. Nam ista verba quocunqz tempore z modo veniunt ad determinationem illius participij petendorum. Voluit ergo dicere sine petentur per modum ordinarij iudicij offerendo libellum, sine petendo instrumentum executioni mandari ex forma statuti. sive faciendo eum cõdemnari ex prima confessione. Nec ergo petendi voluerunt contrahentes denotare nõ diuersitatẽ causarum quod patet ex dicto participio petendorum quod determinatur. Item quod est futuri temporis z causa est de preterito: vt dixi. Circa vero diuersitatem rei petite nihil est innouatũ per stipulationem. Nam omnia verba stipulationis referunt se ad quantitatem in petitione contentam. sed in secunda petitione fuit diuersa quantitas: ergo, ꝛc. vt dixi. Non ob. illa verba. z secundo promisit soluere omnem pecunie quantitatem, in qua ipse Liolus fuisset cõdemnatus ex causis supra dictis: quia dicta verba generalia, omnem pecunie quantitatem, [d] ꝛc. debent
b intelligi, si ex vigore petite quantitatis in primo libello resecundit vt occasione expensarum vel interesse: vt probatur in l. si expluribus. in prin. ff. de sol. z de fideiuss. l. si qs pro eo. §. si numos. Cum igitur in secunda petitione sit diuersa causa, z diuersa quantitas. non procedens ex prima. patet quod in hac causa fideiussor non fuit acceptus, z sic contra eum executio non potest fieri. Bar. a Saxoferr.

ADDITIONES.

a T. D. Visa prima. Adde quod hoc consi. Bar. fm ordinem peruf. est in j. parte iudic. nu. 50.

b In secunda petitione. Adde ad not. per Bart. in l. ij. §. final. ff. si certum petatur. z in l. si debitorem. ff. de noua. z in l. non abstulit. C. de noua. cum concor. de quibus per Aler. in d. l. si debitorem. z in d. §. fi. z ibi plenius per Jas. Adde. etiã no. per Bart. z docto. in l. certi conditio. §. si numos. ff. si cert. peta. cum concordan. de quibus per Aler. z plenius per Jas. in l. si quis ita stipulatus. §. Chrysogonus. in vij. no. ff. de verb. oblig.

c Quocunqz modo. Nota quod huiusmodi clausula, quocunqz modo vel omni meliori modo nõ intelligitur quacunque causa vel omni meliori causa. Ita Bart. hic, quod no. z ideo cum ad uocati dicunt, quocunqz modo. z causa, ꝛc. que nota ad dicta p Felyn. in cap. cum super. de offi. delega. z Aleyan. in consiliis vj. volu. Quomodo autem intelligatur clausula, quocunque e qualitercunqz. vide Beminia. in ca. ij. de preb. in vj. z ibi Per. de Ancha. z Philipp. de Franchis in cap. ad hec. de appella. Quomodo vero intelligatur clausula, quoties. z quandocunqz vide plures concor. per Jas. in l. petens. C. de pac. z plenius per Feli. in c. cum accessissent de consti. quibus adde do. Fabia. de Mõte. in suo tract. de emptio. z venditio in iij. q. iiij. partis prin. z Bal. in consi. cclij. in iij. vol. incip. ad euidentiam in fi.

d Omnem pecu. quanti. Adde, quod dicit Bartol. hic, quod verba, omnem pecunie quantitatem, restringuntur ad petita preambula in primo libello, z non in secũdo, adde no. per Bar. in dicta l. si quis pro eo. §. si numos. ff. de fideiu. z Moder. in l. a furioso. in princi. ff. si cert. peta. z Bald. in l. si. in fi. C. ad Maced. Et adde, quod verbum, omne, recipit modificationem. Odra. in consil. cclxxviij. Item verbum omne, comprehendit ea que possunt comprehendi ex natura sermonis, vide Bartol. in l. qui habebat. ff. de leg. iij. bald. in l. a procuratore. versi. in contrarium. C. mand. Item verbum omne, restringitur ad presentia, preterita, z futura, z vide plene per Fran. Curt. in cõsi. lxix. visis duobus, z Specul. in titul. de positionib. §. decimo sequitur videre. versi. sed pone q̃ procurator. z Aler. in l. inter omnes. in fi. ff. qui satisd. cogan. z ibi vide apostil.

CONSIL. XXI.

Tutor qui est datus existẽtibus legitimis, nulliter est datus, z ideo si non administrauit tutelam, non tenetur, z potest ab administratione desistere.

1 ℣ Tutor habenti tutorem non potest dari, z tutela esset ipso iure nulla.

2 Tutor nulliter datus si nõ administrauit tutelã non tenetur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a In questione qua dicitur a fuisse datum tutorem per iudicē, z postea ad petitionem cuiuscdā fuit revocatus, †visis que videa fuerunt, videtur de iure dicendum, qs datio tutoris facta de dicto Licholo, sit ipso iure nulla, quod patet, qr datus est tutor habēti tutores legitimos, scz, auunculos, qui hodie in tutela preferuntur agnatis remotioribus, in gradu, vt in aut. de her. ab intel. §. ex his. posita C. de legi. tut. auth. sicut hereditas. z sic patet qs in donatiōe fuit erratum, ergo datio fuit nulla. b ff. de tu.
b 2 z cur. da. ab his. l. tutor si petitus. Ex† hoc sequitur, qs si nō administrauit tutelam dictus Licholus non tenetur. casus est C. qui da. tu. pos. l. si fororis. nec ei nocet si cepit administrare. Preterea. sponte sui compulsus non pōt ab administratione desiste re, vt ff. de eo qui pro tut. l. j. §. fi. Nec ob. decretum factum, z qr vnus ex d. auunculis fuit extraneus, qr remanet alius auunculus qui excludit dictum Licholum. Bar.

ADDITIONES.

a T. D. C In q. qua dicitur. Adde qs hoc consi. fm ordinem peru. est in j. parte iudi. nu. 51.

b C Datio fuit nulla. Adde not. per Bar. in l. tutor si petitus. ff. de tuto. z curato. da. ab his. z in aut. mat. z auie. z ibi scripsi. C. quando mul. tute. offi. z ibi Alberi. ponit de legitimo qui se intromitteret in tutela, z administratiōe existente matre per eandem rationem. Et an tutor possit propria authoritate se exonerare. z dare tertio ad hoc vt non teneatur, vide Paul. de Cas. in consil. 251. incip. ad bene examinan. in quarto dubi. z adde nota. per Bart. z que ibi scripsi. in consi. 251. factum sic se habet, quidam, 2c.

CONSIL. XXII.

1 Appellatio quelibet est permissa, nisi videatur prohibita.
2 Appellari a sententia cōdemnationis in materia falsitatis, an possit.

a In questione qua queritur a an ser Leonus possit appellare a sententia contra se lata. Secundo, an si pōt appellare, que sententia sit per iudicem appellationis ferenda. Circa primum, viso processu contra dictum Leonum, z socios facto, eius tenore diligenter inspecto, videtur indubitanter de
1 iure dicēdum, quod dictus ser Leonus appellare possit. † Hoc autem ostenditur sic. Certum est, quod de iure communi habemus regulam generalem, qs a qualibet sententia possit appellari, nisi reperiatur expresse prohibitum. l. a procōsulibus. z l. z in maioribus. C. de appel. sed in casu nostro nō est prohibita appellatio de iure cōmuni, vel speciali. ergo, 2c. De iure communi,
b quia nō pro omni falso prohibetur appellatio, b sed solum pro falsa moneta, in alijs non supponentibus vnam monetam pro alia. hoc nō reperitur prohibitum. ergo 2c. Item nec de iure municipali ciuitatis Tuderti prohibetur appellatio si quis condemnatus fuerit pro falsitate, sed iste ser Leonus non fuit pro falsitate cōdemnatus imo pro delicto nullo z non punibili cō-
2 demnatus est, z nō pro aliqua iusta causa. † Item si recte inspiciantur verba statuti ciuitatis Tuderti, z inspiciant verba cō demnationis. dictus ser Leonus dicitur mandasse, z cōsilium dedisse postquam predicti omnia deliberauerant, z sic dedit cō-
c silium ei, qui alias erat facturus, qs factum nō est punibile de iure, vt optime probatur insti. de obl. que ex delic. nas. §. ope. z l. sepe. in fi. de ver. sig. z l. j. §. persuadere. ff. de ser. cor. z ibi no. Nō ob. si dicatur, quod hic fecit plus quia mandauit. Item hoc casu mandatum factum ei, qui deliberauerat, idem est qs cōsiliuz, l. iiii. in fi. ff. mand. z ibi gl. notab. in verb. sibi cōsilium. z tūc si bene aduertas nō obstant no. per Dy. in c. nullus ex cōsi. extra de re. iur. libr. vi. idem dz intelligi in delictis. que sola animi corruptione cōmittuntur, vt serui corrup. vt d. l. j. §. persuadere. not. ff. de iniur. l. non solum. §. Proculus. prout est in litera volenti, sed qr illa litera videtur approbari per gl. in d. l. sepe. posito, qs esset vera illa litera. §. ille etiam haberet locū in iniurijs que deferuntur, seu inferuntur circa personam, non in delicto cōmisso circa rem: vt furtum. vt expresse dicitur in gl. in d. l. sepe. in verb. condici pōt. Non ob. si dicatur, hic fecit plus. qr dedit auxiliū, 2c. vt in inquisitione continetur. Item quantum ad dictum ser Leonum nil releuat. qr in inquisitiōe nullatenus declaratur qd auxilium dedit nisi qs dedit auxilium predicto mō scz mandando, z cōsulendo, z sic videtur incertum in inquisitione deductū. Bar. a Saxoferrato.

ADDITIONES.

a T. D. C In q. qua queritur. Adde qs istud consi. fm ordinem Peru. est in j. parte iudi. nu. 52.

b C Prohibetur appellatio. Inquantum Bar. vult, qs pro falsa moneta cōdemnatus nō pōt appellare adde tex. in l. j. in prin. C. de fal. mo. z ibi gl. in verb. priuato. z Sal. z Spec. in ti. de appel. §. in quibus casibus. vers. decimonono nō valet tamen. no. limitationem, quam dat Bar. hic, ad illam legem, nō habere locum in supponentibus vnam monetam pro alia, qd si cōdemnati sunt, possunt appellare. Et no. Bar. hic, que adde ad not. in d. l. j. z adde, qs consuluit Rapha. Cu. in cōsi. cxxix. inci. hoc maxime propositum. inci. vbi facit differentiam de pena falsificantis monetam, z in supponentibus vnam monetaz pro alia, z plura vtilia scripsi. in d. l. z in maioribus.

c C Dedit cōsilium. Adde inquantum Bar. vult. quod si qs dedit consilium vt quis faceret monetam, si alias erat factur², nō dz puniri de falsa moneta, que adde ad no. per Bart. in l. is qui opem. ff. de fur. z ibi scripsi vide Ang. de Are. in §. interdum. in sti. de obl. que ex del. nas. z Imo. z Fran. de are. in l. si stipulatus fuerit. ff. de verb. oblig.

CONSIL. XXIII.

1 Inquisiti plures cum clausula de auxilio, z fauore an referatur ad omnes, vel ad quem eorum.
2 Fauorem vel opem prestans percussori, non est nec potest dici percussor.
3 Inquisiti singulariter insultando, z percutiendo, si deliquerūt, an debeant puniri, ex quo principaliter, vel in consequētiam de liquerunt.

a Ex facto proponitur, quod xij. homines officio iudicis inquirantur, qs ipsi, z quilibet ipsorum cum armis offendibilibus fecerūt insultum contra Mar. Jo. Philip. z Francis. z qs quatuor ex dictis insultantibus percusserūt dictum Fran. cum hasta, z vnus ex ijsdem percussoribus percussit eūdem vna alia percussione, z quod omnes inquisiti predicti, z quilibet ipsorum exceptis duobus ex primis percussoribus percusserūt dictum Mar. Jo. Philip. z Franc. z ad predicta omnia z singula committenda, vnus alteri, z alter alteri dederūt, z prestiterunt auxi-
1 lium, consilium, z fauorem, opem, z operam efficacem. † Modo dubitatur, vtrum dicta clausula de auxilio z fauore, complecta tur in quolibet dictorum inquisitorum prestitisse auxiliū, z fauorem quibuscūque alijs inquisitis ad supra dicta per se, z qui libet ipsorum commissa equaliter ipsa clausula considerari debeat, z ad quas, z ad quid referatur. In questiōe predicta sine dubio dicemus clausulam referendam esse singulis, z ad quemlibet ex inquisitis. Nam cum proponatur reciprocam. id est, vicariam prestationem auxilij, z cōsilij interceſſisse inter inquisitos predictos: nec sit ratio, quare magis ad vnum quam ad alium referatur, ad quemlibet eorum est referēda prestatio auxilij supra dicta, vt ff. de vulga. z pu. liam hoc iure. z l. ij. §. quamuis. C. eod. z de leg. j. l. talis scriptura. in fi. z de iurisd. om. iud. l. si idem cum eodem. z ibi no. hunc etiam intellectum inducunt illa verba in inquisitione apposita videlicet, vnus alteri, z alter alteri. Nam quilibet ex dictis inquisitis, videtur auxiliū z opem prestitisse vt ff. de lega. ij. l. qui concubinam. §. cū ita. z de lega. j. l. si ita legatum. in principio. z ibi no. Modo restat videre, quid in proposito themate premissa clausula debeat operari: z an predicti inquisiti debeant, z possint de auxilio, z fauore puniri. Videtur probabiliter dicendum, puniri nō posse. Nam licet plures rei debēdi, z insolidum obligati videantur ambo fideiubere in vicem, tamen huiusmodi tacita fideiussio nō producit inter eos officium obligationis, quod patet, quia si vnus soluit insolidū non repetit a correo per actionem mandati, vt ff. ad Velleian. l. vir vxori. §. finali. z sicut notari. C. de duobus reis. l. j. Sic, z in proposito, cum omnes z singuli inquisiti fuerint principaliter delinquentes, z qualisqualis fauoris auxiliiq; prestatio precesserit, non producit obligationem ex principali debito, z consequenter punitionem ipsius auxilij, vel fauoris, cum solummodo principale delictum, z principalis obligatio sit attendenda, z nō que ex consequentia procedit, vt ff. de aur. z argen. l. si z nō sint. §. perueniamus. z accedit in hoc. ff. de iniuri. l. pretor edixit. §. si dicatur. vbi dicitur expresse, quod principalis causa attendi-
2 tur, non alia. †. Secūdo, quia is qui prebet fauorem, vel opem percussori, nō est percussor, nec potest dici percussor, vt ff. de furtis. l. is qui opem. z ff. de iniurijs. l. non solum. §. si mandato. z §. Proculus. Cum ergo singulariter dicti inquisiti percusserint, non possit dicti percussoribus auxilium prebuisse eo ipso quod percusserint, quia idem factum non potest parere duos effectus, seu eadem percussio facta per quemlibet non potest censeri diuerso iure, videlicet iure percussoris, z iure fauorem prebentis, vt ff. de vsucapionib. l. eum, qui heredes. in principio. de
3 condit. z demon. l. Titie si non nupserit. † Preterea, questio presens satis videtur determinari ff. de furtis. l. qui seruo. §. si duo. vbi videtur quod si duo serui diuersorum dominorum sibi inuicem persuaserint, z ambo simul fugerint, alter alteri⁹ fur nō est.

Sic ꝛ in proposito cū omnes inquisiti fuerint principaliter delinquētes, ꝛ ex facto plurimū consummatur delictū, q̄ quidē delictum per alterū solum consummari non poterat, iura dicūt qđ omnes insolidum principaliter tenentur, ꝛ non accessorie. ff. ad l. aquili. l. ita vulneratus. §. cum plures. ꝛ ff. de fur. l. vulgaris. §. si duo. ꝛ accedit. ff. arbo. fur. ce. l. si plures. Cum ergo predicti inquisiti singulariter insultando, ꝛ percutiendo deliquerunt, debent de eo quod principaliter deliquerunt puniri, non attenta consequentia que ex facto principali posset insurgere. Nam illa consequentia effectum non producit, vt superius est expressum ꝛ facit ff. de sol. l. si duo. §. ꝛ quasi generale. Et ad premissum intellectum facit generalitas verborū inquisitionis, ꝛ omissio ipsa auxiliū ꝛ fauoris, vt possit concipi an fauor fuerit prestitus aliter vel alio modo quam principaliter in delinquendo. Auxiliū enim multifarie prestatur, ꝛ armis. ꝛ manu, clamoribus, ꝛ obiectu corporis, vt ff. ad Silla. l. cum dñs. cum simil. ꝛ sic cum inquisitor fuerit vagatus circa vltimam partem inquisitionis, alias alteram partem inquisitorum non pergit inquisitio ad vigorez iudicij, vt ff. de iniur. l. pretor edixit. in prin. ꝛ §. q̄ autem pretor ait. cum similib.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Ex facto proponitur. Adde, qđ hiusmodi consi. secūdum ordinem perus. est in j. parte in d. nu. 53. ꝛ est in 7. vol. consil. Ad dicta per Bar. hic, vide eundē Bar. in l. qui seruo. §. si duo ff. de fur. ꝛ Alex. in consi. xv. in j. vol. viso processu.

CONSIL. XXIIII.

1 ☞ Adherentes qui dicantur.
2 Sequaces, participes, ꝛ capozales qui dicantur.

a 1 IN dubium reuocatur qualiter intelligantur adherentes. ideo vide tex. in corpo. de her. ꝛ fal. ibi quam nūc. † Ex hoc not. significatum huius verbi adherentes. Illi enim proprie dicūtur adherentes qui sunt eiusdē vel sponte cui⁹ est principalis. De hoc est tex. in c. apostolice. de re indi. li. vj. ꝛ vide bonum tex. in auth. de alie. ꝛ emph. §. economos. ꝛ hoc est vti le pro capitulis pacis, que quotidie inter ciuitates vertuntur. Nam vna alteri, ꝛ altera alteri promittit non offendere ciuitatem, nec suos adherentes. Intelliguntur aūt adherentes subdi
b tib ciuitati, ꝛ illi qui sponte sunt eiusdē velle, cuius est ipsa ciui
2 tas. Qđ autem importet verbum, sequaces. vide tex. in c. con
c questi. extra de sen. excom. † Qui autem dicātur participes, aut se continentes, vide tex. in l. vnic. C. si rec. prouin. Capozales aūt
d illi dicuntur, qui caput seu principium alicuius facti, siue rei tenent. Pro quo vide tex. in l. ij. §. si quis homines. vbi hoc notatur, ff. vi bo. rap. que faciunt ad multa. Bar.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ In dubium reuocatur. Adde qđ istud consi. fm ordinem Perusinum est in j. parte iudicioꝝ, nu. 54.
b ¶ Adherentes subditi. Vide Bar. in l. non dubito. ff. de capt. ꝛ And. Barb. in consi. xj. in ij. vol. inc. istud afferam in medium, ꝛ Lud. Rom. in consi. cccc xvj. in proposito casu.

CONSIL. XXV.

1 ☞ Procurator producēs testes an debeat puniri ex forma statuti, vt principalis.
2 Statutū imponens penam an ꝛ quando sufficiat ad annullandum actum.

a 1 STatuto ciuitatis Senarum cauetur q̄ nullus preter principalē pduc
1 cat testes sub pena xxv. lib. † Quidā procurator produxit testes in quadā cā procuratoziꝝ nomine: queritur an talis productio valeat? Rñ. indubitanter, q̄ no: qz factū lege vetante, vt l. nō dubium. C. de legi. Et si dicatur statutū vltra procedit penam imponendo, ꝛ sic vz
2 qđ fit, per l. si. ff. de diuoꝛ. ꝛ ibi not. in gl. in verb. cōubiū. p Richar. Mal. ꝛ quod nota. per Ly. in d. l. nō dubium. in fi. † Ad id
b dico, quod vbi lex vltra procedit penam imponēdo actus est nullus firmioꝛi ratione, ex quo pena imponitur, quia illud sufficit ad annullandum actum. ff. de his que pro non scrip. habē. l. j. vbi est casus expressus. Non obstat. l. ij. de diuoꝛ. quia ex impositione pene apparet quod lex voluit valere diuoꝛtiū factuz: ex hoc patet q̄ sensit q̄ diuoꝛtium valebat alias de iure communi secūdo viro. si primum matrimonium durabat aliud matrimonium non valuisse, ꝛ istam rationem ponit ibi tex. expres. Et diffinitio quam dicti doctoꝛes faciunt, videlicet aut pena imponitur actui prohibito de iure communi, aut prohibito de iure speciali nil valet quia est contra text. ꝛ gloss. in verb. expressum, in l. pretoꝛ ait. §. j. ff. de oper. no. nuncia. super verbo, expressum. Nam eo ipso quod imponitur pena destructionis, videtur vetare, ne fiat, ꝛ annullet̄ factum: ꝛ cōstat quod interdictum de no. ope. nun. est de iure speciali extraoꝛdinario, l. in prouinciali,

eo. tit. Preterea, illa distinctio lege non probatur: quia d. l. fin. de diuoꝛtijs. nil facit, vt dixi. Hoc etiam in proposito, scilicet qđ productio testium non valeat. Probatur alia ratione inuitabili, qz procuratoꝛ non hz mandatum ad hoc. Nam in generali
c mandato non venit aliquid qđ sit penale, l. si procuratoꝛ. de cō
di. inde, cum simi. etiam sic hec productio que est penalis nō vz
ꝛ si mandatum recte inspiciatur, dictus procuratoꝛ nō habuit
d mandatum speciale ad producendum testes, sed ad videndū iurare testes. Concluditur ergo, qđ dicta productio tanquam facta contra statutum a non habēte mandatum est ipso iure nulla Bart.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Statuto ciuitatis. Adde quod istud consi. fm ordin. Peru. est in j. parte iudicio, nume. 55.
b ¶ Qđ vbi lex. Adde, qđ Bar. in l. pretoꝛ ait. §. j. in fin. ff. de no. ope. nun. videtur sentire contrarium: vbi dicit, qđ quando nullitas actus respicit alterius preiudicium quam eius cui imponitur pena, actus non est nullus, l. filiosa. §. fi. ff. de fal. ꝛ de reg. iur. l. non videtur dolo facere. ꝛ ideo si tibi cōtingat in facto, aduertas ad dictū Bar. hic. Et an, ꝛ qñ lex, vel statutum prohibet actum fieri, deinde procedit imponendo penam facienti talem actum, an per impositionem pene videatur velle, qđ actus remaneat validus, vel inualidus, examinant bar. ꝛ doc. in d. l. pretoꝛ ait. cum concoꝛ. traditis ibi per Alex. ꝛ ibi etiam per d. meum, ꝛ preceptoꝛem, d. Jas. in ij. no. quibus adde Bar. in hoc cōsi. de quo non faciunt mentionem.
c ¶ Quod sit penale. Aduerte, quod hoc non est penale dominꝰ sed procuratoꝛi, ꝛ ideo hoc dictum Bar. hic, est singulariter no tandum.
d ¶ Mandatum speciale. Contra hoc dictū Bart. facit l. ad rem mobilem, ꝛ l. ad legatum. ff. de procur. ideo no. hoc dictū Bart.

CONSIL. XXVI.

1 ☞ Si pars fecit iurare testes in dilatione, nunquid post dilationem possint examinari.
2 Testis qui iurauit ad instantiam partis, pōt examinari inuita ipsa ꝛ absente parte, ad instantiam partis aduerse.
3 Probatio per iuramentum non fit.

a 1 QUeritur, a si dilatio est assignata p iudicē
1 pbare quicquid volūt. Si actoꝛ fecit iurare testes in dilatione, ꝛ non deponere, nūquid post dilationē
1 † possint deponere? Et primo videtur, quod sic: qz quo coꝛā iudice iurauerunt, non est in potestate producētis, sed iudicis examinare, qz eos examinat i secreto partib⁹ absentibus. Itē quia post iuramentū iudex debet testes examinare ad instāniā partis aduerse, etiam si is qui produxit resistat, vel absens sit, ergo habetur p̄ recepto post iuramentum alias nō examinaret ꝛ euz iudex producente inuito, vel absente. Et hoc probatur
2 C. de testi. l. si quando. ꝛ ibi no. vñ fecit producēs, quod potuit faciendo eos iurare, ꝛ ideo dilatio ea nō preiudicat, cum per iudicem, non per eum stetisse videatur, qui examinare distulit. ar. ff. ex quib. cau. maio. l. sed ꝛ si per pretoꝛes. in prin. ꝛ §. ait ꝓtoꝛ. ꝛ in aut. vt spon. larg. §. hoc quoq;. Item, probationū facultas non est angustanda. C. de heretic. l. quoniam. Item, cum testes produxerit in iudicio, iurare fecerit, procedere debet examinatio sine temporali damno. ff. de iud. l. ij. §. in omnibus. Econtra videtur primo, qz dilatio amplius quā semel nō est concedenda nisi ex causa. ff. de fer. l. j. ꝛ ibi not. Unde, cum sine noua dilatiōe non possint testes deponere, merito non est petendum, ar. d. l. j. Secōo, quia quis vltra terminū nō auditur, ff. ex qui. caus. mal. sed ꝛ si per pretoꝛem. §. sed ꝛ si dum decreto. ꝛ C. de accusa. si ea ꝛ C. de remi. pig. l. si eo tempoꝛe. Tertio, quia impurat ei qui se arctauit, ff. si quis caus. l. ij. §. si quis tamē, ꝛ de seipso queritꝰ, quia a nullo alio deceptus est, ff. de rei. ven. l. naz si actoꝛ. de act. emp. l. j. in fi. Item, si est actoꝛ, ei est magis imputandū, qz probationes debet secum afferre. C. de ꝓbi. se. pec. l. j. Itē, si reus nō debet in sua potestate conferre, vt differat quātū vult, vt ff. de iurisd. om. iud. l. si idē. §. j. Ultimo videtur determinari per l. quādo. C. de testi. vbi dicit, q̄ vltra xv. dies nō debēt testes obseruari. Ex quo colligitur, q̄ ex tūc sit actoꝛ in summa negligentia, adeo etiam q̄ si per iudicē staret non audietur, vt d. l. si. in fi. Itē, iudex nō debet se in causa intromittere vtraq; parte silēte. ff. de iud. l. inter litigatoꝛes. ꝛ C. de iudi. l. properandū. §. ꝛ si quidem pars. in glo. in verb. licentia. que incip. iure isto. in fi. ꝛ not. C. de testibus. l. si quando. in gloss. in verb. introducit. que incl.
3 siue sit ille. ¶ † Hec obstat si obijciatur quod iurauerunt intra terminum, quia nihil operatur. Datus enim fuit sibi terminus ad probandum, quod non intelligitur de iuramento testium solummodo, sed de effectu probationis. Constat enim, q̄ per iuramentuz non fit probatio, vnde videtur de depositione

cogitatum

cogitatum.arg.C.de leg.z const.l.non dubium. Item iuramentum testium.z depositiones exigūtur. Non enim sufficit vnum sine altero.Et ideo dicitur in lege.q testes iurati deponant. C. de testam.l.fi.in fi.z l.hac consultissima.§.pe.per q do.Joā.Hasiolus de Pisis hanc questionē determinauit, de facto cōsultꝰ. Sunt igitur inseparabilia,z individua,iuramentum z depositio.z nō sufficit partem fecisse,arg.ff.famil.ercis.l.heredes.§.ea.Per q concluditur.q nec etiam iurasse videtur.ex quo in dilatione iurauerunt tantum,z non deposuerunt.arg d.l. z C. ad Sylla.l.cum Syllamanum.in fi.z ff.de eden.l.j.§.edenda.Habetur ergo totum pro omisso,cum vnum omittitur.ff.de transl.l.cū
d §.fi.pretor.ibi not.in vlti.gl.z insti.qui.mod.test.in fin.§.ex eo autem,z ibi no.In questione istaᵇ do.Ray.de Forli.determinauit testes debere examinari,non ob.dilationē:q̄ facto fecit. q̄ nō potuit.testes inducendo,z faciendo iurare.Ad autem quod postea debet sequi,scilicet examen faciendum motu iudicis.z eius officio cum testes citati.z iurati debent reddere secretum iudicium,z in secreto examinari vt in Daniele,z etiam C.de testib.l.nullam.Ad illud vero q dicitur C.de test.l.si quando.potest responderi,q dicta lex non intelligitur in dilatione data a iudice.Sed cum testes interdum de longinquo proferūtur.seu producuntur.z vellent recedere ne vagentur cure familiari.z propriis negotiis.tunc enim lex dat dilationem in fauorem testium z.v.dierum,intra quos iudex tenetur facere examinari.q si non facit tenetur.vt ibi notatur.Jo.de Senis consuluit contrarium per iura superius allegata.in ij.parte quest.do. Dy.de mugello.determinauit q recipi possunt,ar.ff.de bo.poss.ex test. mil.l.ij.vbi dicitur.q qui est receptus ad iuramentū,ad totum videtur receptus.Dyn.

ADDITIONES.

a T.D.C Queritur.Adde,q istud consi,fm ordinem Peru.est in j.parte iudi.nu.56.

b C In q.ista,Adde do.de Ro.in decis.lxxiij.inci.licet.z plenius, z in decis.ccccxv.extra Rotam,z per Fel.in c.ij causam.de probatio.vbi plenissime ponit materiam,cui adde Bar.hic,z phil. fran.in c.pia.§.si quis igitur,de excep.lib.vj.

CONSIL. XXVII.

1 ☞An prior hospitalis laicus sit exemptus posito quod hospitale sit exemptum.

2 Intrandi propria authoritatē in possessionem licentia pōt vti contra heredem,z contra ecclesiam,sicut contra defunctum.

3 Verbum de bonis,est significativum possessionis,vel detentionis z non dominij.

4 Verbum reuocato precario,quis dicātur rationabiliter possidere,vel non.

5 Exempta vel non an sit res in dubio episcopus est iudex competens.

6 Ecclesia si est exempta,an sit exemptus prelatus.

a Reuerendo viro domino Buctio de petralonga Spoleti ducat' in spiritualibus vicario,z locūtenenti d. Jac.de Prato iudicis dicte curie,Bar.a Saroferrato legū doctor licet immeritus nūc actu legens peruſij salutem. Ad vota literas vestras recepi, z acta cause appellationis vertentis inter dominum Thomam benedicti priorē Hospitalis sancte Marie de Charitate,z eius procuratorē ex parte vna appellantem, z ser petrum Succij,z eius procuratorem ex altera parte, quaz mihi de partium voluntate vestra commisit prudentia,z puncto scripto videlicet.que sint partes iudicis:visis cōstitutionibus, z consuetudinibus ducalis curie,z actis,z actitatis in ipsa causa,z iuribus,z allegationibᵒ vtriusq; partis,quam commissionem vestri acceptaui,z visis omnibus actis.z iuribᵒ mihi trāsmissis,z allegationibus vtriusq; partis,z etiam auditis sepe allegationibus quas aduocati partium predictarum personaliter coram me facere voluerunt. C Christi nomine inuocato,dico z consulo.quod partes iudicis debent esse tales.videlicet qō inter dictas partes pronuncietur,per dictum dominum Thomam z eius procuratorem,male z iniuste appellatum: z per dictum dominum iudicem esse bene,z iuste pronunciatum. z iudicatum Ad hoc autem dicendū me mouent rationes infra scripte;z vt bene adducant,dubietas habet,z pendet de duobus. Primo,cum ille prior accusetur ex proprio delicto commisso.z accusando illum accusatorem in sua inscriptione apparet quod non agitur de obligationibus, vel facto ecclesie sed de obligatione ipsius priorꝭ,z ex ipsius facto orta,l.neque interdicto ff. de regulis iuris.z de tab.exhi.l.penult.z quod vi aut clam.l.is, qui in patrem.§.si tutorꝭ.Est ergo videndum, vtrum istud delictum sit commissum in loco exempto, vel non, quod si locus non est exemptus,apparet primo posse conueniri,vt in capitu.

b primo,de priuil.lib.vj.Quod autem ille locus non sitᵇ exēptus, ostenditur.Nam verba priuilegij dicunt sic,dicto hospitali,&c. cum illis bonis que in presentiarum rationabiliter possidet.z que in posterum rationabiliter dante domino poterit adipisci
1 ab omni iurisdictione,&c.†Sz dictam possessionem rationabiliter non acquisiuit,ergo dicta possessio nō est exempta.z sic delictum commissum non est in loco non exempto.hoc ostenditur preceisit instrumentum donationis facte dicto ser Petro Succij,ab illo cuius dictum hospitale dicit se heredē,in quo instrumento concessit dicto ser petro licentiam ingrediendi possessionem dicte rei sua authoritate,vt in dicto instrumento apparet.
2 † Sed constat quod data licentia intrandi quis vtitur contra
c heredemᶜ,sicut contra defunctum.ff.de legatis secūdo.in l.Titia cum testamento.§.primo,secundum ij.lectur.z l.heredem.z
d l.quod ipsis.de regulis iuris etiam contra ecclesiamᵈ pōt quis vti dicta licentia,vt probatur extra de donat.c.cum delicti.per quam decretalem hoc tenet Hostien.z Joan. Andr. vt ipsi notant in c.verum,de foro compet.licet Innoc.ibi videatur sentire contrarium cuius opin.reprobatur per d.cap. Pro hoc facit C.de episc.z cleri.l.si quis curialis.Et quia legitima licentia excusat quem a sacr.legio:vt ff.de aqua plu.arcen.l.quanquam.in princip.sed ex instrumentis apparet dictum ser Petrum licentia sibi concessa ingressum esse animo possidendi dictam rem,vt apparet ex instrumentis productis,z sic legitime possidere,ergo dictum hospitale non potest rationabiliter possidere, cum duo non possint eandem rem insolidum possidere, vt l. si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff.commo.l.tertia.§. ex contrario de acquir.possess.Et ex hoc concluditur quod dicta possessio nō est exempta. Preterea,aut ponimus dictum Bellū in vita sua dictam rem possedisse,aut non:si ponimus possedisse.q videt pars dicti priorꝭ asserere, dum dicit in quadam positione dictam
3 possessionem intrauit tanquam de bonis dicti Belli,que † verba de bonis sunt significatiua possessionis vel detentationis nō dominij.ff.vi bono.rap.l.ij.§.in hac actione.z instit.eodem titu. §.in hac.Et maxime cum ipse Bellus hoc asseruerit quod heredes eius negare non possunt, quia mendacium defuncti redarguetur.ff.de pigno.actio.l.rem alienam.in fin.z tunc ostenditur quod talis possessio est iniusta:quia cum ipse Bellus constituerit se suo nomine precario possidere. z sic qualitatem seu titulo possidendi habuit a dicto ser petro donatario,l.interdū. in principi.z ibi nota.ff.de acquirend.possessione. Ex contrario concluditur, quod omnis possessio quam Bellus postea habuit,presumitur habere ex titulo precedenti,scilicet precario a dicto ser petro.l.secunda.C. de acquirend.possessio.z nota, in l.
4 quedam mulier.ff.de rei vend.† Sed possessio que habetur precario,est iniusta mutata voluntate concedentis,vt l.pomponiꝰ. §.cum quis.de acquirenda possessione.z vti possi.l.prima.in princip.z nota.C.de acquirenda possessione.l.vitia.per glos.z Dyn. Ergo apparet,quod Hospitale,quod succedit in locum Belli, vitiose possidet,l.cum heres.ff.de diuer.z temp. prescrip.z C.de prescr.long.temp.l.j.z qō ibi not. Aut dicimus ipsum Bellum nūquam possedisse,sed ipsum Hospitale cepisse possidere,z tūc idem.q? Hospitale possidet precario a dicto ser petro. Nam licet precarium impliciter cōcedium,non transeat in heredem,vt ff.de prec.l.cum precario.in fin.tamen quando hoc expresse agitur,non est dubium q ad heredem transit,vt patet in d.l.cū precario,sicut diximus in vsufr. Nam transit ad heredem si expiimitur,vt C.de vsufr.l.antiquitas.z ff.de ver.ob.l.stipulatio ista §.si qs ita. Idem in legato dominio,vt C.de leg.l.in annalibus. Sed in illo instrumēto tam ex principio quam ex fi. apparet q ille Bellus omnia fecit,z promisit pro se,suisq; heredibus:ergo patet.quod Hospitale possidet precario:sed hec possessio est iniusta,precario reuocato,vt dictum est:ergo patet,quod dictum Hospitale nō possidet rationabiliter,z sic res non est exempta. Preterea,hoc non pōt negari:quin dictum instrumentum donationis faciat rem dubiam,vtrum Hospitale iuste z ratiōabiliter possideat,vel nō:z sic est dubium,an ne res sit exempta vel
5 nō.†Sed in dubio episcopus est iudexᵉ competens,vt nota,per
e Innocē.in c.cum sit.extra de for.competen.z arg.ff. de iudicijs. l.secunda.§.sed z si dubitetur.z l.si quis ex aliena.z quod no.in l.secunda.ff.si quis in ius voc.nō ie.z sic patet dictum vicarium iuste pronunciasse.Secūdum dubium est,posito,licet nō sit verum,quod dicta possessio sit exēpta,an sit exempta persona dicti priorꝭ:Et hic dico,quod non.†Istam,exempta ecclesia,videntur exempti ipsius monachi,vel canonici,clerici perpetuoq;
6 dedicatiᶠ, non autem priorꝭ,qui parochianorum curam habet, vt extra,de priui.capitu.per exemptionem.lib2.vj.ex qua decreta li apparet quod demum illi qui sunt ecclesie,z in ipsa ecclesia incorporati,sunt exempti.Sed si in ipsa ecclesia habet quādam curam seu preeminentiam, ipse est obligatus, non autem

incorporatus ecclesie, hoc etiã probatur de iure ciuili, aliquem esse tribunũ militum, si sic preest militibus, habet ne priuilegia militũ: Certe sic, si est de militibus alijs descriptis, alias secus, vt ff. de tes. mil. l. quod cõstitutum, & ibi no, sed in ppõsito prior Hospitalis põt esse quidam laicus: vt in ca. ij. §. vt autem hec. & ibi no. de relig. do. in cle. hic aũt non est probatum istum prior rem esse oblatum: vel alias ipsi Hospitali incorporatũ. Ũñ licet prior non gaudeat priuilegio Hospitalis, sicut non tribun⁹ militum,[g] qui non est de corpore, seu numero militum, sic nec p rebus, de quibus dicitur in d. ca. per exemptionem. Sic ergo ipse nõ est exemptus. posito qõd locus esset exemptus rõne originis, tñ ipse fiet de iurisdictione episcopi, vt C. vbi de cri. agi opor. l. j. & de interdi. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. Concluditur ergo dictum vicarium bene pronunciasse. Bar.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Reuerendo. Adde qõd huiusmodi consili. fm ordinem Perusinum, est in j. parte iudiciorum. nu. 59.

b ¶ Non sit. An. & qñ hospitalia sint exempta, & multa de hospitalibus ponit Fel. in c. de quarta, de prescrip. & ibi dixi in add. vbi videas.

c ¶ Contra heredem. Adde Bal. in c. j. §. si quis vero, de pa. iur. tir. & no. qz istud ius põt cedi, fm Bart. in l. j. §. vsufructuarius. vers. sed quero, sum. ff. de noui ope. nun.

b ¶ Contra ecclesiam. Adde Bar. in l. si quis curialis, & ibi doc. C. de epi. & cle. & vide eundem Bar. in l. ij. C. de pig. & Barb. in c. verum, de for. compe.

e ¶ Episcopus est iudex. Vide de intellectu. d. c. cum sit generale, per Fel. ibi. & per Bar. Soc. in l. rem que nobis. ff. de acq. pos. & Aler. in l. ij. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier.

f ¶ Perpetuo dedicati. Vide phi. Fran. in c. per exemptionẽ, de priui. li. vj. & vide Spec. in ti. de sta. mona. in §. j. ver. trigesimo quarto quero. in fi. & ibi Bal. in addi. que inci. quid de rusticis. & bal. ibi in addi. in ver. an rusticus, vbi voluit. quod rusticus qui custodit Hospitale, & portat aliquod signum censetur persona ecclesiastica.

g ¶ Sicut non tribunus militum. Adde, qr l. qõ constitutum. ff. de tes. mil. superius all. videtur probare contrarium, nam ibi loquitur de tribunatu finito.

CONSIL. XXVIII.

1 ☞ Statuto stante qr cause inter consanguineos compromittãtur, consanguineus venditoris comparet, & agit cõtra emptorem, venditor presentat se in iudicio, & petit compromissum fieri ex forma statuti.

2 Compromittere quis an cogi possit.

teronum. Ex quo Bualterono natus fuit quidam filius legiti
mus z naturalis, nomine Bualteri⁹, z ex dicto Bualterio nati
fuerũt z sunt duo filij legitimi z naturales, nomine Angelus, z
Menalcha. z ex d. Bualterucio filio dicti Bualterij Petri, na
tus fuit vnicus filius legitimus z naturalis, nomine Cola. z ex
d. Cola natus fuit vnicus filius legitimus z naturalis, nomine
pascutius, qui pascutius in pupillari etate constitutus, habẽs
in eius bonis quedã bona materna, z q̃ sibi a matre, z a mater
na linea obuenerunt, z quedam alia bona sibi pascutio obuẽta
a dicto Cola eius patre, z que lucrata z empta, z acquisita fue
runt per ipsum Colam patrem ipsius pascutij, z quedam alia
bona d. pascutio obuenta a d. Cola eius patre, z a d. Buelterio
eius auo, z a d. eius proauo paterno, decessit superstitibus do.
Ang. z Menalcha, propinquioribus cõsanguineis ipsius pa
scutij, ex parte patris ipsius pascutij in quarto gradu, vt ȝ. nar
ratum est de parentela, z superstite, z superuiuente quodã no
minato Acto Frãcisci proauo materno ipsius pascutij. Et ver
titur questio inter dictũ Actũ ex vna parte, z dictos Angel. z
Menal. ex altera. Nam dicit dictus Actus, bona omnia z he
reditatem ipsius pascutij ad se pertinere z spectare de iure, z se
Actũ d. pascutio velle z debere succedere ab intestato, tãquam
suo auo materno. Ex aduerso dicunt dicti Angel. z Menalcha
omnia dicta bona iure hereditario ipsius pascutij ad eos per
tinere z spectare de iure, z in eos deuoluta esse tãquam ad ꝓ
pinquiores consanguineos ipsius pascutij descendentes ex pa
terna, vel aui paterni linea ipsius pascutij. z se ipsi pascutio vel
le z debere succedere ab intestato, excluso omnino a dicta here
ditate, z successione ipsius pascutij dicto Acto, dicti pascutij
proauo materno vigore cuiusdam statuti terre sãcti Seuerini,
positi sub rub. d decedẽtibus ab intesta. sine filijs legitimis. cu
ius statuti tenor talis est, Item statuimus. qȝ si aliquis, vel ali
qua de terra sancti Seuerini, z eius districtu, decedat intestat⁹
vel intestata, sine filijs legitimis, bona oia z iura sic ab intesta
to morientis, deueniant, z deuoluantur a sic decedentib⁹ ab in
testato, in proximiores cõsanguineos ex paterna, vel aui pater
ni linea descẽdentes. cum satis sit cõueniens rationi, quod alia
bona reuertãtur ad primum statum, vnde principium habuisse
noscuntur, z predicta locum habeant in presentibus, pendenti
bus, z futuris. In dubium reuocatur, ad quem pertineãt dicta
bona z hereditas dicti pascutij, z quis sibi succedat z succedere
debeat, queritur modo quid iuris. Visa predicta facti narratio
ne, z viso dicto statuto Communis, z visis allegationib⁹ vtriusq;
partis. ¶In nomine domini amen. In questione predicta
licet alias consuluerim, tamen oportet quod apertius declare
tur, vtrum predicti Ange. z Menalcha, qui sunt fratres cugini
dicto pascutio, z sic sunt in sexto gradu, secũdum ius ciuile, di
cantur descẽdentes ex linea paterna, vel aui: vt sic secũdum for
1 mam statuti ꝓferantur auo materno, vel non. Ad quod decla
randum sciendum: est, quod dicta verba, ex linea paterna, licet
alias comprehenderent alios ascendentes supra patrem: tamen
hoc casu non comprehendũt, quia statutũ exprimit ab auo, dũ
subdit vel aui paterni. z sic certum est quod expressum non cõti
netur sub illo. sicut dicimus de pupillari. que non cõtinetur in
vulgari, quãdo exprimitur, l. cum ex filio. ff. de vulga. z pupill.
facit. ff. de verb. oblig. l. doli clausula. z l. stipulationes commo
2 dissimum. z ff. de penis. l. sanctio legum. † Videndum est ergo,
quid importent illa verba adiecta, vel aui paterni descendẽtes.
Ad quod dicendum est, quod dicta verba hoc important secũ
dum communem vsum loquẽdi, quod linea aui paterni dicatur
illa cuius auus paternus est caput. z ab ipso tãquam a fonte, p
cedit, vt ff. de verborum significat. l. pronũciatio. circa finem, ibi,
sicut dicimus familiam Iuliã, quasi a fonte quodã memorie, ꝛc.
Sed in proposito dicti Ange. z Menalcha, non descendunt ab
auo paterno, sed a proauo, ergo non potest dici de linea aui pa
terni descendere, cum auus non fuerit caput, z fons dicte linee.
Secũdo probatur qȝ mens z verba statuti hec fuerint, sic ostẽ
dẽdo, ponamus qȝ viueret proauus paternus z proauus ma
ternus, certe proauus paternus non excludit proauum mater
num. Nãm licet proauus paternus sit ex linea aui, non tamẽ est
descendens, z statutum non loquitur nisi de descẽdentib⁹ ex li
nea aui paterni. Si igitur ipse proauus paternus non exclude
ret proauum maternũ: ergo nec istri descendentes ex eo proauo
paterno. Itẽ, quod verba statuti hoc importent, probatur sic:
posito quod omnes ascendẽtes superiores, dicũtur de linea pa
terna, vel aui paterni, z sic, etiaȝ pauus, z tritauus, z abauus. z
sic de linea aui paterni, non tamẽ sequitur, quod qui descendit
a proauo descẽdat a linea patris, vel aui paterni. Nam proauus
in proposito, est caput duarum linearum. Ex quacũque igitur
descendat, descẽdit a proauo, sed nõ a linea de qua queritur, ꝛc.
Exempli gratia formemus figuram,

Bualterius
Bualterucius Bualteronus
Cola Bualterucius
Pascutius Angelus ꝛc.
Menalcha.

¶Hic Bualterucius est proauus caput duarum linearũ. sci
licet Bualteroni z Bualterucij, z aui paterni, scilicet Bualte
rucij. d. pascutij, de cuius successione agitur. licet igitur Angel.
z Menalcha, qui sunt in fine alterius linee descẽdãt a d. Bual
terucio proauo: tamen descendunt per aliam lineam, non per eã
que est patris vel aui d. pascutij, vt aspectus figure ostẽdit ad
oculũ. omnes igitur predicti sunt de linea proaui: quia omnes
descendunt ab eo, sed non sunt de linea patris vel aui. d. pascu
tij. Preterea, hec de iure probãtur sic. Non est dubiũ qȝ Ang.
z Menal. coniunguntur. d. pascutio in sexto gradu ex latere,
sunt enim pronepotes patrui magni, vt ff. de grad. l. Iuriscon
sultus. §. sexto gradu. z Instit. eo. tit. §. sexto gradu Item sunt
Bualterucio auo pascutij eorum patruo magno in iij. gradu,
vt in dicto iure. z in §. quarto, sed illi, q sunt nobis coniuncti ex
latere, non sunt ex linea nostra quod patet, quia non reperitur
primus gradus inter eos qui sunt ex latere. ff. de gradi. l. j. z In
sti. eo. in princip. ideo autem nõ reperitur primus gradus: quia
non cõtinuantur nobiscum, vt ibi not. z sic apparet qȝ d. Ang.
z Menal. non sunt de linea patris vel aui. d. pascutij cum quan
tum ad illos sint ex latere. Preterea hoc patet: quia linea pro
prie dicitur linea recta sursum, z deorsum, nõ autẽ ex latere, vt
ff. de gradi. l. Iurisc̃onsultus. §. sunt z ex lateribus. Ex hoc patet
quod l. fi. C. de bo. mater. que dicit, qȝ auus, z proauus sunt ex
linea materna, non facit contra istam partem: quia licet sint ex
linea materna, auus z proauus: non tamen alij descendẽtes ab
3 auo, vel proauo, vt est probatum. †Sed predictis obstat, quod
appellatione aui continetur proauus. ff. de ver. sign. l. soceri. z l.
generi. z ff. de postu. l. cui eorũ. §. j. sicut etiaȝ patris nomine con
tinetur auus. l. iusta interpretatione. de verb. sign. Ad quod di
co, quod huic significato repugnat communis vsus loquendi:
quia attenditur in statutis, l. librorum. §. quod tamẽ cassius. ff.
de lega. iij. Preterea, vbi hoc reperitur, est ex interpretatiõe, vt
d. l. iusta interpretatione. que interpretatio non habet locuȝ in
statutis, nec in legibus, vbi ꝓferrtur, non in fauorẽ ipsius, sed
incidenter propter aliud, vt ff. de ritu nup l. palam questum. §.
hoc capite. alias est in lege Iulia. Ex quibus concluditur d. Ac
tum auum paternum, succedere in omnibus bonis paternis,
z maternis, aliȝ omnibus prorsus exclusis. Bart.

ADDITIO.

a T. D. ¶Quia factum. Adde. quod istud consi. Bar. est in ter
tia parte vltimarũ voluntatum in consilio xvii. secundum ordi
nem Perusi. z alias in c. Bualte. z alias inc. in q. predicta.

CONSIL. LVI.

1 ☞ Testamentum in quo preteritus est filius, qui non sperabat

tur, nec erat tempore testamenti: quia post testamentum cepit vxorem, ex qua habuit filium, vtrum sit nullus, & rumpatur per ortum filij.

a Quidam condidit a testamentum, & sibi heredem instituit ecclesiam, seu locū religiosum, nulla filij posthumi habita mētione, qui tē pore cōditi testamēti, nullos habebat filios, nec vxorem, & in fine dicti testamenti dixit, Et hec est mea vltima volūtas, & testamentum quod, & quam valere volo iure, & vt testamēti, vel codicillorum, & cuiuslibet alterius vltime voluntatis, tam canonum, quam legum, cauſando, & irritando omne aliud testamentum, & dispositionem a me hactenus factā, & postea vxorem duxit, & filios procreauit. ¶ Queritur, nūquid legata, & fideicōmissa, in dicto testamento relicta, & maxime dicta hereditas, vt ex fideicommisso peti possit. In Christi nomine amen. Aliis pūcto, & allegationibus subtiliter factis in questiōe propoſita, b dico ego Bart. b de Saxoferrato ſuper primo pūcto, quod rupto testamēto ex cauſa preteritiōis posthumi, de quo testator non cogitauit: quia vxorem nō habebat, legata non debentur, per authē. ex cauſa. C. de lib. pret, & in corpore vnde ſumitur. Et ſic hoc caſu iura antiqua remanēt incorrecta, probatur primo, per l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. vbi donationes inter viros, q̄ ſunt valide, & nituntur volūtate duorum, reuocātur propter ſuperueniētes liberos, de quibus non cogitauit, vt ibi, multomagis legata, que ſimiliter ſunt donationes. vt l. legatum eſt donatio. ff. de leg. ſecundo. & nituntur volūtate vnius. hoc etiam corroborat per Cano. etiā in relictis, & donationibus ad pias cauſas, vt xvij. queſt. quarta. can. ſi. ¶ Preterea, hoc ſic probatur. De iure antiquo, testamētum militis non rumpebatur ex cauſa preteritionis, ſicut hodie per authē. ex cauſa non rumpitur legatum: tamen illud ſic interpretatur eſt, quod intelligatur de illo milite qui preteriit filium, ſciens ſe ilium habere, vel ſciens vxorem pregnantem, ſecus ſi ignorasſet, vt. C. de mili. teſt. l. ſicut certi. & l. ſi cum vel in vtero. ita in propoſito. d. authē. ex cauſa. que dicit, testamento rupto ex cauſa preteritionis, remanent legata, intelligi debet de preteritione facta a ſciente: ſecus ſi ignorauit. ¶ Preterea, hoc probat ex corpore vnde ſumitur d. aut. vt cum de appel. cogno. §. ſinautem hec obſeruata non fuerint. per quem text. apparet predicta eſſe vera, aſſignatur ibi cauſa. ſcilicet, ne liberi falſis accuſationibus condemnentur, vel circūſcriptionem aliquam in parentes ſubſtantiis patiantur, & hoc quod dicit, ne liberi falſis &c. refertur ad filium exheredatū vel preteritum, inſerta tamē falſa cauſa, & non vera, & quod ſequit, vel circumſcriptionem aliquam in parentum ſubſtātijs patiātur, debet intelligi de eo qui preteriit filium, vel posthumū ſciēter, ſcilicet ſciens vxorem eſſe pregnantem, & hoc indicat verbū circumſcriptionem. Nā circūſcribere, eſt aliquem ſcienter fraudare. ff. de in integ. reſt. l. j. & ibi no. in gl. ſuper verbo, circumſcriptis. & ſic non habet locum in eo, qui ignorabat vtrū vxorē habiturus eſſet, vel nō. Apparet igitur manifeſte, quod iura antiqua, que dicebant rupto testamento legata nō deberi, remanēt incorrecta, ſi filius preteritus eſt a patre ignorante ipſum viuere, & ita poſſunt intelligi opiniones eorum qui hoc tenēt, & hoc verum eſt vt ſcripſi. Concludo igitur in preſenti queſtiōe, legata non deberi. Super ſecundo puncto de illa clauſula, volo vale re iure testamenti, vel codicillorū ſaltē, dico idem, quod ſupra, videlicet quod eius vigore non debentur legata, nec ad hūc caſus hec verba porrigūtur, per ea que ſupra dicta ſunt, & alle. &c. Ego Bar. a Saxoferrato. Ego Joan. Calde. decretorum doct. q̄ ponitur in themate. Quod teſtator tempore testamenti non habebat vxorem, nec filium, nō eſt veriſimile, quod ſperaret habere filios, & ſic non poteſt dici exheredatio, vel preteritio ei⁹ de quo non erat ſpes, vt ff. de iniu., rup. & irri. teſta. l. nā. & ſi ſub cōditione. & ext. de deſpon. imp. cap. ad diſſoluendum. cum ſimili. ſi moueretur igitur proles, & nō ſpectaretur, rumpitur in totū: & ſic non obſtantibus illis verbis quod voluit valere &c. nō poteſt peti hēditas a ſubſtituto, ſic nec poſſunt peti legata a fideicōmiſſario i dicto testamēto relicta ad inſtar eius quod no. C. de reuo. don. l. ſi vnquā. Pro hoc facit ratio. l. cū quis. ff. de cōdi. cauſa data & cauſa non ſequuta. & l. ſenatus. ver. nec dubitauerunt caſſiani. ff. de do. cau. mor. cum concor. & quaſi videt expreſſum in longobarda de ſucceſſionibus. l. ſi quis ſe deſperauerit. Et predicta teneo, & ſigillum appono.

ADDITIONES.

a Dn. D. ¶ Quidam. Adde, quod hoc conſilium bart. ſecundū ordinem Peruſi. eſt in iij. parte vlt. voluntatum. in conſi. xix. & eſt in j. vol. conſ. vbi eſt infra ſcripta ſubſcriptio. Joannes Cal.

b ¶ Dico ego bartol. Adde quod hanc opi. tenet bar. in aut. ex cauſa. C. de li. prete. & in l. j. in vj. queſtione. ff. de iure codicil. & in conſi. cccxxxv. incip. Lapus fecit testamentum. volu. j. & ibi ſcripſi, & ita conſulendo conſuluit Alex. in conſil. xlj. in j. volu. incipiſo tenore. & Franciſ. de Aret in conſi. xxiij. incip. quatuor dubia. & in conſi. xlix. & in conſi. lxvj. & in conſ. xciij. inci. viſo legato & in conſi. clxviij. elegāter & ſubtiliter. & bal. in conſi. xx. in j. volu. clauſula cod. & in conſi. cccxl. in j. volu. quia vltimus paſſus & in l. fi. C. de codic. & Anto. de canario in conſi. cccxciij. in cauſa ſer Marini de Racaneto. & iſta eſt vera opinio, & ita conſuluit in cauſa Antonij Luce de ſancto. Conſtan. vbi plenſſime ſcripſi contra bar. & poſtea conſuluit pro opinione bart. & vide Jaſ. in d. auth. ex cauſa. & in l. tale pactū. §. fi. ff. de pact. & Alex. in d. auth. ex cauſa. & ibi ſcripſi in addit.

CONSIL. LVII.

1 ☞ Heres vtrum teneatur ad reſtitutionem fructuū percepto rum ex re legata monaſterio conſtruendo antequā cōſtruatur.

a Quidam ſer Martinus a bonauenture de Combiate, Ciuis Florent. in ſuo teſtamento diſpoſuit, & iuſſit conſtrui vnum monaſterium, in quo mandauit includi certum numerū monialium, & dicto monaſterio conſtruendo legauit multa bona, per hec verba, & legauit dicto monaſterio cōſtruendo talia poderia, &c. Et deinde ſibi heredem inſtituit dom. Hermelinam, & quendam alium, quo teſtatore mortuo, dicta do. Hermelina cōſtituta poſſedit bona hereditaria, & percepit fructus bonorum legatorum dicto monaſterio conſtruendo, per tres annos, vel plures: & iſto medio tempore impetrauit a dioceſano terminum vltra tempus anni datum a ſynodali conſtitutione, vel iure, ad exequendam vltimam voluntatem, videlicet terminum dictorum trium annorum, mandauit tamen quod inchoaretur dictum monaſterium ad xv. menſes: demum dicta dilatio adhuc prorogata fuit: & demum dioceſanus, ſeu eius vicarius, in terminum vltimo prorogatum canonice elegerunt, & nominauerunt a bbatiſſam dicti monaſterij conſtruendi, & eidē abbatiſſe & monaſterio conſtruēdo aſſignauit poſſeſſiones, & bōa legata dicto monaſterio, & elegit xij. puellas futuras moniales: Et demum acceſſit conſenſus heredis, & executorum ad hec, & mortuus eſt deputatus authoritate dioceſani, & per heredem, & per executores locus alterius monaſterij iam conſtructi, cum in loco per teſtatorem deſtinato conſtrui tunc non poſſet, & extitit dicte abbatiſſe, & conuentui dictus alius loc⁹ deputatus. Modo eſt queſtio de fructibus bonorū legatorū dicto monaſterio ſeu illi monaſterio quod repreſentatur in teſtamento, videlicet de perceptis per do. Hermelinam heredem a tēpore mortis teſtatoris, ante deputationem loci huius, & ante electionem abbatiſſe, & monialium predictarum, ad quem videlicet debeant pertinere, & vtrum ad monaſterium: an vero ad heredem, que vero 1 cepit antequam monaſterium, quoad conuentus eſſet creatus & antequā hic locus eſſet huic conuentui & vſui deputat⁹. In queſtione predicta conſtat valere legatum factum monaſterio cōſtruendo. l. ſeruus. ff. de ali. & cib. leg. & ff. de li. cauſa. l. ſeruos. ſed de fructibus rerum legatarum perceptis antequam monaſterium conſtruatur, eſt dubitatio precedens, an pertineant ad monaſterium poſt conſtructionem, an vero ad heredē. Et quod ad heredem non pertineant eſt caſus in d. l. ſeruos. de lib. cau. prout eſt ibi litera negatiua, que eſt communis litera, & hoc tenet gl. C. de fur. l. ſi nondum. licet Petr. ibi contradicat, vt refert. ſed cōmunis litera eſt negatiua, poſito tamen, quod ibi eſſet litera affirmatiua, & dominium bonorum legatorum eſſet heredis: tamen fructus debent eſſe monaſterij poſt conſtructa, nam omnis caſus euentens, licet abſque culpa heredis, per quē monaſterij conſtructio impediatur, non impedit. quin poſtea monaſterio conſtructo fructus omnes medij temporis, monaſterio debeantur: caſus eſt expreſſus in ſimil. C. de his quib⁹ vt indig. l. cum Sillanianum. Preterea in iſtis relictis ad pias cauſas, re ipſa abſque aliqua interpellatione, per heredē non implentem mora contrahitur. l. cum non vero. §. apparet. de ſi deicom. lib. ſtatim ergo heres cum potuit, fuit in mora, & per conſequens tenetur ad fructus. Preterea hoc videtur expreſſum eadem. l. cum vero. §. idem Imperator, vbi dicitur, quod nulla dilatio quantūcunque fortuita huic relicto ad pias cauſas debet nocere, quo minus habeat omnia, ac ſi ſtatim voluntas teſtatoris fuiſſet impleta. Preterea, hoc eſt expreſſum in authen. de eccleſ. ti. §. ſi quis edificatione. vbi dicitur, q̄ ſi venerabilis domus intra annum non ſit edificata, nec poſſit ita de facili edificari: tamē debet emi vel conduci aliqua domus, vt interim voluntas teſtatoris ſeruetur. Ita hic heres, qui non poterat monaſterium conſtruere, debuit interim in aliqua domo empta, vel conducta dominas tenere, vel fructus ibi conſeruare ad vtilitatem monaſterij conſtruendi. Et per hoc apparet quod dilatio, quecunque data eſt ab epiſcopo, non debet prodeſſe heredi, vt faciat fructus ſuos. Nam dilatio illa eſt circa conſtructio-

item

nem monasterij tantum.non circa alia,que heres interim debebat facere,vt voluntatem defuncti impleret. Idez quia ē dictū est,quocunque modo dicta dilatio intelligatur.etiā si esset lata a lege non intelligitur per eam preiudicari monasterio post cōstructo,quin interim non percipiat omnes commoditates medij temporis,vt superius est probatum. Bart.

ADDITIO.

a Tho.B.C Quidam ser Martinus. Adde quod huiusmodi consil.secundum ordinem Peru.est in iij.par.vlt. voluntatum. in consi.xx.z alias inci.casus super quo consilium petitur,talis est,quidam ser martinus.z alias inci.in quest.predicta.

CONSIL. LVIII.

a EX parte heredis dicitur fructꝰ nō deberi monasterio, qz percepti sunt ante equam monasterium esset in rerum natura,ergo antequam dies legati veniret, vel cesserit, ergo heredi cedunt,vt l.si ita relictum.§.Pegasus.ff.de lega.ij.z quod not. Mod.in l.fin.§.fi. C. com.de le.hoc etiaz conuincitur ratione. Nā fructus non pertinent legatario,nisi aut dispositione testatoris,aut ex consequentia dominij rei legate. l. Herēnius.ff.de vsur.aut ratione more.l.fin.C.de vsur.z fruc.leg.cum si.sed neutrum est in casu proposito. Nam dominum habere non potuit res,que nondum erat in rerum natura.de eccle.edi.c.j. Itē nec heres fuit in mora,cū non haberet cui daret,vel solueret.ff. de leg.commiss.l.si fundus.§.fin.z ff.de vsur.l.pecunie.ad fi.nec in construendo monasterio propter dilationem iuris, zꝫ propter prorogationem factam a diecesano. Ex aduerso dubitatur,fructus deberi a tempore mortis testatoris:quia legatuz est pure nec constructione monasterij,que est de futuro, facit cōditionem considerata persona representata in hoc legato.quia videtur legatum de eo qui fuit causa legati, z qui representatur in pijs legatis,z in pijs actibus,z quia quod relinquitur Deo videtur relinqui ecclesie,z econtra,in authent.de eccle.tit.§.si qs in nomine magni Dei.not.per Dy. Inst.it.de actio,§.sic itaqz in fin.z donec non subest determinata persona legatarij,debet percipere Episcopus pro his qui futuri sunt legatarij,argu.l. si quis ad declinandam.C.de epis.z cleric. Nam si reliniqueret in redemptionem captiuozum,etiam si nullus esset tunc captiuus,perciperet episcopus pro futuris captiuis,tanquam persona representans legatarios. Preterea, licet istud legatū nō videretur esse purum,z presens,z interea non sit cui queritur: tamē heres debet seruare fructus interim perceptos monasterio construendo,z ei dare,cum erit constructum. Nam dies cōstructionis nō expectatur,nec inest fauore heredis,sed ex necessitate z gratia rei gerende:quia requiritur tempus ad pbationem sui,z tempus,quod interponitur,gratia ipsius rei interponitur,scilicet vt fiat.ergo fructus medij temporis non debēt cedere lucro heredis.argum.l.si ita relictum.§.Pegasus.ij.responsum.ff.de leg.ij.z od.tit.l.cum pater.§.curatoris. Preterea,licet heres habeat dilationem ad construendum monasterium, non tamen ex consequentia habet dilationem ad prestandū legatuz. Nam interim potest creari rector monasterij seu cōuentus,vel interim potest creari economus.vt gubernet bōa legata pro monasterio futuro,vel interim potest dari episcopo rō ne pro futuro conuētu. Naz rebus fortune prouideri potest in preparatione.l.si seruitus imposita fuerit.§.futuro.ff.de seruit. vrban.predio.z preparatio valde conueniebat rei gerēde. Nā cum curandum esset collegium monialium, expectabatur res que statim quod est producta,exigit vū viuat ex perceptis fructibus. Nam percipiendos expectare nō posset. Nam vt sic loquar,istud corpus nascitur cum dentibus,z statum querit cibum. Ergo prouisio est apta negotio z fructuum conseruatio procedere videtur ex mente illius, qui hoc monasterium fieri mandauit. Sic etiam damus curatorem ventri, vt prouideatur futuro partui. Sic etiam damus curatorem hereditati interdum,vt prouideatur futuro heredi,ergo non inconuenienter hoc casu economus potuit dari,vt perciperet ꝛc. Preterea heres fuit in mora post annum,vt in authen.de eccle.titu.§.si autem heres,ergo fructus debet habere a die mortis defuncti. vt co.ti.§.sinantē legatum ab aliquo relinquitur ad pias causas.ꝛc. Non obstat prorogatio terminī facta per diecesanuz a lege sine ministerio hominis. Preterea,hec prorogatio licet excusaret heredem a pena,non tamen debet sibi cedere ad lucruz percipiendum cū aliena iactura.argu.l.ij.§. si quis a principe. ff.ne quid in loco pub. Gratia enim rei facta nō debet monasterio esse damnosa.Et ideo,quo ad fructus ex tunc saltē percipiēdos debet habere monasterio procreato,z indultuz temporis propter calamitatem heredis factam ad eius postulationeꝛ.licet tueatur eum a pena inris:tamen non debet monasteriū ledere in quantitate debita,argum.C.qui bon.cede.pos.l.fi.in fi. C.de preci.Impe.offe.l.quoties.Ex quibus videtur inferri,qz aut heres debet fructꝰ perceptos ex tēpore mortis testatoris hucusque,aut saltem perceptos,ab illo anno citra quo,per eum stetit quo minus construeret.licet nō fuerit in mora propter dilationem indultam,a diecesano,nam licet tale indultum prodesset ad euitandum penam,vel vsuras que sunt pena,no tamē debet prodesse in acquisitione fructuū:quia non est par ratio dāni vitandi,z lucri captandi.Et sic respondetur ad id qō ex oratione nota.in dicta lege,quoties.maxime quia hoc lucrum capitur contra naturalem equitatem.vnde cuz aliena iactura. Preterea,videtur quod episcopus,vel vicarius episcopi, nō potuerit dare dilationem heredi ad soluendum legatum: quia nō est sibi concessum legem condere,vel huiusmodi facere,nisi maioꝛi magistratu.de quibus secundum Jacob.de are.z Bul.de Lu. non est episcopus vt solet tractari in l.j.ff.de off pref.pret. Nec etiam ipse maioꝛ magistratus posset dare dilationem debitoꝛi ad soluendum,quia hoc soli principi est reseruatuz,vt no.Bul. in l.j.ff.quod quisque iuris.licet gl.ibi,velit sentire cōtrarium. in hoc vltimo dicto bene facio vim inter prorogare dilationem tēporis statuti simplici executoꝛi,z hoc de facto, z de iure forte faciunt,z facere possunt episcopi.z dare dilationem ipsi debitoꝛi,quod nō videtur posse facere in illis legatis,maxime que haberent diē adiectum a testatoꝛe, vel a iure prout est in legato fabrice monasterij,ac etiam in legato facto ipsi monasterio, p dicta iura. Et hoc casu non videtur posse diecesanus istud tempus prorogare,maxime,ita vt dilatio afferat monasterio damnum fructuz rei legate. Dominus Frāciscus de Albergotis.

ADDITIO.

a Tho.B.C Ex parte. Adde quod huiusmodi consiliū est do. Franc.de alb.de Are.qui cōsuluit super eodem casu,super quo consuluit Bar.in consi.precedeꝛ.z vide ibi.

CONSIL. LIX.

a VIdetur quod dictum relictum sit in diē tacitum,id est,cum constructuz fuerit. Nam ante constructionē non est legatarius in rerū natura,vt ff.de ver.obli.l.vbi autē.§.illud dubitationem. Sed interim ante cōstructionem res legata est heredis.l. seruos.ff.de lib.cau.Si igitur res legata est heredis,z fructus interim percepti,vt l. Herennius.ff.de vsuris. In contrarium videtur quod quanquaz hec dies in sit ex rei natura:quia ante constructionem non est legatarius in rerum natura vt ē. dictū est.Tamen hoc tempus seu dilatio est in fauoꝛem legatarij,vt ipsa res interim videatur inesse,id est, construatur. Nam z si impuberi legatum sit cuz erit pubes.intelligitur fauoꝛe legatarij tempus adiectū, ergo multo fortius quādo ipsa substantia deducendi rem in esse, z producendi causas dilatare legatum, vt videatur dictum tempus eius fauoꝛe adiectum.z quotiescū que dies adiicitur fauoꝛe legatarij,fructus medio tempoꝛe percepti debent restitui legatario,licet facti sint heredis. Nam heres capit eos medio tempoꝛe,z mediuz est in fauoꝛez legatarij, z ideo eos restituere debet,licet ex regula iuris sint facti eiꝰ.l.si ita relictum.§. Pegasus. de leg.ij. Preterea, impedimentum quod a natura,vel a lege inducitur,non debet preiudicare legatario. Nam quando testatoꝛ est occisus,non debet adiri hereditas antequam vindicetur moꝛs defuncti, si tempus interim intercedat z fructus interim capiantur vindicata morte testatoris res legata cum fructibus medio tempoꝛe perceptis dātur legatario. l. cum Sillanianū. C. de his quibus vt indig.hered. auf.z ad Silla.sic intercedente lapsu temporis propter cōstructionem ex rei natura,naz hoc tempus non debet procedere ad vtilitatem heredis,z damnū legatarij,igitur fructus restituat. Preterea,si stipuler dominuz mihi construi,ista stipulatio est pura:tamen ex re ipsa dilationem capit, vt agere non possim ante tempus quo construi poterit,sic hoc legatum purum videtur, licet differatur petitio vsque ad constructionem.vt ff. de verb. obli.in l.interdum pura. Nicolaus Lapi de Florentia predicta subscripsit,ꝛc.

ADDITIO.

a Tho.B.C Videtur. Hoc consi.est do.Nic.Lap.de Florē.qui consuluit prout Bar.in consi.precedeꝛ.lvij.z ponit opi.suā super dictis fructibus.

CONSIL. LX.

a DE fructibus predictis per heredem perceptis,credo quod percepti non solum a tempoꝛe additionis hereditatis,z per ipsum percepti de bonis legatis tēpoꝛe mortis testatoris monasterio constructo dari siue reddi debent. Videtur enim mihi,quod huiusmodi legatum non sit propꝛie conditionale vel modale,quod tamen videtur trahi retro.secundum quod innuit glo.ff.quemadmodum serui.amit.l.ie,cui.§.fin. li-

cet multum contradicat.ff.ad Silla.l.j.§.Serui. nec videt dictū legatum proprie in diem, quod ante diei euentum nō trāsit ad legatarium.ff.de vsufruc.leg.l. Sempronius Attalus.Sed in specta intentione testatoris fauore ecclesie potest dici purū,ió sequitur quod dixi,vt bene probatur ff.de leg.j.l.si tibi homo. §.cū seruus. & de fur.l. a titio.& quod ibi no.per Ly.C.de vsu. & fru.leg.l.fin. Nec obstat monasterium construendum, nondum fore constructū, & sic is,qui non erat,non potest dici legatarius ext.de consti.cap.cum accessissent.cum simi. Et q̄ legatum sub conditione caret effectu ante purificatā conditionē.ff. de ver. signifi.l.cedere diem.& in cle.cum eiquem.de concess.preb.Et interim dominium esset heredis. Haz omissis pluribus que dici possent & diffuse etiam hoc casu si diceretur hoc legatum conditionale,scilicet si monasterium construatur,que tamen proprie non est conditio,scilicet cōsistens in insidijs fortune,imo monasterium necessario est fiendum,si adest possibilitas, & per episcopuz licentia concedenda de illo construendo.Credo tamen talez,adita hereditate debere censeri monasterium constructum fore,& hoc propter testatoris intentionem. Pro modo sufficiāt iam dicta,licet in hoc articulo,super quo maiores consul.nihil dicici,multa possent subtilizari. Joan. Cal. bono. decretorum doctor.

ADDITIO.

a Dy. D. C De fructibus. Istud consi.est d.Ioan.Cal.de Bon. super fructibus qui consuluit vna cum bar. in eodem met casu vt supra in cons.lviij.& ponit opinio.suam.

CONSIL. LXI.

1 ☞ Testamentum si est confectum per publicum notariū etiaz si testes sunt mortui,facit fidem.

2 Testamentum inter liberos valet,si apparet quodcunque volūtatis indicium.

a VIso testamento predicto & his q̄ gesta sunt, cū filie femine institute in dicto testamento dicant testamētum auie valere, benedictus vero Petrucij nepos qui Benedictus fuit natus tēpore Manucij sui aui dicit testamentum non valere. Queritur quid iuris. Ad que respondetur,quod licet quando testamentum fit in scriptis, & tempore quo testamentum aperitur,testes non supersint,possit fortitan
1 testamentum dici nullum esse. † tamen in proposito dicendum est indubitanter testamentum valere duabus rationibus. Prima quia dictuz testamentum sic signatum fuit scriptuz manu publici notarij,& sic valet,licet testes non supersint. Ita determinat glo. ff. quemad.test.aper.l.ij.in prin.gloss.in verbo, pu
b blicum.ibi dum dicit,nisi sit per manum publicam scriptū &c.
2 vbi est expressum,& omnes tenent illam gloss. † Secunda ratio est quia istud testamentū est factum inter liberos, inter quos valet,si appareat quodcunque voluntatis indicū,etiam si non fit voluntas perfecta,vt C.fami.ercisc.un.l. fin. & C. de testam.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.Cum igitur nunc inter liberos sit contentio,quantum ad eos testamentum est validum sine dubio.Bart.

ADDITIONES.

a Tho. D. C Viso testamento.istud consi.secundū ordinem Perusi.est in ij. parte vlti.vol.in consil.xxxiij.& pro consi.bart. alle. Andr.barba.in l.ij.in princi.in addi.barto.incip.quondam.ff. quemadmo.testamenta ape.

b C Determinat glo.Adde,quod illam glo.alleg.bar.in l.j.C.de test.& ibi Ang.& Sal.dicunt illam gl.esse sing.sed adde simulem in l.fin.in verb.ostenditur que incipit,id est.ostendere.

CONSIL. LXII.

Ex facto proponitur. Salimbertus. Vide supra consil.lij.quod hic duplabatur.

CONSIL. LXIII.

1 ☞ Relictum filio ad arbitrium talis an sit purum.
2 Verbum,placuerit,quomodo intelligatur.
3 Relativum iunctū verbo futuri temporis,quando faciat cōditionem,& quando non.
4 Filius hereditatem matris non adiens,an transmittat.
5 Mater negligens petere tutorem filio & curatorem ventri, an priuetur hereditate.
6 Authentic.ex causa,an conseruet pupillarem substitutionem.
7 Verba sine aliqua diminutione,apposita in substitutione,important directam substitutionem.
8 Verbum,quandocunque, quando faciat substitutionem directam.
9 Verbum succedat,& verbum,ad alia posse preuenire, an faciant directam substitutionem.
10 Substitutio compendiosa continet directam pupillarem.

a IN questione apposita viso pacto ipsius & diligēter inspecto,ordine
cundo. ponto quod valeat.quis succedat. Tertio pohto.quod valeat.quis succedat in bōis,& hereditate predicta. Ad primū dicitur & allegatur quod testamentū non valeat,q filie femine,S.L.& J. nō fuerūt institute in aliquo,cū illi.q de
1 buerūt declarare dotes earū,non declarauerūt,† & ad hoc probandū,arguitur sic.Quādo aliquid confertur in arbitrio alterius cōditionaliter,illo nō arbitrāte relictum non valet, vt l.ij prin.ff.de le.ij. Sed hic est huiusmodi,quod probat:q relatiuū iunctū verbo futuri tēporis est in hoc testamēto, scilicet dicentur ergo est cōditionale. In contrariū,quādo dos relinquitur filie ad arbitriuz alterius,illud legatū intelligitur purū,nec habet aliquā conditionē,vt d.l.ij.respon.ff.de le.ij. Sed ita est in proposito,dixit enim testator. Ité reliquit centū filie ipsius testato
2 ris illā quantitatem dotis quam dicēt,† & declarabūt pācti,& que eis placuerit. Nota.quod dicit,placuerit, quod ē elligitur in arbitriū boni viri.l.Thais.§.fozoze.ff.de fideic.lib. Cōcludi
b tur ergo,quod dictū relictū fuit purum. Ad primum respondetur
3 primo,q̄ tūc est verū,† quod relatiuū iunctū verbo futuri tēporis facit conditionē,quando refertur ad substātiaz legati: secus in substātia legati a testatore ponitur pro forma.Qualitas autē in alterius arbitrio cōmittitur,vt l.ij.de here.inst.ubi ex partibus quas adscripsero,licet enim partes non ascribantur,tamē institutio valet. Ita in proposito,posito q̄ testator decreuerit,relinquo tali filie mee dotē,nec adiecerit quātitatē fine dubio valeret.l.cū post.§.gener.ff.de in.do.& quod ibi no.ff.de leg. ij.l.si filie.& ff.de in.dot.l.quero. Preterea,hic debet dici de necessitate in casu iste:quoniā in eo quod relinquitur filie vsq̄ ad legitimā,nulla potest opponi cōditio.vnde posito, quod verba sonarēt in cōditionē:tamē potest illa cōditio amoueri.per.Quoniā in prioribus.C.de inof.testa.Concluditur ergo.quod dictū relictū pro dote & institutio fuerit facta pura,& sic testamētū est validū. C Secundo dubitatur posito quod testamētū valeret, quis succederet.Ad quod respōdetur,q̄ succederet d. Joāna, quod probatur sic,hereditas patris nō adita nō trāsmittitur, secundū opinionē gl.in l.si infanti.C.de in.delib.fm quam opinionem alias consuluit collegiuz ciuitatis Florentie,in ciuitate
4 Assisij. † Sed ex dicta narratione facti non proponitur, quod dicti filij,qui ante decesserint,hereditatem adierint: ergo ipsi hereditatem paternam non transmiserunt ad matrem. Remanet ergo,quod dicta domina Joanna tanquam sola succedens ab intestato,succedit patri suo. Nec potest dici aliud in matre, per l.apud hostes.C.de suis & leg.quia tenendo illam opinionē quam tenuit collegium, Florentinum,illud est verū videlicet,q̄ pater decessit apud hostes,& sic videtur decessisse prima horaca priuitatis,secus si decessit apud nos,& filius non adiuerit. Ita dicit Jac.de Bel.in questione disputata per eum,quam ponit
5 in authen.de trien.& semis.in princip. † Preterea, ex facti narratione non proponitur matrem dictorum filiorum suscepisse tutelam,inuentarium fecisse,& legitime administrasse,Et sic posito quod alias fuisset ad eam deuoluta,tamen per istam negligentiam petendi tutorem legitime debet esse hereditate priuata,vt ff.ad Tertul.l.ij.§.si mater.& ibi not. in glos. super verbo, nec legitima. Preterea dicte filie posthume dicta mater curatorē vētri dare non petijt,propter quod est ab hereditate dicte posthume repellenda,vt d.l.ij.§.si mater.versi. quid si cum pregnans.ad Tertul.Concluditur ergo.posito q̄ d. M. decesserit intestatus,dicte sue vxori de bonis suoz filiorum premortuorum nihil debetur,sed eis in totum succedit d. Joanna filia dicti M.& hoc si ponatur,quod dicto M.& dictis eius filijs debeat succedere ab intestato: posito etiam quod dictum testamentum esset ruptum ex causa preteritionis, adhuc insurgit dubium, vtrum substitutio pupillaris, quam testator fecit in
6 dicto testamento dictis suis filijs,remaneat firma,† per aut. ex causa.C.de liber.pret.que dicit,quod rupto testamēto ex causa preteritionis,cetera firma manent.Et glos.ff.de vulg.& pupill. j.§.substituere,dicit,quod hodie substitutio firma remanet.p d.authen.ex causa.Dy.ibi dicit contrarium:dicens, quod ibi loquitur tantum in his que sine cōstitutione valere possunt,vt legata,& fideicōmissa,que possunt relinqui ab intestato, & sic la authent.secundum eum,non loquitur in pupillari substitutione. Alij tenent d.glos.contra Dyn.quia etiam tutele constituntur per d.auth.ex causa.hoc dicitur expresse i corpore vnde sumitur:vbi dicitur,quod tutelariz dationes firme remanent, & istud est fauore filij, ita etiam conseruantur substitutiones pupillares.cum fauor sit filij,vt decedat testatus. Preterea probatur sic, Hodie conseruantur legata per d.authent.ex causa. ita olim conseruabantur per edictum si quis omis. caus. testa.

legata

legata nõ īt̃itutiones,l.si in testamẽto,z ff.si quis omiſ. cau.te ſta.ſed ſubſtitutiõs pupillares cõſeruabantur,vt l.ij.§.plane. ff.de vul.z pup.ergo eodem modo conſeruantur tabule pupilla res per d.auth.ex cauſa.Preterea in d.auth.ex cauſa.dicit,cete ra firma permanent,ſed ſub iſta appellatione veniũt tabule pu pillares.l.qui plures liberos.§.fi.z de vul.z pu.z l.nam qs.§.q compulſus.ff.ad Treb.z in iſta opi.eſt Jac.de Bret.in d.l.j.§. ſubſtituere.de vul.z pup.z do.Did.z omnes moder. vnde poſi to,qs dictum teſtamentum non valeat:tamẽ vz ſubſtitutio pu pillaris, z hz eundem effectum quem haberet,ſi teſtamentum eſſet validum.Tertio videndum eſt,poſito qs dictum teſtamen tum valeat,z quod matri non obeſt qs non petijt tutores,vel q hereditas non fuerit adita,videndum quis ſuccedat, conſidera to puncto predicto,z ſubſtitutione facta filijs in dicto teſtamẽ to paterno.Ad qs inueſtigandum ſciendum eſt,qs ſubſtitutio
7 domini Joannis eſt in tempore pupillaris qs apparet,† qz te ſtator ſubſtituit per hec verba,z eos inuicem ſubſtituit. ita qs tota hereditas ipſius ſine aliqua diminutione deueniat in aliũ ſuperuiuentem,ꝛc.Ex eo enim quod dixit,eos inuicẽ ſubſtituit apparet,qs continetur pupillaris directa,l.iaz hoc iure.z l.Tu cius.ff.de vulg.z pupi. Item ex eo qs dicit,tota hereditas, z ex eo qs dicit,ſine aliqua diminutione,apparet q̃ voluit ſubſtitue re pupillariter:qz per nullam aliam ſubſtitutionem quam per pupillarem,poteſt hoc fieri,ergo apparet, q̃ voluntas ſua fuit ſubſtituere directe:eſt ergo voluntas teſtatoris probata legiti mis conjecturis,que matrem excludunt,vt C.de milit.teſta.l.in teſtamento.in fi.z i bi no.z C.de inpu.z ali.ſubſtit.l.precibus.z ibi no.in gl.ſuper verb.omnimodo.z incip.imo ex tacita pupil
2 lari.† Item ſubſtitutio facta filijs maſculis,ſi omnes decederẽt ſine filijs q̃cunq;,qs ſuccedat quelibet filia femina,etiam ſi po ſthuma fuerit vna cuz do.Jo.ſua filia equalibus portionibus, z qs de dicta hereditate nihil poſſit peruenire in aliquam per ſonam,niſi in dictas filias feminas,ſimiliter fuit directa pupil laris:qs apparet,primo per eadem verba,dum dixit, q̃ nihil a liud poſſit peruenire. Preterea Jo.And.in c.ſi pater. de teſta.
9 lib.vj.in nouella,tz† qs verbum ſuccedat,etiam ſi eſſet ſimpliciter poſitum,trahatur ad directam pupillarem intra tẽpora pupillaris etatis.per d.c.ſi pater.vbi tex.dixit expreſſe q̃ verba ob bliqua trahuntur ad directam pupillarem,etiam ſi mater eſt in medio.per qs c.omnis dubietas,z omnis contrarietas noſtro rum doctorum eſt ſublata,ſaltẽ in terris eccleſie:ſed ciuitas Aſ filij eſt in terris eccleſie:ergo,z cetera.dicta ergo S.ſc3 poſthuma,z L.z Z.ſucceſſiſſent ex ſubſtitutione,do.Jo.inſtituto,ſz do. S.poſthuma fuit excluſa ante Jo.qz anũ Jo.heredem inſtitutũ. Item dicta L.fuit excluſa a ſucceſſione d. Jo.qz mortua antẽq̃ ipſa hereditatẽ adiret.Reſtat ergo qs d. Jo.ex vigore dicte ſub ſtitutionis in totum ſuccedit d. Jo.cum portiones aliorum ſibi accreſcant,l.ſed ſi plures.in prin.ff.de vul.z pup.z ſic mater om nino excluditur,ſed poſito,q̃ d.L.z d. J.ſucceſſiſſent d. Jo.ex vi goze dicte ſubſtitutionis,cum d.L.ſit mortua,videndũ eſt quid turis de hereditate d.L.ad qs dicẽdum eſt,quod ſubſtitutio fa cta ipſi L.dz intelligi directa pupillaris,ſimiliter ex preſumpta volũtate defuncti:qz ei ſubſtituit ſororem ſuam dicti teſtatoris filiam,quam veriſimiliter voluit referri matri ipſius L. vt not. per gl.in d.l.precibus.in vl.gl.z per doc.vcz,per Cy.in l.fi.C. de inſti.z ſub.ergo ex hac preſumpta voluntate excluditur mater ſm omnes,qs tz Jo.And.in d.c.ſi pater.in nouella. z probatur
10 per tex.d.c.ſine dubio,† hec enim compendioſa indiſtincte con tinẽt directam pupillarem,z ſic hic mater excluditur,z ſuccedit d.L.pro dimidia.d. Jo.pro alia dimidia,filij Cole ſecundum for mam teſtamenti.Sed poſito,quod dicta ſubſtitutio fuerit fidei commiſſaria,quod in veritate non eſt,vt dictum eſt,videndũ eſt in quo ſuccedat dicta mater d.L.naz de ſubſtitutione facta Jo. nullo modo poteſt dubitari,quin fuerit directa pupillaris,vn de ſolum de hereditate d.L. videndum eſt.Et conſtat d.L. ha buiſſe in bonis ſuis,primo dotem ſibi relictaz a patre,z in dicta dote ſuccedat mater vſque ad legitimam do.L.z reſiduum veni ret in fideicommiſſum. Item,ſi diceretur d.L.ſucceſſiſſe d. Joan. que bona cum fuerint ablata per eam etiam dicto teſtatori ve nirent in fideicommiſſum,z totum debetur d. Jo. z filijs d. Lo le.l.qui fundum.§.qui filios.ff.ad l.fal.Concluditur ergo, quod dicta mater a ſucceſſione bonorum, z filiorum dicti Mathei omnino excludatur,z quod concedendo quicquid concedi poſ ſet,non poſſet ſuccedere d.L. niſi ſumendo de relictis dotis, ꝛc. Bart.

ADDITIONES.

a Th.D.C In queſtione. Adde quod iſtud conſi.ſecundũ ordi nem Per.eſt in ij.parte vlt.vol.in conſi.xlij.z iſtud pro conſil. Bartol.alleg. Alex.in l.j.z in l.centurio.in fin.ff.de vulga. z pu pil.z And.Barb.in l.j.in j.addit.Barto.C.de impuber. z alijs ſubſtit.

b C Ad primum reſpõdetur.Adde Bar.in l.Stichum. in prin. z ibi vide apo.ff.de leg.j.z vide per Alex.in l.j.ff.de vul. z pup. z in l.centurio.eodem titu.

CONSIL. LXIIII.

QUidam Homine Lapus Iannis, ꝛc. In nomine domini amen. In qõne predicta illud qs alias in ſimili, z qs auditores meos docui,z qs in ſcriptis meis,que literis redegi, hoc modo ſcribo,z conſulo,vcz.qs ex vigore dictorum verborum ſi non vz,ꝛc.Reliqua ſubiunge ex conſi.cxxxv.ã.volu.j. nam hic dupla bantur ad verbum.

CONSIL. LXV.

1 ☞ Hereditas matris non adita per infantem, an trãſmittatur ad amitam paternam,z an tanquam non adita pertineat ad a uunculum.

a IN queſtione predicta dubiũ eſt cuz hereditas materna non
1 ſit adita per dictum infantem,nec per aliũ ex perſo na eius,vtrũ debeatur auie paterne,an† vero auũ culo fratri matris qui hoc petit tanq̃ heredes matris, hoc eſt examinandum:quoniam gl.in l.j.C.de his qui ante aper.tab.di cit qs ſicut hereditas parentis non adita non tranſmittitur ad liberos,z ita ad parentes,per l.apud hoſtes.C.de ſuis z legi.cu ius contrarium tenent doc,qz caſus eſt in l.ij.C. ad Orfic.z ad Tertyl.l.ij.§.ſi quis ex liberis.in quibus cõtrarium eſt expreſ ſum.Non ob.d.l.apud hoſtes.qz ibi loquitur in filia,que patri remanſit ſua,vt ibi dicitur.Sed mater non hz heredem ſuum,z in hac opi.ſemper fuit qz cum leges hoc expreſſe dicant, nec re periatur correctum ſpecialiter z expreſſe, hoc dicere non debe mus.vt C.de app.l.precipimus,in fi.Et ita videtur mihi de iu re.Bar.a Saxoferrato.

ADDITIO.

a Th.D.C In qõne. Adde,qs hoc conſi.Bar.ſm ordin. Perũ. eſt in ij.parte vl.vol.in conſi.xlviij.z in x.vol.conſi.z de materia iſtiuſmodi conſilij vide plene per doct.in l.ſi infanti.C.de iur.de lib.z ibi do.Jaſ.

CONSIL. LXVI.

1 ☞ Relictum omnium bonorum,habet vim inſtitutionis here dis,nullo alio inſtituto.

2 Fideicommiſſarij executores,nullo alio inſtituto herede,obti nent locum heredis.

a NIcolaus fecit teſtamentũ,in quo plura le gata reliquit,vltimo,ſic diſpoſuit omnia vero eius bona voluit dari,z diſtribui p ſuos fideicommiſſarios illis hoſpitalibus, z alijs miſera bilibus perſonis,quibus eiſdem placuerit,quod debeant dare z conuertere in opus cuiuſdam capelle,ꝛc.z facit ſuos fideicõ miſſarios P.M.Queritur,cum in dicto teſtamento non reperiatur aliqua heredis inſtitutio,niſi vt ſupra dicitur,an dictũ teſtamentum ſit validum:Ad quod reſpon.quod teſtamentuz valet,z illa verba, omnia eius bona, ꝛc. habentur pro heredis
1 inſtitutione.† Item relictum omnium bonorum, eſt inſtitutio heredis,ſi alius in teſtamento non eſt inſtitutus,vt no.ff. de he redi.inſtitu.l.his verbis.z in authen.de here.z fal.§.ſi vero nul
b la.in gloſſ.ſuper verb.relictis. Preterea,ea aſſignatio portio nis bonorum facit inſtitutionem heredis,licet non exprimatur inſtitutio,l.j.in fi.de hered.inſtitu.ergo eadem ratione,aſſigna tio omnium bonorum. Preterea de hoc eſt textus expreſſus,ex tra de teſtamen.ca.cum tibi,vbi dicitur,quod nõ videtur decce dere intestatus,qui bonorum ſuorum diſpoſitionem alieno cõ
2 miſit arbitrio,ſi non eſt inteſtatus:† z ſic videtur inſtitutio,que
c eſt caput teſtamenti:z illi fideicommiſſarij,z executores locum heredum obtinent, vt ibi not.per Innocen.z probatur C. de epiſc.z cleric.l.nulli.z l.ſi quis ad declinandam. Pro hoc facit. C.de pact.l.licet. Ego Barto.a Saxoferrato legum doctor.

ADDITIONES.

a C Nicolaus. Adde quod iſtud conſi.ſecũdum ordinem perũſi. eſt in tertia parte de vlt.vol.in conſi.l.z pro conſi.Bart.alleg. Alex.in l.centurio.ff.de vulga.z pupil.z in conſil.lj.in vij. volu. cuius initium eſt,in cauſa preſenti.z in l.alio.in princi.in ſecun da additione Bart.ff.de alim.z cib.lega. Thom.Diplo,

b C Aſſignatio portionis. Adde Bar.in l.centurio.ff.de vulga. z pupillar.z in l.ſi quis.ff.de lega.ij.z in diſpu.ſua inci, filium a dultum.z plene per Alexand.in d.l.centurio.z in conſi.lj.in vj. volu.in caſu preſenti,z vide apoſt.in l.his verbis.ff. de heredi bus inſtit.Thom.

c ¶ Fideicommissa. Adde Bar, in l. alio. ff. de ali. z cibo. lega. ez concor. de quibus per Alex. ibi in addi. incipi. not. ad notata, z ibi scripsi, z per Ale. in d. l. centurio, z in dicto consil. ij, in vij. vol. Thom.

CONSIL. LXVII.

1 ☞ Legatarius potest propria authoritate ingredi, z cum ipsi dicis licentia in possessionem rei legate si a nemine possidetur.

2 Vi codicillorum an quis possit immitti in possessionem beneficio l. fi. C. de edic. diui Adr. tol.

3 Intellectus ad l. fi. C. de codicil.

a Quidam fecit testamentum, z postea codicillos, z cum testm̃ haberi non posset, nec sciri qs fuerit institutus heres vigore codicillorũ, fuit petitum se immitti in tenutam, z corporalẽ possessionem rei contente in dictis codicillis per syndicum monasterio sancte Lucie nondum adita hereditate, postea pendente litigio fuit adita hereditas per dictum monasterium, impugnatur dictum monasterium nõ posse aliquid cõsequi ex clusis codicillis. Secundo impugnatur, z dicitur quod videtur renunciatum testamento, z hereditati, z legatis sibi relictis in testamẽto ex petitione facta super codicillis. Tertio vtrum dicta possessio terreni spectet ad monasterium, vel ad fratres minores, vel ad sororem testatoris, vel ad quem. Quarto posito qõ dicta petitio non procederet ante aditam hereditatem, nũquid dictum monasterium teneatur reficere expensas dicte domine, posito quod dicta petitio non dirigatur contra aliquam personam, licet in iudicio dicta dña fuerit citata ad petitionem partis, z iudicis, z primo viso testamento, z codicillis, quid dẽat ex predictis percipere monasteriũ, z quid dicta domina Agnes, qõ debeat fieri immissio in possessionem scõm formam petitam
1 apparet, quia legatarius põt ingredi † in possessionem rei legate, si a nemine possideatur sua auctoritate, l. non dubium. C. de lega. z ibi not. si põt sua authoritate, multo magis debet iudex licentiam concedere. Non ob. qõ dicta domina Agnes dicat se possidere quia dicit se possidere tanq̃ legataria ex testamento vt apparet ex testõ per eam producto. Sed in dicto testamento soli fructus possessionis sunt relicti, z sic esset vsufructuaria, posito qõ dictũ legatũ non esset revocatũ. Sed vsufructuarius nõ possidet, nisi naturaliter tantũ, l. naturaliter. ff. de acq. vel poss. Igitur ciuilis possessio durat, z sic illius ciuilis vacantis, z a nemine possesse, sine dubio debet dari possessio heredi, nec ratione naturalis quã ipsa posset asserere se habere, poterit fructus percipere, quia nõ prestitit cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, z sic non põt vti frui, nec facere fructus suos, ꝛc.
2 †Preterea dictũ monasteriũ est heres script⁹ in re certa, z nullus alius est vniuersaliter institutus, z sic habet loco vniuersalis heredis, vnde ex authoritate l. fi. C. de edic. diui Adr. tollen. d3 mitti in possessionem. Nec ob. si dicatur, illa loquitur quando producatur testamentũ, non quando producuntur codicilli qz illud est verum, si esset institutus heres, quidã homo natus, qui non põt instrui nisi in testamento. Sed quando instituitur pius locus, tũc sufficiunt duo testes scõm iura canonica vt in c. relatũ. j. extra de testamen. sicut de iure ciuili sufficiunt duo testes in testamento militis, l. diuus. ff. de mil. testamen. z sic apparet qõd in codicillis in quibus sunt quinq̃ testes, locus pius potest instrui, vt l. militis codicillis. in princ. ff. de testamen. mili. si in codicillis põt instrui, ergo in codicillis potest dari bonorum pos. facit extra de succes. ab intesta. c. fin. cum similibus. Preterea apparet dictum testm̃ non abolitum in presentia sex testium confectum, ergo ex vigore dicti testamenti d3 fieri missio, vt dicta l. fi. Nec ob. sic dicatur qõd dictum testamentum non fuit ab initio productũ. Naz in codicillis productis fiebat mẽtio de dicto testamento, vnde modo põt produci ad declarationem predictorum, z prime petitionis, z etiam ista causa, scz, testamenti põt cumulari predicte cause codicillorum, vt l. edita actio. z ibi not. C. de eden. Nec põt dici quod actor debeat condemnari in expensis, vel quod debeat dari noua dilatio. Nam ex vigore prime petitionis reus poterat esse instructus, qz in eo fiebat mentio de dicto testamento: ergo ꝛc. vt no. gl. in dicta, l. edita. z quia ipse debitor erat instructus, habebat dictum testamentum qõ apparet, quia produxit eum. Cum igitur habuerit, sibi non debuit edi, l. secunda. ff. de eden. ¶ Super secundo quo queritur, an petendo ex codicillis videatur renunciatum ex testamento, indubitanter dicendum est quod non. vt ff. de peti. here. l. Lucius. z ff. de inoffic. testa. l. mater, nec posset monasteriũ syndicus
3 renunciare iuri competenti ipsi monasterio. †Nec ob. l. fin. C. de codicil. qui ibi loquitur, quando quis diceret eandem scripturam valere iure testamenti, z codicillorum, quod esse non põt, sed ibi sunt diuerse scripture, ergo, ꝛc. vt ibi nota, per Doctores.

¶ Super tertio dicẽdum est quod dicta verba non faciunt heredi tatem conditionalem, l. Venia. ff. de manumiss. test. Sed posito qõd esset conditionalis institutio huic heredi instituto debet dare bonorum possessionem, vt l. ij. §. fi sub conditione. ff. de bo. no. possess. secund. tabu. ¶ Super quarto non est dubium, quin legatum datum in testamento possit adimi in codicillis: qz legata possunt adimi nuda voluntate. l. vij. in fi. cum l. seq. ff. de adim. lega, z de condi. indebit. l. ij. §. j. z super veri. sed z si post verum, si dicta possessio spectet ad monasterium, dicendum est qõd dicta possessio spectat ad monasterium, z monasterium d3 de sua manu assignare fructus legatarijs, vt verba codicillorum dicunt. l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. lega. z no. in l. si ita. ff. de vsufructu. Bar.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Quidam fecit. Adde qõ huiusmodi consi. Bar. secundum ordinem Peru. est in iij. parte vlt. vol. in consi. lj. z pro consi. Bar. alleg. Andr. Barb. in c. cum esset. de testa. z in l. j. in v. q. in addi. Bar. ff. de iure codi.

CONSIL. LXVIII.

1 ☞ Filia prohibita per statutum succedere ab intestato, prohiberur z nepos.

a Queritur, "An nepos ex filia dotata pretexit" ab auo materno possit expugnare testamentum, z ab intestato succedere, nõ obstante statuto prohibente filiam dotatam succedere patri ab intestato. In Christi nomine amen. dico, qõd cum fuerit preteritus nepos sine causa ab auo materno, z sic põt expugnare testamentum, qõ de iure communi admitti debet. vt in auth. nõ licet, z in auth. ex causa. C. de lib. pret. per ea que ibi no. z in corpore vñ sumitur. Preterea in §. et heredatos. in aut. de her. z Falci. Sed cum de iure municipali filia testatoris dotata prohibeat succedere ab intestato patri suo, dico quod ex
1 mente iuris statuti intelligitur prohibitus etiã nepos † ex filius filie dotate, qõd probo. Ex hoc concludam magnam copiam allegationum que fieri possent in cõtrarium. Nã quoties pius in gradu excluditur, non propter mortem, vel repudiationem, vel propter delictum, vel ingratitudinem, que non protogatur in descendentem, sed excluditur fauore eius, cui succeditur, vel alterius, tunc excluduntur descendentes, exemplum in vilibus feudorum sub rubr. qui da. feudo. possunt. capit. j. §. hoc autem notandum, vbi filia exclusa excluditur etiam filius propter dictam rationem. Sed mens statuti videtur esse preponendi masculos filiabus dotatis, ne patrimonium, z diuine deueniant ad extraneos, sed potius familiarũ dignitas saluatur, vt iuuentutiarum honestate seruetur, quod Reipub. interest, vt ff. de ven. inspic. z bene facit ille tex. cum exponi debeat familiarum, id est agnationum, vt ibi not. glo. z probatur in l. pomponius. §. communi iure. ff. de verb. significa. Pro qua ratione ad extraneos deueniat, bene facit l. libertus, qui soluendo. ff. de bo. liber. quod magis potest in filio quam in ipsa filia, quia eadem est ratio, z maior, z ita per dictam rationem consulo ego Bart. Et idem ego Fran. Tig. de Pisis.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Queritur, Adde quod istud consilium Bar. est in iij. parte de vltimis. volun. secundum ordinem Peru. in consi. lx. z pro consi. Bar. alleg. z ponit totum consi. de verbo ad verbum. Vita. de Sambaris Neapo. in suo trac. clausularum in rubr. quando filia repellitur a successione statutorum, versi. item idem Bar. in alio consilio.

CONSIL. LXIX.

1 ☞ Verba directa, z obliqua, z communia, que dicantur.

2 Coniuncti verbis qui dicantur.

a Pater fecit "testamentum in quo inter cetera posuit hec verba, videlicet in omnib⁹ aũt bonis suis mobilibus, z immobilibus, iure z actione tam presentibus quaz futuris" d. Bar. z Matth. eius filios, sibi equis portionibus vniuersales heredes instituit. Et si contigerit ipsum ex dicta domina Simona, aut ex aliqua vxore sua legitima filios habere peruenientes ad lucẽ posthumos, aut medio tẽpore natos si masculos aut masculi fuerint, ipsum, vel ipsos cũ predictis Bar. z Matth. vel altero, qui superuixerit sibi equalibus portionibus heredes instituit. Si autem femina vna, vel plures ipsam z quamlibet earũ in florenis aureis quingentis sibi heredes instituit, ac bens ipsam, vel ipsas esse contentam, vel contentas, z si quis filiorum suorum masculorum tam natorum, quam nascituro rum, vel posthumorum in anno xxv. sue etatis decesserit sine liberis, vel si decesserit in pupillari, etate substituit ei pupillari

riter, vulgariter, z per fideicōmissum superstites masculos, vel eorum filios in stirpes, z nō in capita, quod si omnes filij sui masculi, non existentibus aliquibus ex eis filijs decesserint in eo casu voluit totam hereditatem suam deuenire, z deuolui in dominam Simonam vxorem suam predictam pro vna parte, si z dominam vidua erit. Philippam eius testatoris filiam pro vna secunda portione, z Lapam alterā suam filiam pro vna tertia portione, z in alias filias suas nascituras singulas pro singulis portionibus. Et in dominam Soram eius sororem pro vna alia parte, z in dominam Joannam alteram eius sororem pro reliqua portione diuidēda inter predictas equis portionibus: contigit autem qō postea testator decessit relictis dictis Bar. z Mattheo pupillis filijs suis, ac relicta domina Joanna sorore dicti testatoris. Deinde moritur dictus Bar. factus pubes, ante tamen xxv. ann. sue etatis facto per ipsum testamento, in quo sibi heredem instituit d. Mattheum eius fratrē, demū decessit d. Matheus in pupillari etate adita hereditate patris, ac etiā frater suo materno. Auus predictus vult venire ad successionem dicti Matthei ab intestato. d. Joāna vult venire ad successionē eiusdem ex testamento veluti substituta. Queritur quis ipsorum in successione predicta sit potior? Item queritur posito quod do. Amita non possit venire nisi ex fideicommissaria substitutione, an partes substitutorū deferre ex iure accrescendi, vel alio iure deueniant ad d. Joannam. Item queritur, cum ex forma statuti excludatur mater, z auia a successione filiorum, z nepotū, eo mō excludatur auus maternus. Rogamus igitur quatenus predictis omnibus, in consideratione reductis z plene deliberatis respondere placeat quid sentis, etc. In nomine Domini Jesu Christi, amen. In questione predicta secundum ea de quibus queritur. Primo videndum est an substitutio illa facta secundo loco, scilicet, quod omnes filij, sit directa pupillaris, vel fideicommissaria. Circa quod primo videndum est, an sit pupillaris ex vigore cuiusdam repetitionis que induceretur ex eo, qz in precedenti capite dictum est, scilicet, substituit vulgariter, pupillariter, etc. Ad quod respond. quod non: quia predicta verba sunt annexa precedenti capiti substitutionis, z iuxta ipsum caput, posita sunt, non autem sunt verba p se posita inter duo capita. Hoc probatur ff. de libe. z posth. z not. C. de liber. prete. l. j. Preterea cū alie persone, vt substitute in secundo capite, alie, in primo, non debet intelligi facta repetitio, vt ff. de conditio. z demonstratio. l. que conditione. ij. respon. z quod not. de leg. iij. l. in repetendis. Videndum est ergo vtrum ex significatione verborū debeat dici pupillaris directa vel fideicōmissaria. Ad quod sciendum est, quod doctrina communis se habet quod ista substitutio compendiosa, si qdem fiat per verba mere directa vt heres esto, dicitur directa pupillaris in tpe pubertatis, si per verba obliqua, vt restituatur, z sic tūc est vere fideicommissaria, si per verbum commune, vt per verbum substituo, tūc sunt opin. gl. in l. precibus. C. de impub. z alijs subst. Azo in sum. cod. tit. Dy. z multi alij Canoniste tenent qō omni tempore sit fideicommissaria. Jacob. de are. z Ly. aliter dicūt, in d. l. precibus, qō hic examinare non requirit magnitudo eorum quibus scribitur, cū qz in proposito casu testatori non est vsus aliquo dictorū verborum, sed verbo deuenire, z verbo deuolui, videndū est vtrū ista verba sint directa z obliqua, vel communia. Dico in proposito quod illa dicuntur verba directa, que dirigūtur ad ipsum substitutū, ita vt de manu sua capiat, vt C. de fideicom. l. eam quā. z ibi glo. super ver. directis. z extra de testamen. capit. j. lib. vj. z ibi glo. super verbo, Filie mozeretur. sed illa dicuntur obliqua verba, que non dirigūtur ad substitutum, sed ad alium, ita qō substitutus debet ab alio petere, z de manu alterius capere, vt probatur in dicta l. eam quam. vbi ponitur vterque casus: quo niam verba sunt adeo personaliter prolata que possunt verificari, sine substitutus capiat de manu sua directo, siue ab alio. Exemplum ponit gloss. in dicta l. precibus. in ver. fideicommissa. z tunc dicuntur verba communia. Hunc ad propositū verba deuenire, z peruenire z similia sunt apta, siue quis capiat directo, siue per fideicommissum, vt C. de here. instit. l. hereditatē. z ff. de hered. vel act. vend. l. j. §. peruenisse. z de legatis iij. l. fideicommissa. §. hec verba. facit de lega. ij. l. Lucius Titius testamē to ita cauit. §. filiam. Idem videtur dicendum de verbo, deuolui, quod sit verbū commune, z quando habeat eandem significationem sicut deuenire: sed quoniam reperitur in dicta significatione. l. emancipatus. in princ. ff. de legit. hered. instit. ibi, successio deuoluitur, etc. z de iure deli. l. si infanti. §. si vero. ibi heredes adeū deuolutas, etc. tamen qz dicta verba sunt imperso naliter prolata. arbitror dicta verba esse cōsia per ea q̄ dixi. Remanemus ergo in p̄cedenti opi. qualiter intelligi debeat, sed q̄ opin. sit vera, posito tamē, q̄ verior sit opi. gl. z cōmunis q̄ talis compendiosa facta per verbum commune sine distinctione temporis sit fideicommissaria omni tēpore, tamen illud debet intelligi, nisi de mente testatoris illud appareat aliquibus legitimis coniecturis, qō voluerit facere substitutionem directam intra tempora pubertatis, vt dicitur C. de testamento militis. l. in testamento. in fi. z ibi no sed in proposito apparet legitimis coniecturis testatorem voluisse substituere directo intra tēpora pubertatis: ergo, etc. Iste autem coniecture apparent ex eo, qz testator dixit, volo totam hereditatē suam deuenire, z deuolui, etc. not. quod dicit totam hereditatem, hoc enim non poterit fieri p̄ fideicommissariam substitutionem, quoniam tunc filius deduceret legitimam iure, z forte Trebellianicam non haberent substituti totam. Videtur ergo voluisse directe pupillariter substituere cū citra ius pupillaris substitutionis tota hereditas non veniret, facit C. de testamen. l. codicillis. de acquirē. hered. l. pro herede. §. Papinianus. de reb. dub. l. quoties. cū similib. Alia coniectura est vicinitas precedentis scripture, in qua verbum commune substituit, etc. z fuit declaratum vulgariter, pupillariter, etc. eodem modo in sequenti, ista verba communia intelligūtur declarata. z hoc non erit ex vi repetitionis, vt dixi in princi. sed magis ex vi declarationis verbi ambigui. l. qui filiabus. in princip. de lega. j. z l. si seruus plurium. §. fina. eodem tit. Recipiat quod quibusdam legibus reperitur, z istud verbū totam, simile, z tamen est fideicommissaria: quia illud quando testator vsus est verbo mere obliquo, vel substituit maiori, vel extraneo, in quo non cadit directa pupillaris. Super eo vero quod secundo loco queritur, posito sine preiudicio quod d. Amita non possit venire nisi per fideicommissum, an partes ceterorum accrescant ei, vel non, tanquam nec re, nec verbis coniuncte. Circa qō dico manifestū esse ipsam non esse re coniunctam propter separationem portionis. l. re coniuncti. de lega. iij. z l. triplici. de verbo. significatio. Sed dico absque dubio eam ceteris forte coniūctam verbis propter copulam, z que ceteris coniūgitur. l. si ita quis heres. de heredi. instit. z dicta l. re coniuncti. z l. triplici. z licet multi ex dictis substitutis ponantur, solute tamen non impedit coniūctionem, dicta l. triplici. sed copula vtrumo loco posita in omnibus precedentibus videtur appositā. l. cum in testamento. §. hec verba. ff. de heredibus instituendis. Preterea, vt magis intelligenter loquamur, illi sunt coniuncti verbis, qui in eadem oratione ponuntur, z sic vno sermone coniunguntur, sic etiam illi dicūtur disiuncti verbis, qui diuersis orationibus ponuntur, z diuersis sermonibus separātur. Istud probat ter. ad literam. C. de caducis tollendis. l. vnica. §. his ita. versiculo, hec ita tam varie. sed in testamēto, de quo agitur, omnes substituti cōiunguntur vno sermone, z vna oratione. Omnia enim illa nomina substitutorum determinant illa verba infinita, deuenire, z deuoluit: z sic patet eos esse, coniunctos verbis, z sic ius accrescendi habet locum. ¶ Super eo vero, quod tertio loco queritur, an sicut excluditur mater, ita excludatur auus matern?. Ista questio est multum dubia. Haz si quis verba dicti statuti diligenter consideret, illud statutum videtur habere virtutem solum exclusiuam, scilicet quod mater excludatur extantibus personis nominatis in statuto: nec videtur habere inductiuam scilicet, quod ille persone nominate in statuto, quibus extantibus mater excluditur, admittantur: non enim hoc statuto disponitur. Ex hoc videtur quod, matre exclusa, veniant alij de iure communi, sed de illo iure auus maternus preferetur: ergo, etc. pro hoc videtur casus. ff. ad Tertyllia. l. ij. §. finali. Preterea videtur, quod statutum non recipiat interpretationem extensiuam ad alias personas que ibi nominate sunt etiam ex identitate rationis. l. si vero. §. de viro. soluto matrimonio. cum hoc statutuz sit cōtraius cōmune: ergo, etc. l. quod vero. z l. ius singulare. ff. de legi. licet aliter videatur dicere glo. in l. que propter necessitatem, de regu. iuris. Finaliter tamen in questione predicta puto auuz matern̄ excludi, z personas nominatas a statuto ad successionem vocari: ad hoc autem ostendendum dico, quod dictū statutum non habet solum virtutem exclusiuaz matris, z auie, vt verba expresse dicūt, sed habent etiam virtutem inductiuam vt persone agnatorum in statuto nominate admittantur ad successionem, z sic probatur. Certum est quod mater, z auia excludūtur contemplatione agnatorum nominatorum in dicto statuto, sed quando aliqua dispositio sit cōtemplatione alicuius, licet in eum verba dispositiua non dirigant, tamen ex illa dispositione competit ius agendi. l. seruo legato. §. si testator. z l. filius. §. viul. de legatis primo. z l. fideicommissa. §. interdum. de legatis tertio, z quod not. C. de fideicommiss. l. quoties ab omnibus. Ita in proposito ex vigore istius statuti videtur dispositum, quod illi, quorum contemplatione mater z auia excludūtur, admittantur. Et sic gradus eorum est in successione potior materna, z vigore huius statuti habent actionem. Ex hoc con-

luditur, qđ si gradus eorum est potior gradu materno, p̄ consequens est potior gradu auito. Et per, hoc respondetur ad contraria, qđ dicebatur, matre excluſa, vocantur alij, qui veniebant de iure cõminuti, nego: imo admittuntur alij, quorum gradꝰ factus est potior, & admittuntur ex forma statuti sic disponẽtis, vt dictum est. Si dicatur ergo statutum extenditur ad alias personas, &c. respon. qđ statutum recipit extensionẽ ad id, sine quo, quod disponitur per statutũ, non põt habere effectum, l. si ita stipulatus fuero, per te non fieri quominus illa domo vti liceat, de verb. obli. vbi stipulatio extenditur ad personas non nominatas, sine quibus nõ põt cõmode habitari, facit l. cui iurisdictio, ff. de iurisdi. om. iud. cum simi. Ita in proposito cum in statuto sit dispositum matrem & auum excludi, & illos agnatos admitti, vt dictum est, illi agnati non possunt admitti vigore statuti, nisi auus maternus excludatur, cũ duo non possunt esse heredes in solidum: ergo, &c. facit ad predicta, vbi videt tex. C. de leg. & fideic. in fi. vbi tutore excluso a legato admittit pupillus, cuius contemplatione testatoꝛ fecit, & meritus facit l. ij. §. penul. ff. de colla. bo. vbi est casus. Sed in contrariũ facit Iustitu. ad Terty. §. sed si fuerant. Itẽ facit contra predicta l. Lucius, de here. instit. in viti. gl. & l. ex facto etiam agitatũ. eodem tit. Sed ex predictis poteſ colligere solutionẽ. Item non obstat qđ factum matris non debet obesse auo, quominus auus possit venire ex persona sua, qm̃ non factũ matris nocet ei, sed dispositio statuti facta cõtemplatione agnatorũ, & ipsorũ ad hereditatẽ ex successione predicta admissio, excluſa matre predicta. Item predicta opposita, & iura ad ea facientia locũ habẽt, vbi mater excluderet delicto, vel culpa sua, vel ex casu in persona eius cõtingente, vt per mortẽ, quibus casibus, & eorũ quolibet auus posset ex sua propria persona venire: secus, si mater excludatur p̄iuilegio filiorũ, vt in casu nostro, quo casu, sicut excluditur mater, ita excluditur auus, arg. l. qui iure militari. de testa. mil. & l. equissimum. C. ad Terty. fm̃ d. Fran. de Pisis quod no. & sic ipse consuluit in simili quest. de facto, & ita de iure dico, & consulo ego Bar.

ADDITIO.

a D. ☞ Pater fecit. Adde qđ hoc consi. fm̃ ordinem Perusi. est in iij. parte vlt. vol. in consi. lxij. & de ista questione vide p̄ bar. in l. ij. §. videndũ. ff. ad Terty. Bal. Pau. de ca. & omnes doc. in l. illam. C. de colla. & ibi dominus meus d. Pet. Corn. & Pe. Corn. in l. maximum vitium. C. de lib. preter. & in consi. ccxxxiij. in iij. vol. p̄o decisione.

CONSIL. LXX.

1 ☞ Institutio facta heredi a patre sub conditione casuali, vel mista, & persona venit certificanda, conditio non reiicitur.

a PAter a in suo testamento legauit. & iure institutionis instituit ventrẽ vxoris, & si fœmina pareret, & monasterium intraret in centũ, & si nuptui tradiderit in ccc. lib. In questione predicta videndũ primo, an testũ sit ruptus p̄teritione dicte posthume; Ad qđ dico b, qđ ipsa videtur p̄teritata: nam testatoꝛ reliquit in suo testamento illam posthumam heredem, vt supra, que ingrederetur monasteriũ, vel se tradiderit nuptui: illa ergo, que monasterium non ingreditur, vel nuptui se nõ tradit, reperitur p̄terita omnino, nec instituta pure, nec sub conditione, casus est in l. cõmodissime. ff. de lib. & posth. Ex hoc sequit, qđ testũ est nullũ quoad heredis institutionẽ, sed legata, & fideicõmissa remanent firma. Nec ob. l. suus quoq; & ibi no. m gl. in verb. que snia. de here. instit. vbi dicit, †qđ filio instituto sub conditione casuali, vel mista, qđ testũ hodie non rumpit, cum grauamen institutionis hic de medio subducat, per l. quis in p̄toribus. C. de inof. testa. qz illa gl. & similes reprobant. Sed posito, qđ ille gl. sint vere, loquunt in filio nato instituto sub cõditione mista: sed hic posthuma in casu omisso non est instituta pure, nec sub conditione, vt dicit tex. expresse in d. l. cõmodissime. illa enim videtur solũ instituta in qua aliqua dictarũ cõditionũ extitit: ergo nõ est instituta. Nec obstat statutũ Cõis Assisij, quo cauet, qđ est dictũ est dicta filia, in cuius persona neuter dictorũ comprehensorũ in testamẽto venit, non est dotata, nec instituta: imo de ea nulla mentio est facta. Ex hoc sequit, qđ dicta filia succedat ab intestato, in quota parte bonorũ patris sui, cũ quinq; remanserũt filij inter masculos, & feminas. Et ita consulendo videt mihi Bar. a Saxofer.

ADDITIONES.

a D. ☞ Pater. Adde qđ istud consilium fm̃ ordinem Peru. est in tertia parte de vlt. volum. in consi. lxij.

b ☞ Ad quod dico: Adde Bar. in l. si pater. C. de insti. & substi. & in l. commodissime. versicu. & per hoc dicebam. ff. de lib. & posth.

vbi se dicit consuluisse, & qđ Rayn. consuluit contrarium. & cõsi. Ray. est in consi. seq. & post in consi. c. viij. & vide Alexã. in d. commodissime. & Jas. in d. l. si pater. vbi plene.

CONSIL. LXXI.

a SUper Ipso facto omissa facti narratione ob breuitatis fm̃ morem subtilissimi Socuole, fm̃ ea que proponerentur, mihi videtur de iure dicendum testũ predictum tenere debere, & valere. De hoc consi. vide supra in j. vol. in consi. cxcviij.

ADDITIO.

a Th. D. ☞ Super ipso. Adde qđ huiusmodi consi. fm̃ ordinem Perus. est in iij. parte de vlti. volunta. in consi. lxiij. & est consi. Ray. qui consuluit de directo contra Bar. vt supra & vide Bar. in consi. cxcviij. in j. volu. in nomine. & idcirco hoc consi. est dubitatum, vide ibi & Jas. in l. si pater. C. de institu. & substit.

CONSIL. LXXII.

1 ☞ Rupto testamento ex causa p̄teritionis, an valeant legata.

2 Hereditas aui materni non adita non transmittitur.

3 Infans vtrum transmittat hereditatem non aditam.

a IActum a tale est, Cecolus Faccoli de Bo do suum condidit testamentum, in quo iure legati reliquit Nicolucio filio Jacobelli lie ipsius Cecoli testatoris quedã legata & adiecit, si dictus Nicolutius moreretur sine heredibus ex suo corpore natis, voluit dictus testatoꝛ, quod omnia dicta bona legata vendantur, & erogentur p̄is locis, vbicunq; videbitur suis commissarijs, in omnibus alijs suis bonis. Vellum eius fratrem heredem instituit: filia autem dicti testatoris erat premortua tempore dicti testamenti, & in fine dicti testamenti erat clausula codicillaris, mortuo testatore, decessit dictus Nicolutius eius nepos in infantili etate: postea decessit dictus Vellus, heres institutus adita hereditate dicti testatoris superuiuentibus sibi duobus filijs: dicitur dictum testamentum nullum: quia in eum non fuit institutus dictus Nicolutius eius nepos: queritur quid iuris, & quid de dictis legatis super quibus dicendum est. quod si dictus Nicolutius, &c. Et ita ego Hugolinus de nõ te catino legum doctor, mitto vobis domi. Bart. a Saxoferrato patri meo, vt super hoc placeat consule re. Viso puncto predicto, dico ego Bar. a Saxoferrato, quod licet dictus Nicolutius decesserit, & dictum testamentum nullum non diceret testamentum non est confirmatum, quia decessit in pupillari etate, vt C. de posthu. hered. instit. l. vrotis. versi. posthumo vero. vbi est casus, & ibi no. per doc. & nõ est dubium quod p̄teritione nulla terni facta sine causa, testamentuꝫ est nullum, vt in auth. de here. & falcid. §. exheredatos, & ibi nota. in glo. in verb. nolunt. Posito ergo quod sit nullus dubitatur, an legata facta ipsi nepoti valeant. & de hoc est opinio in l. maximum vitium. C. de libe. p̄

1 teritis. Nam quidaꝫ dicunt, †quod rupto testamento ex causa p̄teritionis, valent legata facta alteri, sed quia ipsi nepoti p̄terito, ex cuius persona rumpitur testamẽtũ legata facta sunt dubiũ est, & de hoc per Ly. in aut. ex causa. in v. questione. C. lib. p̄eter. sed quicquid sit, saltem dicta legata valent per illam clausulam ponitam in testamento, si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum, videlicet, istud grauamẽ inuentum cto Nicolutio si decesserit sine liberis, dicta legata erogentur p̄is locis secundum veram opinionem Dy. & aliorum, & Ly. fert in d. auth. ex causa. in vj. q. Hoc p̄misso in questiõe p̄sita dico, quod si quidem non apparet quod per dictum Nicolucium fuisset adita hereditas aui materni ab intestato, tunc ctus eius auunculus qui modo dicit dictum testamentum nullum, nihil potest petere de bonis d. testatoris aui materni. d. colutij, quia hereditas aui materni non adita non transmit-

2 tur, †vt C. de iure delib. l. si infanti. §. sin vero. Unde habetur tanto. ac si dom. Nicolucius non fuisset in medio, & sic dicit auunculus nihil potest petere. Si vero fuisset adita hereditas

3 tunc succederet dictus auunculus † in medietate legitime, qua non consistit grauamen. Alia medietas esset patrui, qui institutus a testatore. In hoc iura sunt clara, & ita consulendo videtur mihi domino Bartolo a Saxoferrato.

ADDITIO.

a Tho. D. ☞ Factum. Adde quod huiusmodi consil. secundum ordinem perusi. est in consil. lxvj. in tertia parte de vltimis voluntatibus, & ad not. per Barto. hic adde Alber. de Ros. in l. si instituti. C. de iure deliberan. & ibi vide plene Jas. in j. col. in versi. nunc quid autem ista lex.

CONSIL. LXXIII.

1 ☞ Vulgarẽ ob vsum loquẽdi a p̄pria significatiõe recedimus

z accipitur singularis numerus pro plurali.
2 Substitutio compendiosa instituto, vel aliquo eorum continet vulgarem.
3 Compendiosa aliquo de institutis decedente post aditam hereditatem continet substitutionem fideicommissariam.
4 Dciones aliquis, si quis, z quisquis, sunt distributiue.

a In nomine domini, amē, Minarellus quondam Lechi de castro plebis S. Viniam filiam suam, z Lechum quondam ser Putij Aldonunutio Angeli sibi heredes instituit, z eos substituit per hec verba, z si vllus dictorum heredum decesserit sine liberis ex se descendentibus ex legitimo matrimonio succedat ei hospitale communis, z monasterium sancte Marie floris Maij equis portionibus, z contigit qđ dictus Lechus vnus ex dictis institutis decessit viuēte testatore sine filijs, deinde decessit testator superuiuente dicta sua filia, z d. Aldouānntio instituta: postea decessit dicta filia sine filijs superstite do. Aldouānutio. Modo queritur, vtrū monasterium admittatur vigore substitutionis predicte ad quam questionez examinandam primo oportet videre qualiter debent intelligi hec verba, si vllus decesserit sine filijs. Nam secundum verborum conceptionez videtur, quod aliquo ex institutis decedēte sine liberis, substitutio euanescat. Tamē ad huius declarationez est sciendum, qđ in vulgari vsu loquēdi
b sepe a propria significatiōe recedimus, z quādoqz plurale[b] pro singulari accipim[9], z singulare pro plurali. l. nō est sine liberis, z l. in vsu iuris. ff. de ver. signi. Item interdum vniuersale accipimus pro particulari, z distributiuo: vt ff. de in. fis. l. Moschis in fi. prin. ibi omnem, id est, in quit ibi glos. quemlibet. z de statu hom. l. iij. z ibi in glos. ibi exponitur omnes, id est omnis, vt sic
a verificetur in quolibet particulari. † Hoc premisso, sciendū est quod in vulgari vsu loquēdi, si quis vulgariter dixerit, si niuno mozira senza figlioli, etc. intelligitur, si alchuno. Unde notarius qui predicta verba scripsit, z transtulit in Latinum ruditer, z materialiter secundum quod fuerunt a testatore prolata debēt
c intelligi, si nullus [c], hoc est si aliquis secundum cōmunem vsum loquendi, qui prevalet omni proprie significationi, vt d. l. z l. libzorum, §. quod tamen Cassius. de leg. iij. z l. cum de Iamōis, §. asinam. de fun. instru. z l. Labeo. de supel. leg. cum simili. † Hoc premisso, posito quod verba substitutionis dicerent, z si aliqnis dictorum heredū, etc. videndū est de viribus dicte substitutionis. Circa quod dicendum est, quod dicta substitutio compendiosa instituto, vel aliquo eorum ante aditam hereditatem, continet vulgarem directam casus est in l. Gallus. §. j. de liberis z posthumis. secundum vnam lectn. quam omnes tenent. hoc tenet Jaco. de Aret. z Lyn. refert in l. precibus. de impube. z alijs substi. quod apparet esse verum in casu proposito: quia verba ista, si quis decesserit, etc. intelliguntur siue decesserint post mortem ipsius, siue viuo testatore, vt l. j. in princip. de admen. lega. prout ergo dicta verba se referunt ad eum qui viuo testatore decesserit, absque dubio continet vulgarem, sic apparet quod mo
3 nasterium substitutum pro parte sua succedit illi in portiōe illius qui viuo testatore decessit. † Item sciendum est quod dicta substitutio cōpendiosa, aliquo de institutis decedēte post aditā hereditatem, in persona eius continet substitutionē fideicommissariam in casu proposito cum substitutio fuit facta filie simul cum duobus extraneis, non potest continere pupillare: sed debet intelligi in ea, i qua potest omnibus vnoformiter substitue, te, vt i fideicommissaria, arg. l. iam hoc iure. cum simil. de vulg. z pupilla. Unde puto qđ pro parte sua debetur portio[9], in qua fuit instituta filia dicti testatozis, z debetur ei iure fideicōmissi deducta legitima, que non cadit in fideicommissum, Trebellianes vero deduci non debet, quia est fideicom. ad pias causas.
4 † Item sciendum est, quod aliquis, si quis, z quisquis, z similia sunt distributiua, licet sint plurium, tamen effectum dispositionis attribuunt in quolibet particulari. Unde si dico, si qs mihi heres erit, vel quisquis, vel aliquis, ista verba verificātur si vn[9] tantū heres extiterit, siue omnes. hoc etiam probatur plurib[9] legibus, vt l. qui liberis. §. hec verba de vulgari z pupillari. z l. si necessarias. §. si annua bima de pign. act. de leg. j. l. si quis in fundi vocabulo. §. j. z l. qui filiabus. §. j. cod. tit. Concluditur ergo, quod licet d. Aldouannntius superuixerit, tamen in persona aliorum habet locum substitutio. Et ita consulendo videtur mihi Bart. a Saxofer.

ADDITIONES.

a T. D. Cl In nomine domini, amen. Adde quod istud consiliū secundum ordinem Peruf. est in iij. par. vlt. vol. in consi. lxxij.
b Cl Plurale. Facit quod in duab[9] no. quest. decidit Bal. in l. j. per illum tex. C. de cond. inser. quod si statuto cauetur qđ decedente patre cum liberis masculis femine non succedant, habet locum jetiam si decedat cum vno filio, z etiā si statutum dicit, qđ decedente vroze sine liberis maritus succedat quamuis loquatur in plurali, verificatur nihilominus etiam in singulari, si haberet vnum filium. vide plene Jas. in authē. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle.
c Cl Si nullus. No. de veritate substitutionis, z si nullus decesserit quod verificatur si vnus decessit, vt sit locus substitutioni, vide Aler. in l. centurio. ff. de vulg. z pupil. z pondera, si hoc confilium Bart. alleg.

CONSIL. LXXIIII.

1 Oblatus, qui postea acquisiuit alia bona, an acquirat monasterio vel hospitali.
2 Bonans vel vendens bona, intelligitur de presentibus, z non de futuris.

a Quidam ab oblit se. z omnia sua bona hospitali, z conuentui. Postea de voluntate dicti capituli, z conuentus est adeptus quandam capellam secularem, z quam plura alia bona postea quesita. Modo
1 queritur. † an possit de bonis postea quesitis disponere pro libito z voluntate? Et videtur dicendum quod bona postea quesita querit sibi, z non hospitali, z de eis potest disponere, z facere prout placet. Ratio est, quia illud, quod dicitur in authen. ingressi. C. de sacrosa. eccle. intelligitur, quando quis se dedicat alicui monasterio seculari, non autem cuz dedicat se vni capelle
b vel alij loco[b] non regulari, nisi expresse renunciet seculo vel tacite. vt in auth. de sanc. Episc. §. presbyteros. z C. de episcopis z cler. l. sacrosancte. z no. in d. auth. ingressi. Sed certuz est quod isti continentes non sunt regulares. licet sit quidam modus viuendi, vt no. extra de regula. c. j. in clem. ergo dedicatio persone nihil operatur, vt bona postea quesita qui erat hospitali. Et sic ratio huius dicti, qz cum se dedicat alicui loco, vel vouet si non exprimatur, intelligitur illo modo se dedicare, z illaz vouisse regulam. de qua sunt illi fratres. vel viri, in quozum manibus se dedicat vel vouet, vt not. per Innocen. in c. quod Dei timorem de statu mona. z ibi per Joan. Andr. circa princi. Sed certum est quod isti continentes, vt dixi, emunt, z vendunt, z querunt eis: ergo ita faciet ille qui eis se dedicat nisi seculo renunciet, vt dixi. Preterea non solum iste qui adeptus est capellam de volū
tate dicti capituli, z Episcopi est absolutus ab Abbate, sed etiā monachus, qui adeptus est capellam secularem de voluntate Abbatis capituli z Episcopi, est absolutus ab Abbate, z capitulo, z est solum cuz Episcopo. vt d. c. quod Dei timorem z ibi not per Joann. Andr. super gloss. vtrum. in verbo ecclesiarum parochialium discrimen. que incip. etc. z secundum Host. Bug. Ber. z Boff. Concludo ergo ex predictis quod dedicatio persone nil nocet, quin postea bona quesita querat sibi. Ratio est qz cum quis dedicat bona sua vel donat, vendit, vel alienat intelli
2 guntur solum bona presentia, † non veniunt futura[a], nisi expresse dicatur. ff. de auro z argen. lega. l. si ita. z l. Plautius. ff. si and.
c l. si mandauero. §. is cuius. de negot. gest. l. nam z Seruius. §. si viuo. Cl Nec obst. l. fi. C. que res obli. poss. quia agitur de modico preiudicio debitoris, quia si veniunt bona futura, non est preterea vniuersorum. ff. pro socio. z l. iij. l. si seruus. ff. de ser. vrba. pred. quia in societate est modicum preiudicium si venirēt futura, z ideo non veniunt futura, vt dixi. Restat igitur videre de bonis dicte capelle an querat sibi, vel dicto hospitali: Et certū est quod sibi, vt not. extra de officio ordin. ca. presenti. libro vj. ex quo enim habet capellam, habet administrationem bonorū ipsius, vt not. in dicto cap. z extra de iudic. ca. cum deputati. z ibi de hoc per Innocentium, z Hostien. maxime, vt dixi ex eo, quia capellam est adeptus de voluntate capituli, que non est membrum ipsius capituli: quia non solus querit sibi dicta bōa, sed etiam absolvitur a dicto cap. z est effectus sub episcopo; vt alij clerici, de quibus bonis quesitis ex dicta capella vtrum possit testari, vel disponere, dicēdum est prout expressum est, de episco. z cler. authen. licentia. z auth. presbyteros. z in c. quia nos. extra de testam. z eo. tit. c. relatum. cum simili. z ita consulo ego Bart. a Saxofer.

ADDITIONES.

a T. D. Cl Quidam. Adde quod istud consilium secundum ordinem Peruf. est in iij. parte vlt. vol. in consil. lxxiij. z pro consilio Bart. alleg. Jas. in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccle.
b Cl Alij loco. Not. mirabilem limitationem ad auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. quam adde ad doc. ibi.
c Cl Futura. Adde Salic. in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccles. Lud. Rom. in l. si marito. in prin. ff. sol. mat. z in consi. ccxcij. cuz concord. de quibus per Jas. in d. auth. ingressi.

CONSIL. LXXV.

1 Jus deliberandi z adeundi hereditatem maternā, an transmittatur ad heredes infantis.

2 Suff. cit scientia tutoris p̄ro pupillo, ad hoc vt hereditas trā mittatur.

a In questione° vertente inter Paga nutiū ser belli dom⁹ mis sericordie de monte Pulciano, primo videndū est, an substitutio facta per magistrū Jo. filio suo R. fuerit directa pupillaris, vel fideicōmissaria, qz dixit sine filijs, vt no. i l. p̄cib⁹, in gl. C. de impu. z alijs subst. sed hec alle. nō est vera, quia contra casum l. centurio. de vulg. z pupil. secundū opi. omniū. Mod. Secundo potest allegari p̄o parte Pagani qō sit fideicōmissaria, quia est facta sine temporis distributione, seu diffinitione, vt no. gl. in d. l. precibus. z l. centurio. z Azo in summa de impub. z alijs. §. cōpendiosa. ver. sinautem testator. Sed licet de hoc sint multe z varie opi. tamen in casu ꝓposito dictam substitutionem dicendum est fore directam pupillarem z ex p̄sumpta voluntate defuncti, z ex coniectura dictoū verboū, quia dixit in omnibus autem alijs suis bonis, z reb⁹ mobilibus, z immobilibus, iurib⁹ z actionib⁹ substituit d. R. ꝛc. nō possunt omnia transire in substitutū: misi ex vigore directe pupillaris, arg. ad hoc in l. nō aliter. de leg. iij. vnde ex p̄sumpta voluntate defuncti, z ex coniectura dictoꝝ verboꝝ dicēda est pupilla directa, vt l. in testamento. in fi. de testa. mi. Secundo est videndū an hereditate matris d. Raynaldi nō adita per d. ran. pertineat ad dictam domum misericordie ex vigore additionis facte per eam, seu per eius administratorē. Et certū est, quod hereditas matris non adita non transmittitur. Videndū est ergo, an transmittat ad dictam domum misericordie i⁹ deliberandi, z adeundi d. hereditatem maternam, ita quod eā potuerit adire z allegare p̄o parte Pagani quod nō, quia her. matris non adiuit. Sed contrarium huiusmodi apparet ex instrumento additionis mihi transmisso, scripto manu ser Blasij notarij, vbi adiuit here. d. Jac. z d. ray. z patris eius. Secundo alle. quod d. aditio non fuit facta intra annum, sed contrarium apparet mihi ex instrumentis mihi transmissis: nā testamentum magistri Joan. fuit factum Mccclx. indictione ij. ꝛc.

1 eo anno fuit facta adit. o her. ergo intra annum. † Tertio alle. p̄o parte dicti Pagani quod ius deliberandi non transmittit ad heredes infantis, quia dictus infans nō potuit adire here. sibi delata. 3. quod requiritur ad transmissionē dicti iuris, vt l. cum antiquorum. C. de iure delib. circa quod est aduertēdū

b quod licet infans ignoret, tamen scientis⁹ tutoris sufficeret † l.

1 sequitur. §. si pupilli. ff. de vsuca. z dico si est tutor, cui nō est data administratio, z qui inuentarium non fecit, z nō satisfecit eius scientia sufficit. quia in his que habent commodum, z nullum incommodum, sufficit tutor cum satisfda. z inuētarij cōfectione. l. vlti. C. de tut. z cur. qui satis nō de. sed quod infans i⁹ deliberādi habeat, z illud trāsmittat, hoc hz cōmodū, z nullū incō modū: potest em adire z repudiare quādo vult ergo, ꝛc. in his que fiūt p̄o dicto tēpore, vt anno. vel c. diebus. vt do poss. sufficit tutor etiam ante inuentarij cōfectionē, vt l. tutor qui repertorij in princ. de administr. tuto. Ex hoc ergo dico. quod si quidē d. Ra. habebat tutorē testamentariū vel legitimū quem legitimum videtur habere d. Paganum qui se dicit p̄oximiorem consangui. si tamē d. Pag. est maior nisi impeditus aliquo impedimento quod eū a tutela remoueat ipso iure, tunc dicta hereditas matris d. Ra. pertinet ad dictam domum misericordie ex vigore iuris deliberandi ad eaz transmissi. z additionis secute. Si vero nullū tutorem habuit testamētariū legitimū vel datiuum, tunc qz hereditas matris non adita non transmittitur. pertinet d. hereditas ad d. Paga. p̄oximiorē consang. Sz predictis videt obst. l. si infanti. §. si vero. C. de iure delib. vbi dicit, quod hereditas non adita perinde est ac si nō esset delata sz si non esset delata, non haberet ius deliberandi locū, de quo loquitur d. l. cum antiquorum. Ad quod respon. quod d. l. si infanti. loquitur secundum tempora antiqua secundū q̄ nōdum erat introductum ius deliberan. z illius iuris transmissio, quod apparet, qz d. l. si infanti. non fuit facta per Justinianum. ideo de d. l. cum antiquorum, non cogitauit: hodie autē est ius, qō s. dixi. z ita consultum est pluries in hac ciuitate Perusij. Et ita consulo ego Bart. a Saxofer.

ADDITIONES.

a Thom. D. C In questione. Adde quod huiusmodi cōsi. bar. est in ij. parte. vlti. volunt. secundum ordinem Perusi. in consilio. lxx.

b C Scientia. Adde Bar. in consi. ix. §. eodem vol. quidam Perusinus. z in l. cum antiquorum. C. de iure deli. z ibi vide plene per dominum Jas.

CONSIL. LXXVI.

1 ☞ Testamentum secundum non tollit primum, nisi de clausula inserta in primo testamento fiat mentio specialis.

2 Extranei quando in primo testamento sunt instituti in secundo qui sunt venturi ab intestato, vltimum tollit primum non obstante clausula derogatoria in primo.

3 Actus duo cum cursu biennij habent vim expresse renunciationis.

a In Actum super quo, p̄o parte Guidonis inscripti, queritur quid iuris. Quidā Bart. Pici de Burgo sacri sepulchri, an. Mccclx. suum condidit testamentum, in quo fraternitatem sancti Bartho. vniuersalem heredem instituit sibi adiciēs in ipso testamento verba derogatoria, vt in trāsmissa copia continetur, subsequēter anno Mccclxj. die pe. Maij, aliud cōdicit testamentū in quo p̄fatū Herium heredem instituit. adiecit clausulam generalem, z hanc suam voluntatem vltimā esse voluit, ꝛc. vt moze communitatis est. Item post annuz aliud fecit testamentum, in quo predictum, Herium heredē instituit, z adiecit clausulam predictam, vt in copia continetur, deinde mortuus est d. Marti, queritur ꝛc. Placeat bōitati vestre z sapiē tie clarum exhibere consilium. Re. domine, super themate ꝓposito sunt opi. doc. contrarie z vos bene nostis. nam glo. Jo. Andre. z Dy. extra de regulis iuris. c. quod semel lib. vj. tenet

1 quod primum derogatorium † testamentum teneat nisi in reuocatione de eo fiat mentio specialis hoc etiam dispūtādo tenuit Odofre. z mu. lei mod. z ego idem legendo consuēui tenere. §. Jac. tenet contrarium per l. diui. §. licet in confirmatione. de re cod. hoc etiam probat per rationem, quia testandi solēnitas est iuris publici: vt l. ij. de testa. que nō pōt mutari pactis priuatorum. Preterea certi sunt modi quibus quis efficitur inestabilis, vt no. de testa. l. quarta. in glo. in verb. factionez. inter quos hic modus non reperitur. ergo, ꝛc. Preterea non potest qs sibi auferre liberam testandi facultatem, vt l. stipulatio hoc modo. ff. de ver. obl. C. de trāfac. l. cū donationis. in fi. z hāc opi. tangit Ey. licet non firmet. C. de testa. l. sancimus. hoc firmiter tenet And. de Pi. in l. si quis in p̄inc. ff. de lega. iij. qz ibi loquitur in legato quod totum dependet ex voluntate defuncti, sec⁹ in solēnitate testandi, que est iuris publici. Ita dicūt ipsi, quic quid sit in veritate. In questione predicta considerato factose cundum quod narratur putarem ve iure d. Herium vltimo instituturn debere succedere, z primum testamentum esse ruptū: hoc etiā fundo ex duob⁹ que in facti narratione ponūtur. Primo. qzlo. Heri⁹ erat frater patruelis testatoris. z si erat de venturis ab intest. er⁹ quo sic arguo, qñ in primo testamēto instituti

2 sunt extranei, in scōo sunt instituti illi, qui sunt deuenientibus

b ab intestato⁹ primū tollitur per secundū licet secūd̄ sit minus solēniter factū, vt C. de testa. l. hac ꝙsultissima. §. si qs autē. z ff. de inin. testa. l. ij. Licet ergo hic in secūdo testamēto nō fuerint verba interrogatoria z alter non sufficeret. cū isto casu deber sufficere cū iste Her.⁹ sit de

3 venientibus ab intestato. † Secūdo hoc probo alia ratiōe. Duo actus cum cōcursu biennij habent vim expresse renunciationis, l. si mulier pfecte. C. ad Velleian. vbi si mulier bis p̄miserit z post biennij. periderit est ac si esset certificata z renūciasset. Velleiano. ? Modo i ꝓposito, rūpitur primū testamētū quasi post primū facta sunt duo testamēta post magnū tēp⁹, z perinde est ac si expresse primū testamentuz reuocasset z de eo penituisset. Ad hoc facit C. de testa. l. sancimus. z hoc puto verū z ita cōsulerē, tamen propter varias opiniones consulo si potest haberi bona concordia quod assumere videtur. Bar. a Saxofer.

ADDITIONES.

a Th. D. C Factum. Adde quod istud consi. secundum ordinē Perusinum est in tertia parte vlti. voluntatum, in consil. lxxv. z vltimo.

b C De venientibus ab intestato. No. hoc consi. Bar. quod adde ad no. per Ludouicum romanum in consi. clxxxix. inci. amplissime doct. z per Jas. in l. non dubium. in fi. z in l. sancimus. vj. limita. C. de testa.

CONSIL. LXXVII.

1 ☞ Emphyteusis ecclesie quando intelligitur durare.

2 Dictio vsque, quando ponatur exclusiue.

3 Appellatione neporis venit pronepos.

a In Roponitur quod decessit. N. z filius nepotes, supersunt pnepotes duo, queritur an emphyteusis sit finita. In questione predicta dubium facit tex. in auth. de nō alie

1 §. emphyteusim, vbi dicitur † emphyteusim ecclesie durare in persona recipientis, z duos alios, z sic in persona filiorum z nepotum dicitur finita, sed illud verum, nisi aliter actum sit nam etiam emphyteusis ecclesie potest concedi in perpetuum vt in authent. de alien. z emphyteu. §. licentia. z C. de sacrosan. eccle.

auth.

auth. perpetua, z no. in auth. si quas ruinas. C. eo. ti. z in Spe. de emphyt. §. nunc aliqua. versi. septimo queritur, sed in propo sito locauit d. M. z suis filijs z nepotibus, vsqz in tertiã here ditatem finitam. Ista verba non possunt intelligi, nisi pro rigã tur ad pronepotes primo, quia dicendo vsqz in secundaz, intel liguntur nepotes, vt extra de haeret. li. vj. c. statutum. z ibi hoc declarauit Papa dicẽdo declaramus, z licet in casu speciali ibi dicat aliud in matre, tamẽ illud est expresso statuto Papae, duz dicit volumus, propterea hic sunt verba clara, si enim diceret vsqz in tertiam hereditatez simpliciter, z non adiceret finitaz: 2 posset esse dubium, †vtrum dictio, vsque, poneretur exclusiue, z sic non comprehendat nepotes, z tunc intelligitur vsque in ter tiam hereditatem, scilicet incipientem: sed cum dicit tertiam he reditatem finitaz, de necessitate comprehendit pronepotes qui sunt tertij heredes adhuc durãtes. Nec obstat qõ in pluribus partibus instrumẽti dixit pro se z suis filijs, z nepotib⁹, nec di xit vsque in tertiam hereditatem. †Nam appellatione nepotis 3 pronepos continetur: nam pronepos, nepos est, soluz adiicitur prepositio pro, vt ff. de postulan. l. cui eozũ. §. item Pomponius. z cõcluditur ergo emphyteusim durare i proneporibus. Et ita dico z consulo ego Bar. a Saxoferrato, z ad fidem me subscri psi, z meum sigillum apponi feci.

ADDITIO.

a Th. D. C Proponitur. De materia huius consi. vide doct. z maxime Philip. Franc. in c. statutum. de heretic. lib. vj. z Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sign.

CONSIL. LXXVIII.

1 ☞ Mater an ex tacita pupillari comprehensa in compendio sa excludatur per coniecturas.

2 **Visotestamento** [a] Baldi Raynaldi proponitur, qõ ex vẽtre vxoris sue nemo natus est, z A. filia dicti testa toris decessit in pupillari etate, queritur an mater d. Ãne ei succedat i legitima, z Trebellianica, an vero dicti sub stituti succedant in totum ex pupillari directa? z dubiuz fit an talis substitutio compendiosa per verbum cõmune facta omni tempore sit fideicommissaria, quod videtur tenere gl. iuris ciui lis z aliqui Moderni, an nõ sit directa intra tempora puberta tis, quod tenent multi Moderni iuris ciuilis, maxime Jac. de Are. z Cy. z hodie Jo. And. in c. j. de testa. lib. vj. in nouella, ta men predicte opin. locuz habent nisi aliquibus coniecturis de mente testatoris appareat, nunc enim dicimus secũdũ mentez eius. C. de testa. mil. l. in testamento. in fi. z not. in l. precibus. in gl. super verbo omnimodo. C. de impuber. Sed in proposito de mente testatoris apparet, quod voluit dictam substitutionẽ es se directam intra tẽpora pubertatis: ergo sine dubio mater ex cluderetur. Ista autem coniectura ex duobus comprehendere 1 dicitur, quia dicte filie primo gradu †substituit filiũ z si filius non esset, substituit fratres suos. Sed in primo gradu nõ est du bium quod dicta compendiosa comprehendat pupillarez dire ctam quia verisimile est suos filios preteliisse matri, vt not. in l. precibus. in vlt. gl. ergo z in secundo gradu quẽ loco primi po suit. Secunda cõiectura est ex eo quod in predicta substitutio ne dicit, bona eozum deueniant, z c. Ho. qõ dicit bona eozũ sed in bonis ipsarum filiarum sic generaliter. z indefinite non põt substituere, nisi per pupillarẽ directaz, in qua ista bona veniũt vt si plures. §. ad substitutos. de vulg. z pupi, que bona nõ ve niunt substitutione in fideicõmissaria, nisi quatenus habuisset a defuncto: ergo psumitur de directa sensisse. l. quoties. de reb⁹ dub. Ex quibus coniecturis concludo dictam substitutionẽ es se pupillarẽ directam, z matrem excludi. Ita dico, z cõsulo ego Bar. a Saxofer. legum doctor, z ad fidem me subscripsi, z meũ sigillum ap poni feci.

ADDITIO.

a Th. D. C Viso testamento. Adde quod istud consi. inueni. i 7. vol. consi. z vide And. Barb. in l. j. in v. q. in iij. col. ff. de vulg. z pupil. in addi. Bar. z vide de aliis cõiecturis, ex quibus mater excluditur per Jas. in l. precibus. C. de impub.

CONSIL. LXXIX.

1 ☞ Verbum substituit, est verbum commune, z adaptari põt ad obliquum.

2 Per scientiã tutoris, vel patris bona transeunt ad substitutũ vel saltem ius deliberandi, vel facultas adeundi.

a **In negotio** [a] testamenti Salonis quãuis sup illo puncto diuersi diuer sa scripserint, tamẽ cũ debeamus substitutionẽ inter pretari directã potius q̃ obliquã, vt conueniat per sonis, quibus substituit, z verba directe substitutioni possunt adaptari inspectis verbis dicte substitutionis, que possunt ada ptari ad directã substitutionẽ pupillarẽ, quia testator vsus est

1 hoc verbo, substituit †quamuis ipsum verbuz sit commune, z adaptari possit etiam ad obliqua, z considerato quod filiꝰ Sa lonis (prout asseritur) decesserit in pupillari etate, dicẽdũ est di ctã substitutionẽ esse directã pupillarẽ, z sic bõa paterna deue nire debẽt ad filiũ iure substitutionis. Predicta probantur ex tra de testa. c. si pater. lib. vj. z ibi no. maxime in nouella. De bo nis autẽ maternis, videlicet que fuerũt domine Donatie ma tris olim Baldi filij dicti Salonis, dicendũ est, q̃ si quidẽ fuit adita hereditas dicte domine, per d. Bal. vel p Salonẽ patrez eius, vel sciuerint ipsi, vel alter eorũ, dictam dominam mortuã z eius hereditatem sibi delataz, tunc transeunt eius dicta bõa 2 materna ad †substitutũ, vel saltem ius deliberandi, z facultas adeundi z acquirendi hereditatem maternam, vt C. de iure deli beran. l. cum antiquioribus. vnde in substitutione pupillari ve niunt etiam bona pupilli, que non fuerunt bona paterna, vt ff. de vulg. z pupil. l. sed si plures. §. ad substitutos. cũ simi. Et secũ dum predicta nihil pertinet de dictis bonis domine Amite z aue materne domini Bal. Et ita videtur mihi Frãcisco Maf fei Eugubin. salua salua semper iudicio veriori.

ADDITIO.

a Tho. D. C In negotio. Adde quod istud consi. inueni. in 7. li. consi. z istud consi. non est Barto. sed d. Franc. Maffei. z vide bar. in hoc ij. vol. de materia istius cõs. viij. quidam Perus. z in z in consi. lxxvij. in q. z Jas. in d. l. cum antiquioribus. circa finẽ. C. de iure deliber.

CONSIL. LXXX.

1 ☞ Filia vnius ex fratribus, an debeat maritari de communi patrimonio, z communi impẽsa, z an tempore diuisiõis debeat de parte sua restaurari alteri fratri.

1 facit, † quia secundum verborum propriam significationem illa verba, domina z vsufructuaria, intelligitur legatum alternatiue dominam, vel vsufructuariam fuisse, l. Titio fundus. ff. de vsufruc. leg. z no. per Dy. ff. de leg. ij. l. Titia. ff. si. z per Ly. in

2 l. vnic. C. si secund. nup. inul. † tamen de cõsuetudine ista verba interpretata sunt quod habeat alimenta, sicut habebat in vita viri, z hoc verum, liberis eius instritutis, secus si institutis extraneis, vt no. per glo. in verb. derogari in l. vnica. C. si secun. nupmuli. Cũ ergo in questiõe nostra liberi sunt instituti pro parte z pro parte extranei, queritur quid iuris? Cũ videtur quod ex eo quod dicit dominam, nõ videatur reliquisse dominã sed magis quandam preeminentiam in domo, sicut in tẽpore defuncti virihabebat. l. ij. ff. rer. amo. Et sic non dicatur, proprie domina, vt ff. de publican. l. cum si exhibuissent. ff. quod ait. z ibi per Jade Ure. de verb. sign. l. pronunciatio. ff. pater. Et ista videtur mẽ testatoris

testatoris,que debet prevalere,l.in conditionibus.ff.de cond. z demonst.sed ex eo quod dicit vsumfructuariam,videtur tenere Odof.quod habeat plenum vsumfructum,vt recitat Spec.in tit.qui fil.sint legi.§.j.versic.quid si quis ita dixit.Sed ego dico quod in qõe proposita standum est consuetudini scripte,in d. l.j,C.si secun.nup.mu.† pro ea parte,in qua instituta est filia ad percipiendum de fructibus,tanquã pro alimentis pro illa parte,pro ea vero parte, pro qua sunt instituti heredes extranei, hoc est paupers dico,qõ si proprietas est tante estimationis q̃ sufficiat ad Falcidiam debitã pauperibus institutis,dicta mulier debet habere integrum vsumfructum,vt l.omnium.ff.de vsufru.z ff.de vsufru.lega.l.vroti mee,z ibi no.Nec ob.consuetudo quod interpretetur liberis institutis,habeant alimenta tm, q̃ concedo quod cum dicta interpretatio sit cõtra ius commune fauore filiorum, eatenus standum est dicte interpretationi, quatenus fauor filiorum hoc requirit,z non vltra,z sicut ad extraneos nõ porrigitur,probatur de manumi.test.l.si ita scriptũ, vbi eatenus, quatenus respicit fauorem libertatis,stamus illi interpretationi,z nõ vltra.Probatur optime.C.de test.l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.z C.comm. vtriusl.iud.in l.fi. z ita de facto obtentum est.Bar.

3 Juramentum vnius sicut pactum,non nocet alteri.

4 Juramentum non extenditur ad ea,ad que non extenditur condicio.

ADDITIO.

a T.D.C Quidam Petrus. Adde qõ hoc consilium non invenitur in tr.lib.consi.diuersorum doc.z no.istud consi.de ea, que domina z vsufructuaria est relicta institutis pro medietate paupertatis Christi,z pro alia filia,que dz habere,z vide Bart.in consi.clxxj.in j.volu.Nicolaus ser Amati.z ibi scripsi,z Bar.in l.Titia.§.fi.ff.de leg.ij.in versi.pone qõ si testator.z Ang.de assi.in suo trac.de test.in versi.item reliquit d.B.eius vxorem.Et predicta extende qõ si extarent pater,mater,z ascendentes,mulier dz habere alimenta,ac si extarent filij,vide Pet.de anch.in consi.cclxxix.incip.qr in primo quesito.

CONSIL. XCIII.

1 ☞ Pactum quando est factum quod vir lucretur dotem in omnem casum quo matrimonium solueretur quomodo intelligitur z an prejudicet vxori.nu.2.

2 Jurisdictio si datur cum forma vel determinatione,seruãda est,z excedi non debet.

3 Incompetentia iudicis,post litis contestationem potest opponi,si superuenit de nouo.

4 Quando assignatur a statuto tempus,vel terminus ad decisionem causarum prorogari non potest.

Johannes maritauit suam sororem,z dedit sibi in dotem centum, z pepigit cum viro dicte sue sororis † vt quocunq; solueretur matrimonium,dos deberet remanere penes virum, vel eius successorem. Deinde contractum est matrimonium, z iste Joannes soluit partem dotis,z aliam partem promisit, deinde tractu temporis mortuus est vir huius sororis,vnde queritur vtrum do. Joannes qui iurauit non venire contra predicta possit repetere dotem non obstante pacto predicto, item vtrum d. soror possit repetere dotem suam, non obstante pacto facto per Jo.fratrem suum? In questione predicta primo videndum est vtrum actio competat.d.domine non obstante pacto? Ad quod dico,qõ sic:quia dicta verba,q̃ in omnem casum dotis restituende sit casus dotis restituende quo vis sit,z nõ refertur ad casum quando matrimonium soluitur morte viri,superstite vxore,z n expresse ad illum referas,† non valet,vt ff.de pac. do.ij,ff.de do.prel.l.j,in princip.Et hoc habet locum siue mulier ipsa det dotem,siue pactscatur,siue quivis alius, vt dictis iuribus,que generaliter loquuntur, z hoc est expresse de pact. dotal.l.quamvis.licet glosl.ibi videatur aliqualem limitationẽ facere,vt Azo dicit in Summa,pactum generale esse improbatum,hoc tenet etiam Jacob.de Are.vt ibi dicit Lyn. hoc tenet Odof.Item super hoc alio puncto dico quod do. Joan.nõ paratur exceptio,quia licet heredes viri teneãtur restituere illud quod exigeretur,tamen debet restituere alij,non illi a quo petitur.casus est.ff.solu.mat.l.si socer.§.Lucius.Dico tamen qõ si dicta mulier liberat heredem.d.sui viri,quod tunc Joann.posset ex liberatione facta a d.muliere,ad quam finaliter debet venire,opponere,vt ff.de doli exce.l.apud Celsum.§.mandaui.ff.de pac.l.si cum emptore.§.fi.† Nec ob.q̃ in d.instrumento fuit iuratum,qr iuramentum non extenditur ad ea,ad que non extenditur condicio,' l.ii.C.de non nu.pe.z l.fi.ff.qui satisd.cog.† Preterea,posito q̃ fuisset expressum istud pactum nõ nocet dicte domine,qr pactum,vnius non nocet alteri,nec iuramentum, vt ff. de pac.dot.lj,z ff.de iureiuran.l.nam postea.§.fin.Bar.de Saxoferrato.

ADDITIO

a Th.D.C Conditio. Adde Bart.in consi.clxij.in j.vol.in Dei nomine,in q.predicta.z ibi scripsi in addi.quas poteris videre.

CONSIL. XCIIII.

1 ☞ Statutum requirens presentiam cõsanguineorum,si'est minor consang.patris sufficit.

2 Incompetentia iudicis,post litis contestationem potest opponi,si superuenit de nouo.

3 Judex non potest procedere ad tormenta nisi assignet terminũ partibus ad reprobandum testes.

4 Quando assignatur a statuto tempus,vel terminus ad decisionem causarum prorogari non potest.

Statuto cauetur,q̃ minor xxv.an. nõ possit vẽdere,nec alienare,nec se obligare sine presentia z consensu duorum proximorum consanguineorum masculorum,z si aliter fieret, contractus sit nullus vel non valeat quoquo mõ, ꝛndodo domina Berta minor xxv.an.maior tamen,xviij. vẽdidit.z se obligauit cum consensu z presentia duorum consanguineorum, quorum vnus erat minor xxv.ann.maior vero,xvj.alter vero erat maior xxv. Mõ† queritur,nunquid valeat talis contractus. Videtur de iure dicendum,q̃ predicti contractus valeant,z teneant,nec ad predicta obstat minor etas dicti proximioris consanguinei cõsentientis,z interuenientis. Primo,qr in his,que sunt de sui natura de genere permissorum,nullo iure prohibita, semper in dubio intelliguntur permissa,vt l.nec non.§.si quid cis.ff.ex q. cau.ma.z l.ab ea parte.ff.de proba. Sed authoritatem,z cõsensum interuenire,non est de genere prohibitorum,iõ eius interuentus in dubio intelligitur esse permissus. Sedo probatur sic, Licet minor xxv.an.proximior,qui interuenit,ex quo tamẽ erat an.xvj.z sic doli capax,z intellectum habens omnia extra iudicium agere põt,z contrahere,z alia gerere,licet si lesionem patiatur aduersus illam possit restitutionẽ petere,z sic loquitur.l. pupillus,de reg.iu.Cum igitur nihil de sui lesione docere possit nec aliqd ad sui dampnũ,z lesionem redundans,merito talis interuentus,z talis authoritatis prestatio,de iure valebit[a]. Cuz eiñ in tali etate lex ad oia q̃tumcunq; solemna eũ idoneũ reputat,vt ff.de test.l.a qua etate.preter q̃ in alienatiõe immobilium, que seruari poterũt,l.ex quetutores.C.de adm.tu.merito quo ad ea,que eius persona reputatur inhabilis, valere debeant ea que pro eo geruntur. Nec ob,qõ ipse minor predictus nõ possit ipse absolute sine spe restitutionis in integ. perfectos cõtractus inire,quia nec per tales actus prestationis authoritate contractus videtur inire,quoniam aliud est principaliter quid inire, aliud est in eius authoritate vel cõsensum prestare,vt est casus: aliud est vendere,aliud venditioni cõsentire.ff.de regulis iuris l.aliud.z probatur in l.quidam.ff.de euicti. Igitur ex premissis concludo prefatos contractus valere,Bar.da Saxoferrato,legum doctor.

ADDITIO.

a Th.D.C Valebit.No.istud consi.bart.q̃ si statutum requirit presentiam cõsanguineorum sufficit si consanguineus sit minor adde Bal.in l.in coniunctione.in fi.C.de nup.qui idem tz,ex quo statutum non distinguit circa etatem,per l.si pater.ff.de manu. vin.facit q̃ no.Lud.Ro.in l.quesitum.ff.de in ius voc. z ibi plene per Alex.

CONSIL. XCV.

1 ☞ Jurisdictio si datur cum forma vel determinatione,seruãda est,z excedi non debet.

2 Incompetentia iudicis,post litis contestationem potest opponi,si superuenit de nouo.

3 Judex non potest procedere ad tormenta nisi assignet terminũ partibus ad reprobandum testes.

4 Quando assignatur a statuto tempus,vel terminus ad decisionem causarum prorogari non potest.

Punctus qõnis talis est,Statuto cauetur quod Potestas possit cognoscere de maleficijs commissis tẽpore sui regiminis,z ante per duos menses z qõ faciat cõdemnationes criminales intra mensem,z si cõtra factum fuerit,non teneatur,&c. Modo potestas processit cõtra aliquem,per inquisitionem de maleficijs commissis vltra dictum tempus. Item iis cõtestata fuit,nec fuit oppositum ante litis contest.quod potestas nõ poterat inquirere obstante statuto. Item cõtra talem inquisitum recepti sunt testes,z ante publicationẽ processit ad tormẽta, q̃ fuit confessus,z perseuerauit in confess.one,quare potestas pro cessit ad condemnationem,etiam transacto mense a qua extitit appellatum,z petitum fuit sententiam pronunciari nullam vel iniquam,queritur quid iuris sit.Et super primo[a] puncto qõnis vt dicendũ q̃ dicta sua fuerit nulla,eo q̃ nõ fuit facta secundum determinationem statuti,cũ maleficij,de quo factũ fuit cõmissum est extra tempora predicta.† Nam quandocunque cum forma vel determinatiõe datur iurisdictio,illa seruãda est,z extẽdi non debet,vt extra de offi.deleg.c.de causis.z quod ibi no. z de reseri.c.cum delicta.j.z ff.ad muni.l.cõstitutionibus.z ff.de mil.test.l.quod constitutus.z est ter.de priuil.credi.l.j. ibi irrita erit,&c. Super† secundo puncto non videtur obstare qõ nõ oppositum de incompetentia iudicis ante litem cõtestatam,qr nihilominus proponi põt post litem cõtestatã,si de nouo perueniat

ad eum causa scientie incompetētie iudicis quod de hac nō cōstat, sicut dicit Jmn de offi. delc. c. prudentiam. in gl. magna versi. fatemur tamen q ꝛc. Super tertio quod reperitur huic posito in tormentis ante publicationem testium, dico qđ fieri nō debuit talibus rationibus: Primo, quia iudex debuit interloqui hominem esse torquendum ex dictis testibus, sed de cōsuetudine non seruatur propter arbitria que dantur, vt ff. de app. recl. l. ij. no. gl. ibi posita in verb. qōnem. † Fortior ratio forte est, quia iudex debuit partibus assignare terminum ad reprobandum testes ita quod ex dictis testium reprobatis non ponitur quis in tormentis, vt extra de prob. c. licet. z not. Jmn. in c. presentium. z in c. ad hec. extra de testib. † Super quarto dico, qđ quando assignatur per statutum circa cōtestationem, z decisionem causarum, terminus z tempus illa succedūt loco terminorum datorum a lege. Ita dicit Jmn. extra de appella. c. ex ratione, in j. gl. versi. sed certe non est simile, z qui matri. accus. nō posse. cum in tua. z (vt predicitur) iudex nunquam potest, vel debet se intromittere de alijs, quam de his que sibi commissa sunt, vt c. cum super, de offi. deleg. not. Jmn. in c. proposuit. extra de cōcess. preben. versi. item cui restituet. Unum fortissimū est, cui responderi non pōt, quod quoties aliquid mandatur, vel statuit, z additur clausula, si cōtra factum fuerit, nullum sit, qđ factum erit in contrarium, semper nullum est iudicandum, vt no. Bernar. in c. dilectus. ij. inci. gl. in verb. conferendam, de preben. z de pen. z remiss. c. cum ex eo. §. fi. z C. de legib. l. non dubium. z de rebus alie. l. sancimus. Item ista tempora que dantur, scilicet, biēnium, z triennium prorogari non possunt, etiam ex cōsensu partium, vt in c. ex parte. de appell. z not. Rofre. super l. properandum. C. de iud. z C. de temp. appel. l. vlt. Adde quod no. in l. cum non ex eo die. C. quando prono. nō est necesse. Hec super verbis debet posse authoritas legum pactis litigantium mutari. z sic tempora statui cum succedant loco legalium, vt l. iudex. ff. de iudica. Non constat de consensu dicti condemnati quod noluerit consentire, q non apparet, q ante responsionem suam, per quā dicitur fieri litis cōtestatio vel nomē accusati recipi inter reos, q sic dicit lex. z no. Compo. in c. dudum. el grande. de elec. circa finē, si erit de tempore commissorum excessuum, q supra declaratum est. z compertum non fuit, z sic dici non potuit consensisse. Ex quibus alijs quam pluribus que scribi, z recitari possent sicut dicit Azo. in l. ij. sol. mat. concludo sententiam debere pronunciari nullam. Bart.

ADDITIO.

a Th. D. Et super primo. Adde qđ hoc est verum indubitanter, quando est notorium z publicum per dictum tempus delictum esse commissum, ita quod potuit transire in notitiam rectoris, quando vero delictum non est notorium z manifestū qd iuris an possit cognosci post tempus. Bar. mouet hoc dubiuz. z non determinat in l. fi. ff. de tabu. exhib. z ille tex. facit q possit procedi, z ponit Bar. in l. fin. ff. si quis tes. liber esse iuss. fue. facit tex. in l. genero. ff. de his qui notan. infam. do. And. de Pis. alle. pro casu in l. j. §. si quis non. ff. ad Sillan. videlicet qđ a die scientie incipit tempus.

CONSIL. XCV.

1 Delictum z pena an extinguantur morte vroris adultere.
2 Adultere mulieris bona cui applicentur quando habet filios.

1 Pone Heredes mulieris mortue repetunt dotez a marito, † maritus excipit de adulterio replicatur q vror est mortua, z sic delictū est morte mulieris extinctum. Queritur an excludantur heredes vroris a repetitione dotis, z videtur q non: vt C. si reus vel accu. mor. fue.
a l. j. a z secunda, qz videtur delictum morte extinctum. Vel pōt dici q licet delictum sit extinctum, tamen causa pecuniaria durat. vt C. si pend. appella. mors interue. l. is, qui. Vel pōt dici, nisi viua vror conuicta cōdemnetur, q non excludit ipsos heredes a dotis repetitione, vt in aut. vt liceat matri z auie. §. queritur
2 vero. † Sed quid fiet de bonis mulieris adultere, que habet liberos siue filios. Respondeo q liberi, siue filij habebunt duas partes, monasterium habebit tertiam partem, ergo dos nō publicabitur, vt in aut. vt nulli iudic. §. si qñ vero. versi. adulteram vero. Ad hoc pōt dici q olim dos publicabatur, hodie vero nō publicatur. Vel pōt dici q illa aut. locum hz in illis bonis, que non publicantur, sed dos mulieris publicatur, vt l. consensu. C. de repu. Bar. a Saroferrato.

ADDITIO.

a T. D. Et videtur q non. Sed quando tractatur de restitutione dotis facienda mulieri, quando heredes mariti diuiserūt bona hereditaria, vide bonam l. cum ab vno herede. de leg. ij. z adde. l. ij. C. de her. actio. respondetur quod illud est regulare, iz

in dote est speciale fauore dotis pro euitando circuitu. z ita cō suluit Oldra.

CONSIL. XCVI.

1 Mater excluſa a successione filij propter non petitum tutorem, quis succedat pupillo.
2 Possidens bona putans se esse heredem bona fide, an lucretur fructus.

a Actum a proponitur sub hac forma, quia dā Tāducius nomine decedit nullo cōdito testamento, duobus filijs, z vna filia relictis, z vno suo fre carnali, z vroze sua habēte duos fratres carnales, vnus filiorū d. Tanducij, scilicet, filia existens in etate quatuor mensiū, vel circa, intra dies xvj. post mortē do. 1 Tanducij mortua est, nullo ei a matre sua petito tutore. † Item alij duo filij postmodum eorū matre superstite in pupillari etate decesserunt, nullo a matre ipsorum tutore petito. Modo queritur qui dicte puelle succedere debeant, z quis dictis pupillis filijs vltimo mortuis, an frater matris, an frater pris? In questione predicta videtur dicēdum quod portio hereditatis, que debita fuit filie decedenti intra sexdecim dies post mortem patris debeatur matri, quia ei non potest culpari culpa nō petiti tutoris, propter brevitatē spatij. Nam licet debeat petere cōstim, id est, quam primū potuit, intra duos menses nō pōt dici in mora. l. fi. ff. qui sine man. ad liber. perue. Et licet alij duo fratres potuerint succedere vna cum matre vel in dicta portione, tamen quis dictā hereditatē non adiuerunt, ipsi nec alij pro eis nō potuerunt ad suos heredes transmittere, z sic totum matri accrescit. Unde cōcluditur quod matri debeatur tota illa portio filie primo decedentis. De portionibus vero aliorū duorum postea defunctorum dicendum est, quod mater primatur ipsorū hereditate propter non petitum tutorem, l. ij. §. si mater. ff. ad Tertyllianū. z ideo succedunt alij in gradu venientes, ac si mater non esset, vt l. ij. §. fi. ad Tertyllia. Sed si mater non esset succederēt equaliter dictus patruus, z dicti auunculi, b quia sunt b in equali gradu, vt C. de legit. heredib. authē. cessante. z authē. post fratres. Et sic dictus frater patris succederet in vnā portionem, z dicti duo fratres matris in duabus partibus totius hereditatis, saluo eo quod infra dicetur de nepotibus ex alio auunculo. Item proponitur q post mortē predictorum filiorū decedentium superuixit quidam nomine Joannes frater carnalis dicte vroris, qui scivit mortē dictorum filiorum decedentium, z decessit hereditate ipsorum nō adita, relictis quibusdā filijs minoribus, queritur vtrum ipsi ad successionem dictorum filiorum admittantur ex persona patris eorum. Respondetur quod pater transmisit ius deliberandi filijs ipsius intra annū, l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. z si ipsi intra annum non adiuerunt, possunt petere restitutionem in integrum, per
2 tit. C. si vt omis. her. vel bo. poss. qua restitutione habita, admittetur in quartam portionem vna cum supradictis alijs † Item queritur, cum mater possederit bona predicta per plura tempora putans se heredem, z fructus expenderit ad pias causas vel non pias, ita quod non est effecta locupletior, an fructus teneatur restituere? Respondetur quod si heredē se putauit, siue errans in facto, siue in iure, z de fructibus non est facta locupletior, quo ad fructuum restitutionem non tenetur, vt l. sed z filius. §. scire autem. ff. de pet. her. Bar.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. Factum. Adde quod huiusmodi consi. inuenitur consi. Bar. in sexto volumine consi. diuersorum docto. z pro consi. Bar. alle. Andre. barb. in authen. cessante. in addi. bart. C. de legit. heredibus.

b Auunculi. Vide bart. in consi. xiij. in primo volumine, ex facto, in vltima columna in versi. quartus principalis. z in consi. xiij. Nicolaus in eodem volumine.

CONSIL. XCVII.

1 Negligens an dicatur ante monitionem.
2 Jus siue facultas implendi, non transit ad heredes.

a Testator post institutionem factam adiecit, quod si predicta non observarent do. Cola meus heres, cadat ab hereditate mea. Modo Cola possedit bōa hereditaria mortuo testatore, quātumcunque, quaz obseruaret, z adimpleret que iussit testator decessit an sit primatus hereditate, z ad quos vadat, dubium excitat, quia non fuit monitus, l. si penuz heres. ff. quan. di. leg. ced
b z C. de fideicom. authen. hoc amplius. ibi, monit? a iudice, b ꝛc.
1 † Sed veritas est quod in causa nostra interpellatio nō fuit necessaria, cum ipse, antequam defuncti voluntatem impleret, decessit, z sic certum est ipsum implere nō posse, vt l. ita stipulatus
2 ff. de verbo obliga. † z ius siue facultas implendi non trāsit ad heredem, l. a testatore. ff. de cond. z demonst. z de in die addic. l. si precio

si predio,cum similibus. Igitur priuatus est do. Cola eatenus quatenus grauari potuit in hereditate predicta,z ibi dicta he reditas ad eius coheredes,siue superstites,si sunt,siue ad venie tes ab intestato.vt in auth.de nup.§.prefate autez.z intelligitur de heredibus particularibus,vt apparet in tex.ibi, institutio nem particularem. Bar.

ADDITIONES.

a T.D.¶Testato. Adde q hoc consi.inueni inter consi. Bar. in vj.vol.consi.diuersorum doc.z pro consi.Bar.alle.Fely.in c. ij.inci.prohibeas.de magist.

b ¶Monitus. No.istud consi.Bar.qñ ad incurrendam penam requiratur monitio,z hoc quo ad doctr. Inno.in c.extirpande, ante fi.de preb.vbi concludit q si sunt verba affirmatiua, q nō requiritur monitio,z illam doctri.sequuntur ibi Host.and.ant. Imo.z Ab.Jo.And.z Do.in c.ly causam.§.j.de elec.in vj. z D. Car.in consi.lvj.inci.domine reueren.cū concor.de quibus per Feli.in c.j.de consti.z in c.ij.de magi.vbi alle.Bar.hic.z in cōs. quod inci.pro primo proponitur. Adde Alexā.in consi.x.in vj. vol.attentis verbis,vbi videas.

CONSIL. XCIX.

1 ☞Tertius promittens vtrum censeatur fideiussor, an vero vt principalis.

a Tertius a promittit mihi illud qđ Titi⁹ da
1 re debebat,an iste† tertius censeat vt principalis.an vt fideiussor,z si cēseatur vt fide iussor,an exceptio fideiussoris habeat impedire cō demnationē? Super primo videtur,qđ ipse tertius debeat cēse ri fideiussor,maz prius dz cōueniri principalis q̄ fideiussor. Nō obstat qđ promisit illud qđ debebat alius.quasi videtur subla ta prima actio.l.obligationum fere.§.fi.ff.de act.z obl.z inst.q. mod.tol.oblig.§.fi.qz illud est verum de iure antiquo:sed hodie b non tollitur[b] vetus,nisi expresse agatur,l.fi.C.de noua.Et quo ties prima non tollitur licet cōstituat se principalē debitorē,ni hilominus hz beneficium fideiussoris,z vt fideiussor.hoc in §.j. in auth.de fideiu.gl.no.eundem. Non ob.l.in conuentionalibus. de verb.obli.qz ibi inter easdem personas agebatur. Hic autez vnam personam adiiciendo per cuius additionem prima nō tol litur,vbi expresse agatur,vt dixi. Non ob.q dicitur de promis sione ordinis,quia est verus nisi esset opposita exceptio,sed hic fuit opposita. Non ob.si nō fuit opposita exceptio in principio litis,qz ista est exceptio anomala,vt not.in l.ij.ff.de except.vnde omni tempore potest opponi. Bar.

ADDITIONES.

a T.D.¶Tertius. Hoc consi.inueni in vj.vol.cōsi.diuerso.doc. z in xij.vol.iij.z pro cōsi.Bar.alle.do.And.Barb.Bal.in l.fi. C.de noua.in addi.Bar.

b ¶Non tollitur. Vide plene consi.Phil.Dec.in consi.cccc.viso eleganti consi.in j.colum.z sequen.z d. Jas.in l.lecta.ff. si certum petatur.

CONSIL. C.

Utrum cōe vendens gabellam teneatur soluere gabel le partem de contractu,cauente statuto.

Statuto Ciuitatis Eugubij cauetur qđ de quolibet contractu soluatur gabella ab vtroq; contrahentiū,z ab vtraq; par tium,&c. De hoc consi. vide supra in j.vol.in cōsi. cxxvj.incipiente cauetur statuto.

CONSIL. CI.

Utrum pactum lucrande dotis intelligitur de tradi ta,z promissa,z idem quando ex forma statu ti vir partem dotis lucretur.

Statuto Cōis Sartiani sic cauet:mulier nu pta si decesserit non relictis ex ea,z viro suo liberis masculis,vel feminis suo tamē viro viuente qđ dictus eius vir habet,z lucretur sibi ter tiam partem dotis,q̄ percepit in bonis mobilibus.z immobili bus,estimatis,vel nestimatis,&c. De hoc consi.vide.§. in j.vol. in consi.cxxiij.inci.statuto ciuitatis Eugubij.

CONSIL. CII.

Utrum legata ad pias causas possint defalcari per lo cum pium heredem instituta.

Occurrit Mihi Bart.tale dubium,Testa trix plura legata fecit vltra dodrā tem: que omnia sunt ad pias causas: heredem instī tuit hospitale,qui heres vult quartam defalcare de legatis,dicēs,eadē ratio que fauet legatis,ne defalcentur,fauet mihi,ne priuer falcidia. Super quo dubio respōdit valde sub tiliter do.Fran.de Albe.de Are.syndicus dicte terre, dicens quod hospitale non potest vti falcidia contra legata ad pias causas,ex eo quod priuilegium datur ecclesie in hoc passiue,nō actiue. Ad quod bene facit quod no.Ly.in auth.quas actiōes, C.de sacros eccl. Item qz volens vti falcidia tractat de diminuē do commodum alteri collatum,vnde istud quod est alteri cōces sum per destinationem patrisfamilias testātis vult diminuere: quod dicitur debitum naturaliter adeo quod nō posset repeti, si solueretur ab herede,vt no.in l.cum quis.C.de in.z fac.igno. Ultra hoc dixit q̄ est casus in l.si quis ad declinandam.§.fi.C. de epis.z cler.vbi potest solui qđ pius locus pie debet impēde re,que relicta sunt,z nō detrahere pietati respectu pietatis.ar. l.assiduis.§.exceptis.C.qui pot.in pig.hab. Item ceteris paris bus:qz est inde pietas,superest voluntas testatoris implenda. pro qua summa facit pietas.C.de sacros.ec.l.j. Et sic dici pōt q̄ pietas addita pietati non impedit quominus voluntas testan tis impleatur:z facit optime pro hac parte in auth.de her.z fal. §.si vero expressim. Bar.

CONSIL. CIII.

Punctus questionis talis est.Quidam ac cusauit aliquez quod fecit sibi in sultum cum armis,vel percussit cum sanguine,pba tur de percussione sine sanguine, vel de insultu sine armis,nunquid possit sequi condemnatio? Jac.de Bel.tenet q̄ sic per l.Celsus.§.idem ait.ff.de arb. Dy.sic dixit consulendo,vi sis iuribus vtriusq; partis videtur mihi Dy.quod possit sequi condemnatio in eo iudicio sine inchoatione noue accusationis, possunt detrahi illa verba,cum armis, vel cum sanguine, ita q̄ in iudicio consequenter in condemnatione remanebit insultus, z percussio tantum,ar.l.in delictis.§.si detract.ff.de nor. Et ita videtur consuetudo.Quidam voluerunt dicere contrarium, vt Th.de Sozi.quod absoluto sequi debeat,z non condemnatio per l.denunciasse.§.quid tamen.ff.de adul.z arg. de iureiuran. l.si duo.§. si quis iurauerit.causa seu forma iuris adiecta nō dz deformiter vel separatim in iure intelligi, nec emī in crimine, in quo dolus est.oportet vagari,vt ff.de dol.l.si ex dolo.§.in hac.z l.sequen.z pro hoc non ob.d.§.si detracta.quia tutior,z melior sequatur condemnatio,z ita seruatur,z vide Dy.z no.per eum instītu.de act.§.si quis agens.circa fin.z videtur facere tex.qui habetur instītu,z ibi no.ista questio per do.Ray.Bart.a Sa poterrato.

CONSIL. CIIII.

1 ☞Intrans in monasterium vtrum dicatur decedere sine here de ex se legitime nato,vt fit locus substitutioni.

2 Conditio,que impedit vitam cōtemplatiuaz,habetur pro non adiecta.

a Punctus a questionis talis est.Quidā no
1 mine Titius habēs vnicū filium in testamento eum instituit sub hac † cōditione q̄ si decederet sine herede ex se legitime nato, vel nata, loco sui substituit certos suos consanguineos in medietate to tius here,post mortem eius testatoris dictus filius z heres vē didit omnia sua bona cuidam,z demum ingressus est locum fra trum Eremitarum Sancti Aug.de Bualdo,z ibi fecit profes sionē,postq̄ orta est aliqua discordia inter dictos fratres, z di ctum emptorem,ex eo quod fratres dicūt hereditatis medieta tem predicte pertinere ad eos propter ingressum,&c. Ad que re spondeo quod loco sancti Augustini,siue ecclesie debentur in b dubitanter[b] viuo illo fratre vt ff.de iur.fisc.l.Statius.z hoc po nit ibi Dy.ad literam,probatur.ff.de leg.ij.l.cum pater. §. here reditatem.z ad Treb.l.ex facto. Sed fratre mortuo cui debeat sunt opi.per illa verba ex se legitime nato. Dy.in l.si ita quis.§. j.de leg.ij.determinat quod succedat monasterium qz semper in c telligitur quod succedat in illa conditione-,z si decesserit sine si lijs ex se natis,ergo eius expressio nihil operatur,z monasterū habetur loco filij ex se nati,vt in §.sed z hoc presenti.z in auth.de sanctiss.episco.z Host.in c.Raynutius.de testa.tenet contra.z Jo.And.in hoc residet.idem Jaco.de Bel.sed Ric.Malumb.
2 tenet primam,quia talis conditio reijcitur,†quia impedīt vi tam contemplatiuam,d.§.sed z hoc presenti. Idem Ly.in aut. nisi rogati.C.ad Treb.quod puto verum,qz si relinquitur pro dote,quod intelligitur de matrimonio carnali,nam de spiritua li non interuenit dos,qz esset simonia,vt extra de simo. c. non sa tis.z tamen si ingreditur monasterium,debet habere,d.§. sed z hoc presenti,pro hoc facit ff.de condic.z demonstrat.l.quoties. Bar.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Punctus. Istud consi.inueni in ij.vo.consi.diuerso rum doct.z alias incipi.quidam nomine Titius.z pro consilio Bar alleg.domi.meus z magister domi.Petr.Philip.Cozne. in consi.cclij.in quarto volumin.ardua est profecto.z in consil. xviij.in eodem volumi.z in authent.nisi rogati.C.ad Trebellia num.

b ¶ Debentur. Adde Bar, in l. Statius. §. fi. ff. de iur. fis. z Bar. in consi. j. ℈. in j. vol. incip. Parmensis, z ibi vide meam apo. z in consi. quod incip. queritur an monasterium.

c ¶ In illa conditione. Adde Bar, in l. cū pater. §. hereditatē. ff. de leg. ij. cum concor. de quibus ibi per Alex. in addi. Bar. z vi de Bar, in d, consi. j. in j. volu. z ibi scripsi.

CONSIL. CV.

1 ℣ Legitimatio z restitutio natalium sunt simules.

2 Ciuitas non potest statutum condere super eo quod Imperator prohibet.

3 Statutum non potest disponere, nec legitimare spurios.

a Actum proponitur q quidā Baron de Are. retinuit, cōstante matrimonio, quandā ei cōcubinam, nō habentē virum, z ex ea plures filios habuit. quos etiam cōstante matrimonio, inter eū z vroxē suaz legitimari fecit a potestate Aretij, ex forma cuiusdaz statuti, cuius copia talis est, videlicet, statutum est, qō pater non habens filios masculos legitimos z naturales, vel ex masculis descendentibus possit relinquere filijs, ex quocunqz coitu natis. id. q vult quocunqz modo, z qualitercunqz voluerit, z sub quacūqz cōditione, nullo iure, vel statuto obstante. Item tenetur Potestas authoritate legis legitimare quēlibet filium, vel filiam. qui nō esset legitimus, vel naturalis ad petitionem patris, qui peteret legitimationem fieri, nō obstantibus filijs, vel nepotibus masculis legitimis naturalibus dicti patris, vel aui, z authoritas interposita per talem Potestatem talis legitimatio valeat z teneat, ac si ab apostolica sede, z sacro Romano Principe interponeretur, nulla lege, vel statuto prohibēte saluo, quod talis legitimatio non preiudicet dominis in cōū iuribus linellarijs. Item, qō pater habens filios legitimos ex quocunqz coitu natos possit relinquere tali, vel talibus nō legitimis vsqz ad duas vncias inclusiue sue substantie. Deinde decedit ab intestato, superstite dicta sua vroze, z dictis filijs naturalib⁹ natis, z (vt premittitur) caliter legitimatis, z relictis superstitibus alijs consanguineis. Modo queritur, ad quē de iure pertineat talis hereditas talis Baroni mortui, dicente matre dictorum filiorum ad eos pertinere, z tutelas cozū sibi deferri, perinde ac si fozent legitimati a sacro Romano Principe vigoze dicti statuti, cum per legem ordinatum sit, cum sit proprium ius cuiusli bet ciuitatis. z ius ciusle illius ciuitatis vocatur, quod illa ciuitas sibi constituit, vt l. oēs populi. cum sua materia. ff. de iusti. z iur. z alleganteqō statutum prout iacet, debet obseruari sine vlla interpretatione, prout verba iacent. Quis dura. l. prospexit. ff. qui z a quibus. coniuncto statuto communis Aretij loquente q non liceat interpretari, nisi consilio populi. Ex aduerso dicentibus dictis consanguineis, dictum statutum nō loquitur de sano intellectu in dicto casu quando maritus vroxē adhuc habēs possit legitimare spurios filios. ne sibi detur materia delinquendi, z retinendi concubinas constante matrimonio, z cum talibus spurijs dehonestare vroxem, z quādo loqueretur in dicto casu quoquo modo dicetur non valere tale statutum tanquā contra bonos mozes inductum contra interdicta legum, z cōtra honestatem publicam, z maxime cōtra honestatem canonicam quo casu pro nō statuto debet haberi tam de iure communi, vt l. cōditiones. z l. filius. ff. de condi. insti. quam etiam ex forma cuiusdam statuti posita in fin. voluminis, quod dicit in effectu quod statutum contra libertatem ecclesie non valeat. In Christi nomine amen. Super predicto puncto videtur mihi quod de iure hereditas dicti Barom sit deuoluta ad consanguineos eius, z

1 non ad dictos filios. Rationes† autem me mouentes sunt infrascripte. potissime legitimatio, z restitutio natalium, similes sunt in authen. quibus modis natu. effi. sui. §. si quis igitur, sed restitutio natalū est denegata decurionibus, vt C. de iure aur. anul. l. j. ergo z legitimatio denegata cēseri debet, per argu. a simili. Item non solum est nō permissum legitimare tales natos ex damnato coitu, sed est etiam prohibitum, vt in aut. qui. modo. effi. sui. §. fin. vbi predictis sic natis denegatur participium legitimationis, vt in aut. quib. mod. nat. effi. legi. §. sed sit suppli

2 cium. †Sed ciuitas nō potest statutum condere super eo quod Imperator prohibet etiam sibūpsi, vt in auth. omnes peregrini. C. commu. de succes. ergo dictum statutum non vz. Pro hoc facit qō no. in d. §. fi. quib. mod. nat. effi. sui. Cum etiam per oblationem curie non possit talium legitimatio fieri, vt ibi nota. Ex quibus sequit, q si dictum statutū exp̄esse diuisset de sic natis legitimandis non valeret. Item minoz in minozem. vel etiam in nō subditum non habet imperium, nec lex in eos facere potest, vt ff. de iurisdict. omni. iudic. l. extra territorium. z lille a quo. §. tempestriuum. ff. ad Senatusc. Trebe. Sed si hec lex inimicis palis valeret, esset contra fiscum. Fiscus enim relictis talibus personis succedit, z ad eum veniunt, vt ab indignis ablata. l. hereditas. C. de his qui. vt ind. z ibi no. Et ad hereditatem defuncti post vroxem succedit fiscus. l. j. C. vnde vir z vroz. Sz si hoc statutum valeret predicte persone a iure prohibite fiscuz excluderent, z sic damnosum foret fisco, z Imperator z fiscus sunt extra territorium ciuitatis Aretij, z maiozes: ergo, &c. †Preterea

3 si dictum statutum valeret, tunc idem videretur dicendū de prima z vltima parte dicti statuti, que loquuntur in relictis a patre, sed hic nulla proponuntur relicta, vnde nō facit ad casum. Secunda autem pars que loquitur de Potestate, z de actu legitimationis etiā nō videtur facere ad propositum. Nam dictū statutū requirit quod legitimandus sit filius, sed sic natus non est censendus filius, in aut. quib. mo. na. eff. sui. §. fi. ergo dictum statutum in materia legitimationis disponens de ea non sentit, sed de alijs, pro quibus est inuentus modus legitimationis, vt in casibus pro quibus legitimatio ordinatur fm regulas legitimationis. Et pro hoc facit. C. de in. delib. l. scimus. §. in computatione, q ibi no. in gl. in verb. confundantur, que incipi. quantum ad effectum, ibi, sed quid si statutum erat in ciuitate, z fm hoc videtur casus, in l. vt gradatim. §. z si lege. ff. de mun. z hon. z ibi dicitur, z si lege municipali cauetur, vt certe progenies, homines ad honores admitti debeant, qui alias non sint prohibiti secundum regulas dictorum honorum. Et sic in nostro casu in ista parte statuti qui loquitur de legitimatione, intelligi de his qui non sunt prohibiti legitimari, sed ad beneficium legitimationis admitti possunt, sed sic natus vt proponitur, sunt prohibiti, z pro filijs non habeant, vt d. §. fi. ergo de eis dictū statutum non loquitur. Predicte rationes z leges mouēt me sic scribere de iure. Bar. a Saxoferrato.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Factum proponitur. Adde quod istud consilium innitur in secundo volumine consi. diuerso. doct. z est Bar. tamen in xviij. volu. consi. attribuitur dom. Nicol. Luppi. z Bal. consi. seq. quod incipit. viso puncto, vbi idem consuluit. An autem ciuitates que non sunt libere, possint etiam per statutum disponere. z legitimare filios spurios, vide plene per Card. Alex. in c. per venerabilem. in ver. quarto principaliter quero. extra qui filij sint legitimi, z dom. Ant. de Rosellis, in suo solenni tracta. de legitimatione, z Alexan. de Imo. in l. more in fine. ff. de acquiren. hereditā.

CONSIL. CVI.

Viso puncto predicto, z omnib⁹ superaddendis, scriptis, ante omnia est videndum, vtrum per statutum ciuitatis possit legitimari spurius? Et istam quest. disputauit do. Pet. de Ferretis, de Bono, z determinauit q nō: q⁹ soli Principi competit restituere natalibus, non autē ordini ciuitatum. C. de natu. restitu. l. j. Idem consuluit dom. Lyn. per casum, quib. mod. nat. effi. sui. §. primo, quem sic inducebat in dicta constitutione in pluribus locis facta erat mētio de legitimatione, que fit per oblationem curie, postea in dicto §. fi. quib. mod. na. effi. sui. dicitur quod tales nati ex damnato coitu nullus habent ad predictam legem participium, ergo valt quod per ciuitates non possint legitimari. etiā si offerātur ipsi ordini ciuitatis. Hoc etiam disputauit dom. Recuper. de S. Mino. Decretozuz doctor. determinauit quod per statutum non possit disponi quod spurius sit legitimat⁹. nec quod succedat. quia hoc esset cōtra ius naturale, z diuinū. xxxij. q. iij. c. dicat aliquis. z eadez causa. q. iij. c. non omnis. z xxxv. q. vij. c. quid est, quicunqz. in quibus ratio dicitur, non erit heres filius ancille cum filio libere. Pro quo facit etiam optime, quia super pena irrogata a iure communi statutū non potest dispensare, l. j. §. de qua. ff. de postuli. z hoc puto verum. Sed posito quod per statutuz possit fieri legitimatio de qua. ℈. habetur est nulla propter defectuz solemnitatis omisse. Nam per statutum permittitur Potestati authoritatem interponere legitimationi z legitimare non legitimatos non existentib. filijs, vel nepotibus legitimis. De hoc ergo an filij vel nepotes legitimi extarent, debuit cognosci. quia vbicunque lex iubet aliquid fieri cuz authoritate iudicis debet intelligi quod inder, de causa cognoscat, l. cum hi. in princi. ff. de transac. coniungendo dicta principia ad ea, que sequuntur in ipsa, sed hoc fuit omissum: ergo, &c. vt eo. §. si pretor. preterea non sufficit esse verum illud quod est causa decreti, sed hoc verum esse, debet esse notum iudici, z certum. vt l. hoc autem. in princi. ff. ex quib. caus. in pos. ea. sed in proposito non fuit liquidatum potestati quod filios vel nepotes legitimos non haberet imo de nepotibus nihil fuit dictum. Ex quibus cōcluditur matrez dictorum filiorum non succedere. Hoc etiam tenuit Jac. Bar. qui consuluit super isto puncto per rationē quia in casu a iure communi prohibito statutum non valet, vt in aut. cassa. C. de

sacrosan

sacrosan.eccles.z in aut.nauigia.C.de furt.z in authent.omnes peregrini.C.commun.de success.z l.de precatio.ff.ad leg.Rhod.de iact.sed legitimare spurium est prohibitum,vt in §.fi.in authē. quib.mod.natu.effi.sui.ergo.&c. Facit §.ex tribus.in auth. predicta. Preterea populus nō condit legē,nisi auctoritate principis,ergo non condit in casu prohibito a principe.l.omnes populi.de iust.z iur.z instit.in proemio.§.omnes.hoc tenet Bostiē. in Summa,qui filij sint legiti.in §.fi.ver.quid si Imperator.vbi tenet q quamuis imperator pōt legitimos admittere ad hereditatem suam tanquam legitimos,non tamen pōt legem generalem condere,quia quis non curaret vnde filios haberet,z sic talis lex esset causa multorum talium peccatorum,ergo abolenda est.extra.de presc.i.c.fi.Et quia talis lex inuitauit ad delinquendum,ergo,&c.vt no.per ipsum in summa de do.inter vi. z vxo.sub rub.de don.§.fi.ver.sinautem peccator.z ff. de pac.l. si vnus.§.illud,z ff.de pac.dota.l.conuenire. Et ita consulo ego Bald.

CONSIL. CVII.

1 Statutum disponēs de maleficio commisso ad domum, an habeat locum in statione seu balneo.

m 1 Statuto a cauetur,quod pro maleficio† cōmisso ad domū,sit pena dupli. Quidam verberauit alium ad stationem eius: queritur, an sit pena dupli? videtur quod sic,per l. item apud Labeonem.§.conuitium.ff.de iniur.z l.item lex Cornelia. cum

b fim. Sed in contrarium[b] arguitur,quod domus est tutissimum refugium,z sic qui vocat alium in ius,facere non pōt.l.plerique. ff.de in ius voc.quod locum non habet in taberna,vel statione, cum non sit tutissimum refugium,vt ex ea vocari non possit,sicut nec in vinea,nec in theatro,seu balneo,vt l.z etiā.ff.de in ius voc.z sic non est idem ius.maxime si dicit statutum,ad domum, in qua habitat: quia multum interest habitare causa negotiationis,z habitare causa habitationis,nam habitare habitationis causa est habitare iure domicilij.z negotiationis causa nō, vt l.heres absens.§.at si quis.ff.de iudi. Sed taberna,vt ibi dicitur,non habitatur iure domicilij,sed negotiationis causa. Et sic nō eadem ratione habetur taberna,z habitatio, vt patet ad sensum,quia in habitaculo recipimus nos cum familia die noctuq; ad refugium. In taberna autem recipimus nos,non aūt familiam,dic tamen non ad tutelam refugij,sed ad commodum negotiationis,nec etiam dieb.feriatis,quibus negotiatio a iure interdicitur.vt cum sit diuersa ratio,diuersum ius debet esse vt dixi.Bar.

ADDITIONES.

a Th.D. Statuto. Adde qđ istud consi.inueni in ij.vol. cōsil. diuersorum doc.z pro consi.Bart.alle.do.Jas.in l.plerique.ff.de in ius vocan.

b Sed in contrarium. Adde Bar.in l.j.in prin.ff.de lib.agnoscen.z in l.iij.§.preto.ait.ff.de dam.infec.cum cōcor.de quibus per Jas.in l.plerique.in j.limitatione. ff.de in ius vocā.vbi etiam allegat Bar.consuluisse hic. Adde Salic.vbi plene consuluit in cōsilio suo qđ incipit,cum queritur,an prohibens capi. z illud consi.est in iiij. vol.consi.vbi consuluit,quod stante dicto statuto possit capi in statione.

CONSIL. CVIII.

Utrum donatio aliquorum bonorum specialiter,z pro stea generaliter omnium bonorum presentiū, z futurorum valeat,z an in totum,vel in partem.

1 Donatio omnium bonorum an de iure valeat.

2 Donatio omnium bonorum presentium z futurorum nō valet.

3 Donatio iurata non obstante statuto valet.

q Domina Mariola a Licoli donauit oīa sua bona,certa singulariter exprimendo,demum subdit, z oia bona sua,alie actiones,z iura presentia z futura cuidā suo nepoti,ipsa mortua. Per alios equales in gradu relocatur in dubium,z dicitur non valere,quia videtur prohibita tanquam improbata,z contra bonos mores,tanquam impedies liberam testandi facultatem. Queritur quid iuris? Viso statuto,z attēto quod donatarius possedit vltra decem annos vt in articulis patet,dico in predictis colligendo effectum ex his,que alias meis auditoribus dixi distinguēdo,quia aut queritur an dicta donatio valuerit,z valida cēseri debeat, quo ad species in donatione expressas,z quas tempore dicte donationis habebat donatrix,aut querit[b] quo ad alia de futuro iura, de quib[b] ē facta mētio valeat. Et isto secūdo casu indistincte non v3,qz impedit liberam factionem testamenti vt plene per Lyn. in l.fi.C.de pact.z ibi scripsi,z l.stipulatio hoc modo.ff.de verb. oblig. Et ita consuluit Dy.z Ly. Item quia esset ponere hominem in actu,in quo in perpetuum non possit aliquid habere.q spectare non debemus.vt l.inter stipulantem.§.sacram.de verbo.oblig. Et hoc membrum satis late examinauit in dictis locis

1 ideo nō insisto. † In primo casu in quo cōsistit questio nostra,dico dictam donationem indistincte valere per argu.a causa z tratione cessante,l.adigere.§.quamuis ff.de iure patr.l.si duas.de

2 excu.tuto.de episcop.z clericis.l.generaliter. † Motio enim ad dicendum quod donatio omnium bonorum presentiū, z futurorum non valet, est ideo,quia nulla superest spes testandi, quia nulla spes esset posse aliquid habere etiam in futurum quod in dicta donatione etiā in obligatione eius nō sit trāslatum.etiam ista est occasio z causa prohibitionis. Ubi ergo cessat hoc, remanet dispositio iuris firma videlicet quod donatio,sicut alij contractus valeat.l.si quis.z l.j.de actio.z obligat.quia ex conuentione legem accipiunt. Et idem quando ex vna parte perfici nō valet ex munificentia vnius prout donantis.l.j.de donat.quod hec sint vera patet per rationem traditā in predictis, z sic dono bona mea etiam adiciendo omnia certe indistincte valet,vt in d.l.fin.z in dictis locis patet determinatio sub vera opinione seruatur,hoc ideo,quia nō trahit ad futura,vt l.si ita.de aur. z argen.lega.l.fin.§.j.de lega.ij.quo casu,quia remanet de presenti hec spes valet,quia possibile est in futurum lucrari posse, l.si defunctus.C.arb.tute.z l.creditores.in fi.z ibi bonus tex.ff.de separa.ideo hec spes solum validat dictam donationem in bonis presentibus? Sed si adiceretur hoc verbum, z futura, tūc deficit dicta spes. Cum ergo ista donatio contineat vtrumque scilicet donationem omnium bonorū, z etiam futurorum quo ad bona,que tunc habebat, z in donatione numerata,z specificata, valet, quo ad futura non, nisi appareat aliquid habuisse postea. Ista enim separatio admittitur quia actus sunt adinuicē separabiles,z qui discerni z separari possunt quo ad id,in quo dispositio fuisset valida si separatim facta fuisset,z d3 nō valere,z separari,z vtilis z valida cēseri, ne d3 vitiari per adiectionē alicuius casus,seu dispositionis inualide a die,videlicet quo ad futura solum ipsa vitiatur,z reūcitur,z nō vitiat alia.ff. quādo appellan.sit.in l.j.§.biduum.z C.de inofficio. testamen. lege quotiam. Et maxime in casu nostro verum est,z obtinet quo ad bona,z species singulariter enumeratas,vbi minus dubium propter singularem enumerationē que ad minus trahitur ad futura, z minus detrahit de futura spe quam generalis, quod plus est largum,z in se includit,cum enumeratio specierum faciat enumeratam dispositionem,stricte eam sumendo absq; adiectione generalitatis,vt l.sed z si quis.§. quesitum. ff. si quis cau. Solum ergo dicta bona in instrumento nominata percipere debet dictus nepos donatarius: de prescriptione autem non expedit vltra querere,quia si donatio valet,valuit statim facta donatione,ergo statim fuit dominus donatarius, ideo frustra tractamus de prescriptione, vtrum ceperit a predecessore contra predecessorem,vē Mariolam predictam, vel non. Nec ob.

3 statutum castri plebis, quoniam in dicta donatione est iuramentum, † ideo l3 simpliciter facta non valuisset dicto statuto prohibente,tamen intercedente iuramento, validatur: sicut in fundo dotali aliter dicimus,vt in c.cum contingat.extra de iureiuran. Et ita consulo ego Barto.a Saxoferrato,legum doctor.

ADDITIO.

a T.D. Domina Mariola. Adde qđ istud consi.Bar.inueni in xj.vol.consi.diuerso.doc.z vide Bar.in consi.viij.in j.volu. factum tale proponitur.in ij.dubio.z Jas.in l.fin. vbi autem doc. C.de pac.cum concor.

CONSIL. CIX.

Utrum res legata ad vnum vsum,si commode non potest conuerti ad illum,legatum tamen valeat.

1 Cōditio,si habitare voluerit,intelligitur si commode potuerit habitare.

2 Aditus est pars habitationis.

3 Legata res ad pium vsum,potest conuerti in alium vsum si cōmode explicari non potest.

q In nomine domini Amen. Factum tale est, Cola quondam Licoli fecit testamentum, in quo inter cetera sic disposuit. Item reliquit post mortem suę vxoris Fraternitati sancti Leonardi de Assisio domum suam positam,&c. si voluerit viuere,z mozari,pro anima ipsius in dicta domo,z in ea congregari.z si hoc non faceret,dicta domus vendatur per suum fideicommissarium, z detur denarij pro anima ipsius. Item reliquit dicte Fraternitati octo libras,z cc.pro anima ipsius Fraternitati post mortem dicte suę vxoris. Et ad predicta legata,z indicta satisfacienda fecit suos

fideicommissarios. In omnibus alijs suis bonis fecit heredem Priorē dicte Fraternitatis. Contigit quod dictus testator decessit, & extitit conditio legati dicte domus facti Fraternitati, attamen domus est ita parua quod Fraternitas ibi congregari non pōt cōmode: nunc vult dicta Fraternitas emere aliquas domos iuxta predictā domum legatā, & facere trāsitum per dictā domum legatam in dictas domos emptas, & in ipsis domibus emptis congregari, & in hoc cōsentit prior dicte fraternitatis qui est heres. Queritur an hoc fieri possit de iure ita quod
1 mens testatoris seruetur: ¶ Ad qō respondendum qō licite pōt, nam dicta conditio, si habitare voluerit, &c. intelligitur si commode potuerit ibi habitare. arg. ff. de alim. & cib. leg. l. Caio, §. fi. & de annu. le. l. Penia. §. fi. Cum ergo proponatur, qō sm quātitatem hominum dicte fraternitatis dicta cōditio remittatur,
2 & sic dictā domū dicta fraternitas poterit licite retinere. ¶ Preterea, aditus dicitur pars domus, vel habitatiōis: qz sine eo habitari non pōt, vt ff. si vsufrn. pet. l. j. §. j. de serui. vrb. predi. l. binas. vnde vtendo dicta domo aditum habitationis satis videtur eā inhabitare. ¶ Preterea qū aliquid relinquitur [b] ad pium
3 b vsum, & ille pius vsus commode explicari non pōt, pōt conuerti in alīū pium vsum de voluntate heredis, & eius, cui relictum est, vt ff. de vsufr. le. l. legatum. & ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. legatā. ij. rū. Cum ergo hic proponitur qd prior fraternitatis, idemqz heres consentiat, & executor, pōt licite dictā domum retinere dicte fraternitatis ad dictum vsum etiam si vsus alius diceretur. Bar. a Saxoferrato.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Factum. Adde qō istud consi. inueni in xj. vol. cōsi. diuerso. doc. & de materia istius consi. vide Bart. in l. Caio, §. fi. ff. de ali. & cib. leg. & in l. Penia. §. fi. ff. de annu. le.

b ¶ Quando aliquid relinquitur. Vide Bar. in l. legatam. ff. de admini. rer. ad ciuit. pert. & ibi apos. plenam Alex. de Imo.

CONSIL. CX.

a Dominus Jacob. [a] habens in potestate filium nomine vāduciū, & filiā dotatā ab ipso domino Jacobo nomine Antoniaz, suā condidit vltimaz voluntatem, cuius tenor talis est, In nomine domini. Vide ō. in consi. xx. qō est duplicatum, & ideo est cassum.

ADDITIO.

2 Dyn.quia gloss.in aliquo non bene dicit.†Secundo videamus vtrum equiparetur deportato? Sl.que est Justitu.quibus modis ius pat.potestat.sol.in §.relegati.tenet quod si bona exbāniti publicent de iure,vel de consuetudine,equiparatur deportatis. Idem videtur tenere glo.in vsib.feud.hic finitur lex Lotrad.c.j. Idem tenet Dy.in d.l.eius.Et secundum hoc perderet exbannitus omnia que iuris ciuilis sunt.l.quidam.z dixi in secunda ratione supra,quam feci pro parte contraria. Contrarium credo verum,scilicet, quod non equiparetur deportato. Quod sic probatur. Preses prouincie,z magistratꝰ municipalis non possunt deportare,vt ff.de inter.z relega.l.relegatoruz. §.interdicere,z de leg.iij.l.j.§.qui deportatos.Si ergo non preses,ergo multo minus potestas vnius Ciuitatis:ergo exbannitus ab eis non equiparatur deportatis. Preterea sententia de portationis non fertur in absentem.C.de accusl.in absentem: ergo non equiparat deportatis. Preterea, deportatus perdit ius ciuium Romanorum,vt ff.de pen.l.quidam.Sed si dicerem⁹ talem exbannitum equiparari deportato,talis exbannitus perderet ciuitatem Romanā,z ius ciuium,z sic iudex vnius ciuitatis extenderet iurisdictionem suam vltra suum territorium,quod est contra l.inter penas.in princip.§.j.z l.relegatorum,in princip.de interdic.z relega.cum simili. Preterea,fama eius,qui deportatur,non solum diminuitur quod efficiatur infamis,imo fama eius in totum tollitur,vt ff.de variis z extraordinarijs cognitio.l.cognitionum.§.finali.sed exbannitus non efficitur infamis: quia edictum propositum contra absentem pro maleficio non infamat,nisi de facto,vt C.de requirend.reis. l.finali.not.expresse de istis exbannitis,z condemnatis extra ordinem,per gloss.C.de modo mulct.l.prima.quod tenet Dyn. vt patet ex not.ff.de suspec.tut.l.iij.§.preterea.z quod ibi no.p gloss.z Dyn.ergo non equiparatur deportato. Preterea,deportatum nemo potest restituere,nisi princeps,vel senatus,vt ff.de penis.l.relegati.in fin.de postul.l. prima.§.de qua.sed exbanniti quotidie rebannimuntur per communia,z eorum Rectores,ergo non equiparantur deportatis. Preterea, hoc patet ex modo constituendi: nam exbannitus est ab ipso initio contumax,z extra obedientiam Communis:sed deportatus omni tempore,etiam post sententiam,est obediens,adeo quod si ante sententiam efficeretur inobediens,capite puniretur,vt ff.de penis,l. relegatorum.z l.capitalium.§.in exulibus. ergo non equiparatur deportato. Preterea, non reperitur lege cautum,quod deportatus possit impune occidi.ergo non equiparatur deportato.Et in hac opinio.est domin.Joan.de Are. z domin.Cyn.z sic fuit determinatum Bononie in publica disputatione per domin.Federic.de Scalis,vt refert Cyn.C.de hered.instituen.l.prima,licet non ponat dictas rationes domi. Federi.de Scalis.z in hac sententia sunt communiter omnes
3 Moderniores. † Tertio est videndum, vtrum exbannitus equiparetur relegato,glossa, que est in dicto §.relegati.dicit, quod quando non amittuntur bona, equiparatur relegato. Idem videtur sentire gloss.ff.cr quibus causis in posse.catur.l. ad cognitionem.in fin. vltim.gloss. Contrarium credo verum: nam exbannitus aliquis propter solam contumaciam,nulla de delicto precedente cognitione secundum statuta, z consuetudines Italie,sed per sententiam,relegatorum,licet posset ferri in absentem secundum iura,vt ff.de pen.l.absentem.§.j.tamen debet de crimine cognosci,vt ff.de requi.reis.l.j.patet ex d.l.absentem. Nam ibi dicitur quod sententia non fertur in absentem,ni si plene cognito de causa,vt C.de iudic.l.properandum.§.finali tem reus.z C.quomodo z quando iudex.authē.qui semel. Pro hoc facit quod not.in auth.de incest.nupt.in princip.magn.gl. que incip.ex hoc verbo,&c. vbi dicitur, quod pena relegationis non infertur sine dolo.Ex his patet,quod exbannitus non equiparatur relegato. Preterea, relegatus est infamis,vt ff. de varijs z extraordinarijs cognitio.l.cognitionum.§.minuis

tur, saltem interim dum est relegatus, C, de his q in exi. dat. v. l ab ordi. l. j. lib. x. sed exbannitus non est infamis, vt supra dictū est, ergo, &c. ¶ Preterea, relegato nō pōt dari licētia reuertēdi, nisi a principe. l. relegari. in fi. ff. de pen. Sz exbānitus restituit a ciuitate, ergo, &c. ¶ Preterea, nō reperif q relegatus possit impune occidi, sed exbannitus sic, ergo, &c. Concludo ergo qō exbannitus non equiparatur relegato. ¶ Quarto est videndū nūquid exbannitus equiparatur excommunicato, quod videtur. per ea que dixi supra in ix. ratiōe facta pro parte cōtraria, & per ter. in vsib. feud. hic finitur lex Corra. c. j. Cōtrariū credo, s. quod non equiparatur excōmunicato in omnibus, ita qō de vno ad aliū arguit. Nā isti exbāniti statim lapso termino bāni habent pro cōfessis de maleficio, nec possunt innocētiā suā purgare in statuta, & consuetudines Italie. Sed excommunicat⁹ prestita satisdatione de parendo mandato iudicis absoluitur, vt extra quod me. cau. c. j. de sentē. excommunic. c. nuper. & capitu, sacro. in fi. ex effectu ergo patet, quod non procedat equiparatio. Preterea, per excommunicationē perdit quis perceptionem sacramentoū, & communionē fidelū, vt extra de exceptio. ca. ij. de senten. excommuni. cap. penulti. Certū autem est, exbannitum predicta nō perdere, ergo, &c. Preterea sentētia excommunicationis a suo iudice lata ligat apud omnes. d. c. penul. de senten. excommunica. Sed exbannimentū non facit quez videri pro exbānito, nisi in illa ciuitate vnde exbannit: ergo, &c. Preterea, non reperitur qō excommunicatus possit impune occidi, ergo, &c. Non obstat capitu. j. titu. hic finitur lex Corradi, quia fateor quod quantū ad illud equiparatur propter cōtumaciā, in multis aliis posset reperiri concordantia & discordantia: qō Canonistis relinquo. Non est ergo simpliciter arguēdū de vno ad alium. Quid ergo dicendum? † Dico talem exbannitū, q secundum formā statuti impune offenditur, vere, recte, & proprie posse dici transfugā ciuitatis sue. Item potest dici hostis ciuitatis sue, & hoc probo ex forma constituendi sic. Illi dicunt transfuge, qui ab his sub quorū imperio sunt, desistūt, & in numero hostium se transferunt, vt ff. de capi. diminu. l. amissione, secūdo respō. sed exbannitus ideo ponitur in banno, q inobediens fit his, sub quorum imperio, & iurisdictione est, & in numero aliorum exbannitoū ad hostes ciuitatis sue se transfert, ergo pōt dici transfuga sue ciuitatis. Item hoc probatur ex effectu statutum licitū est transfugam impune occidere, vt ff. ad legē Cornēliam de sica. l. ij. in fi. & eodem modo licet iuste exbannitū, Sz tu potes instare, hostes sunt quibus populus Romanus bellū publicū indixit. & ipsi populo Romano, vt ff. de capti. l. hostes, sed exbanniti nō sunt huiusmodi, ergo non contulerunt se in numero hostiū. & sic non possunt dici trāsfuge. Respōdeo, hostes, inter quos habent locū iura captiuitatis & postliminij, sunt hi, de quibus loquif d. l. hostes, sed alio modo loquendo quelibet ciuitas pōt habere suos hostes, vt si ipsum bellum indixit. ff. de cap. l. si quis ingenuā, §. fi. & no. in d. l. hostes. in prin. gl. sed talibus exbannitis ciuitas indixit bellū, permittendo eos impune occidi, & statuendo officiales, & alios ad eos capiendos, & puniēdos: ergo sunt hostes ciuitatis. Item quando suo ditus se rebellat domino potest dici hostis vt C. de his qui ad eccles. cōfu. l. si seruus, in fine, ergo exbannit⁹, qui rebellis est ciuitatis sue potest dici hostis. Concludo ergo, quod talis exbannit⁹ ppzie potest dici transfuga ciuitatis sue. ¶ Item potest dici hostis, nā sicut illi etiaz subditi, quos senatus hostes iudicat, hostes sunt populi Romani, vt in dicta l. amissione. §. sed hi. cum sua gl. ita illi subditi, quos cōmune iudicat hostes suos sunt hostes ciuitatis, sed exbāniēdo eos iudicat suos hostes, vt pbatur ergo, &c. sic possunt dici transfuge, & hostes ciuitatis sue. ¶ † Restat videre que perdat talis exbannit⁹ propter tale exbannimentuz. Ad q respondeo, vos debetis scire, quod transfuga, & hostis ciuitatis Romane perdit ciuitatē Romanam, & omnia iura ciuitatis Romane, retinet tantum iura gentium, vt d. l. amissione, & arg. d. l. quidam, de penis. hoc verum, scilicet quod perdit iura ciuitatis Romane in quantum respicit suum commodum, sed prout respicit incommodum ipsius iura ciuitatis Romane eū ligant apud nos, vt no. gl. secūdum vnam solutionem. ff. de cap. & postli. l. postliminium. §. filius, & etiam pbatur, q promittendo nobis obligatur ciuiliter, vt no. per glo. ff. de capit. diminutio. l. tutelas. §. fina. Et hoc etiam patet, q lex ciuitatis Romane, que permittit eos occidi, eos ligat. ff. ad. l. Cornē. de sica. l. ij. §. fi. & ita dico de tali exbannito. Nam cū ipse sit transfuga, & hostis illius ciuitatis, vnde exbannitus est, vt ō. probatū est: dico q̄ per exbannimentum perdit illam suam ciuitatem, & omnia iura propria ciuitatis illius ciuitatis vnde exbānitus est, prout faciunt pro se: sed prout faciunt contra se, illis iuribus remanet ligatus quantum ad illam ciuitatem, & eius homines, sicut primo. iura vero gentium, & iura communia ciuitatis Romane seu Romani imperij non perdit. Nam non est transfuga totius imperij, sed illius ciuitatis tantum, & sic idem iuris sit de parte quo ad partem qō est de toto quo ad totū. ¶ † Preterea, hoc esse verum probatur, quia si aliquis trāsfugit, vel est reprobat⁹ ab vne collegio, iura propria, illius collegij perdit, & remanet in dispositione iuris communis, vt ff. de excu. tu. l. sed & reprobati, & C. de epis. & cle. l. generaliter. C. de questionib. l. milites. C. de bello. l. ij. lib. x. ff. de cura. l. fin. cum gl. Item cum iste exbannit⁹ sit ex delicto remotus ab vniuersitate illius ciuitatis, perdit iura, & priuilegia ipsius. Pro hoc facit C. si curia. reli. ci. rus hab. maluerit. l. j. lib. x. Ad istam opin. confirmandam induco in testem Jacob. de are. doctorem eximium, cuius opin, vt plurimuz de mente iuris procedunt, qui hoc tenet expresse. ff. ad Trebl. ex facto, vbi inter cetera his vtitur verbis, quod in exbannitis nostri temporis dicunt quidam idem qō in deportato, ar. ff. de bonis damna. l. j. sed contrarium videtur: q̄ sententia deportationis etiam presidibus dari non pōt. ff. de penis. l. ij. de legatis ij. l. j. §. deportatos. multominus a ciuitatum Rectoribus. nō ergo perdit, que sunt ciuium Romanorum propter bannum, sicut relegatus, si sibi bona adimuntur quod interdum fit, licet regulariter non dicatur fieri, vt ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. j. C. de postulan. l. nemo. & argumen. ff. de pen. l. interpretatione. Ea autem, que sunt propria ciuitatis, a qua est exbannitus, amisisse credo. q̄ quantum ad illam peregrinus est, vt C. de hered. instituen. l. j. & ff. de in ius vocan. l. sed & si hac. §. si per penam. ista sunt verba Jacob. de Aret, ad literam, qui vt apparet ex his posuit suam credulitatem ponendo non argumen, inducendo, patet ergo quod iura sue ciuitatis perdit, sed iura gentium non, nec iura communia, vt dictū est. ergo &c.

† Ad solutionem igitur nostre questionis respondeo, & dico, q̄ occisor non incidit in penam statuti, nam cum statutum sit pro priuato ius ciuitatis, vt ff. de iusti. & iur. l. omnes populi. illud ius perdit exbannitus per bannum: cum ad ipsius exbannitj commodum pertineat, & ideo occisor nō tenetur de pena iuris, de pena vero conuentionali est magis dubium. nam, vt propo nitur, fuit per stipulationem promissa, que stipulatio est de iure ciuili publico Romanorum inducto a Gallo Aquilio. vt ff. de acceptila. l. z vno. §. j. de transacti. l. Cum Aquiliana. de pac. l. si vnus §. pactus. de acquir. rer. dom. l. ea que ciuiliter. no. in l. ex hoc iure gentium. in vltim. gloss. de iusti. & iur. vnde videtur quod talis bannitus sit capax talis obligationis. Dico tamen quod penalis stipulatio non est commissa. hoc tamen non accidit ex eo quod talis exbannitus non sit capax talis obligationis, naz capax est omnis obligationis, que descendit a iure cōmuni, vt dictum est: sed procedit defectus ex parte eius qui promittit, z eius quod promittitur missum: quia ille, qui promisit non potuit promittere. nam talis promittens erat ciuis, nec erat exbannitus, & sic iura sue ciuitatis tenebat. & istud quod talis exbannitus possit occidi, est inductum pro quiete communi sue ciuitatis & propter vtilitatem publicam, vt C. quando licet. se fine iudi. vnde. in l. ij. & ibi text. Cum ergo tale pactum fit contra publicam vtilitatem illius ciuitatis, nō valet principalis, nec penalis stipulatio sibi adiecta, vt ff. de pact. l. iuris gentium. §. si paciscar. & §. generaliter. & quod ibi not. C. de leg. l. non dubium. de pact. l. pacta, que contra. & ibi not. quod dixi supra, in prima ratione facta pro hac parte. Preterea, vt dictum est, iste exbannitus est transfuga, & hostis sue ciuitatis.

† Sed licitum est priuato venire contra fidem datam hosti alias si esset data a duce belli, vt ff. de dolo. l. prima. §. non fuit, & ibi text. & glo. que videntur decidere hanc questionez, vt hoc dixi supra, in septima ratione facta pro hac parte. Pro hoc etiam videtur text. in authen. de manda. princip. §. neq; autez secundum lectu. gloss. & dixi in tertia ratione facta pro hac parte. Sed ex illo. §. non facio magnum fundamentum: quia consueuit aliter intelligi quam gloss. sentiat, & dicat vt nota. per Lynum. C. de his qui ad eccles. confug. l. presenti. in fine. quia etiam alios docto. vidi tenere pro hac opinione firmanda, vnes testimonio Jacob. de belui. in authent. de mand. princip. §. sed neque. in quarto contrario, in quadam distinctione, quam ibi ponit, inter cetera vtitur his verbis, Si vero proficuitur iuriam publicam, & vindictam reipublice, & pacem fecit cum hoste, cum non liceret, eam seruare non debet, vt dict. l. j. §. non fuit. ff. de dolo, ista sunt verba Jac. de belui. Sed constat quod iste occisor prosequitur vindictam & iniuriam publicaz, vt proxime supra dixi. per l. ij. in fine. C. quando licet. se fine iud. vnde. & tetigi supra in sexta ratione facta. & hac parte, & istud credo de question. presenti. Sed si aliquis promitteret alicui tali exbannito pecuniam ex causa donationis, vel ex alia causa, que non veniret contra publicam vtilitatez, vel non esset alias improbata de iure communi, ve. ex statuto, & tunc tali exbannito coperet

ret obli

ret obligatio,z actio,cum,vt dixi,sit capax omnis obligationis iuris communis.Credo tamē quod si ageret coram iudice illi⁹ ciuitatis vnde exbannitus est,qđ sibi denegaretur iurisdictio, cum sit extra protectionem illius ciuitatis.hoc posset probari pluribus rationibus quas omitto,q1 per Italiam communiter de hoc sunt statuta.†Et si dicis quid prodest habere actionem,z non posse agere.Respōdeo,prodest si rebannireturr.Itē prodest:q1 potest alteri vendere actionem predictam,vel cedere ex causa non lucrativa,z dicto cessionario non obstabit exceptio banni,vt no.Dy.de exceptione cōmunicationis.extra de regulis iuris,capit.si quis in ius.libro sexto.Idem tenet.ff.de nouatio.l.doli exceptio.in fine sue magne distinctiōis,vbi exp̄sse ponit de exceptione banni.Itē sequebatur ibi domin⁹ Ray. de Fosliui,qđ credo verum,z dic vt ibi,licet quidam contra,z male.¶Ex predictis verbis notabilibus apparet solutio,non solum presentis questionis,sed etiam multarum,de quibus cō sueunt sepissime dubitari.†Ecce,queritur,vtrū exbānitus posset facere testamentum.Dy.in l.eius qui,§.fin.ff.de testamē.dicit,quod si exbannito auferuntur bona,equiparatur deportato,secundum gl.d.§.relegari.Item Specula,in titulo de instru. edit.§.compendiose,verūc.quid de exbannitis.Alij cōtra:quia negabant eum equiparari deportato.Tu distingue.Aut fecit testamentū secundum ius commune,z potest.Aut fecit testū secundum ius proprium sue ciuitatis:puta q1 erat statutum qđ possit fieri cum minori numero testium,z tunc tale testamentū non valet:q1 tale ius perdit,vt ex predictis apparet.Itē consueunt dubitari,vtrum exbannitus posset heres institui.†Et q̄dam dicunt quod nō:quia equiparatur deportato.Alij indistincte,quod sic,vt not.per Lyn.C.de heredi.instit.l.j.vlti.questione.Tu distingue.Aut instituitur in testamento,quod de iure commun sortitur effectum,z potest.Aut de iure proprio ciuitatis vnde est exbannitus,z tunc non potest:q1 illius iuris nō est capax,vt p̄z ex predictis.†Item posset dubitari,vtrum exbannitus posset succedere ab intesta.Et videtur dicendū qđ aut loquimur de successione que venit de iure cōmuni,z succedit,aut de successione ab intestato,que venit ex forma statuti,vt si p statutum diceret qđ masculus preferatur mulieri proximiori in gradu,z tunc succedit:q1 huius iuris est omnino incapax,vt ex predictis apparet,quod tene mēti.Multe alie infinite queſt.poterūt solui ex predictis,si diligenter inspicianť.¶Predicta vera in omni exbannito,qui secundū formam statuti potest impune occidi.Nam ille est proprie transfuga,z hostis ciuitatis sue.Nam eis ciuitas videt indicere bellum,vt supra dixi.

†Quid ergo dices de exbānito,qui non pōt impune occidi,sed cum occidens vel offendēs punit minori pena secūdū diuersorū locorū statuta?Respō.q⁹ talis exbannitus nō est trāsfuga,nec hostis ciuitatis.nā lex,amissione.§.qui deficiūt.ff.de capi.dim.regrit duo copulatiue sc̄z,q⁹ desistant ab his,sub quorū imperio sunt,z q⁹ in numero hostiū se cōferant.Iste aūt exbānit⁹ bñ facit primū,q1 desistit ab imperio,z obediētia eorū,quibus subest,sed nō facit secundū:q1 ciuitas non h̄z eū pro hoste,cū puniat offendētes eum,l̄z minori pena:equiparatur ergo talis personis vilibus,in quas illate iniurie minus puniunt,vt Insti.de iniur.§.pena atrox.z ff.de iniur.l.fi.Retinet ergo iura cōmunia,z iura ciuitatis sue,solum aūt perdit id,quod ei expresse cautum est in statuto quod perdat.Et si aliud diceres oporteret te dicere omnem cōtumacem esse transfugam,z hostē ciuitatis sue,qđ esset iniquissimum.†Sed pone,in statuto nihil cōtinetur de exbannitis,quid erit de iure communi?Dico quod de iure communi potest quis exbanniri.Hā annotatio,que olim fiebat,erat quoddam bannum:dicebatur enim,si nō venerit intra annum omnia bona ponantur in banno fisci,vt ff.de requi. reis.l.j.z not.glos.ibi in verbo,requirendus.que incip.ideſt,requisitus.Item non est dubium quod iudices possunt multare contumaces inobedientes,vt ff.si quis ius dicen.non obtempe. l.vnic.in princ.sed istud exbannire est multare,vt ff.de ventr. inspicie.l.j.§.quid ergo.in gl.super verb.vel multis que in quibuldam bannis extraordinarijs,&c.facit C.de episcopis z cleri. authen.item nulla.z quod no.C.qui bon.cede.poss.l.j.in vlt.gl. Sed quid perdit talis exbannitus de iure communi?Respon. illud perdit,quod est expressum in banno.puta fuit bannitus, quod si nō veniret intra tale tempus soluat centum,vel perdat omnia bona in casibus in quibus loquitur titu.de requirend. reis.l.finali.Item si tale est crimen,quod damnato irroget infamiam,interim erit infamis de facto,vt C.de requirend.reis.l.finali.in fin.Est enim differentia inter hunc,z exbannitos nostri temporis,qui secundum formam statuti habentur pro confessis,nec post banni lapsum audientur ad aliquam defensionem:secus in bannitis de iure communi,qui non habentur pro confessis,vt ff.de custo.reo.l.diuus.§.sic z diuus Pius,qđ dic vt ibi per Dy.†Itē quid,si iudex apponit in bāno q⁹ elapso termino possit offendi impune,an valeat?Dico qđ non valet,ni si sit permissum per statutū.Nam cū bannum sit quedam multa,vt dictum est,semper debet esse pecuniaria,vt ff.de ver.sig. l.aliud.§.inter multctam,z etiam multeta,que a maioribus iudicibus infertur,non pōt vltra certam summam ascendere,vt C. de modo mulct.l.eos.Iste autem iudex imponit pro multeta penam corporalem,ergo,&c.Ex predictis patet,q⁹ secundum formam iuris communis exbanniti non sunt transfuge hostes:q1 non possunt offendi impune,z sic retinent iura ciuitatis Romane,z ciuitatis sue.Hec de bannitorum materia secundum meā intelligentiam dixisse sufficiant,que licet mihi vera videant,ea tamen scribo,vt licet forte ita non sint,alijs ad inuestigandum altius materiam tribuam,z sic per plurium inuestigationē hec vtilis,z quotidiana materia per me minus bene forsitan intellecta,lucem veritatis assumat.Unumquēq; tamen,ad quem presens disputatio puenerit,hortor in Christo domino nostro,vt hanc decisionem,facientibus pacē cū exbannitis,non faciant manifestam,ne forte contra meū propositū his tribuatur materia occisionis.Ad arg.z rationes in contrarium factas resp. ad primam dico.quod talis pactio non est permissa a lege,imo improbata:q1 contra publicaz vtilitatem,vt s̄.dictum est.Non obstat d.l.transigere.q1 etiam ipse transigens admittetur,secūdum opi.Jac.de are.quam ibi ponit Ly,sed q1 illa non tenetur, ideo dic aliter:quia lex illa loquitur in reo presente,z obediēte: secus in contumace,z fugiente,vt in nostra questione,que solutio probatur ex coniunctione duarum legum que sibi inuicem contradicere videtur.ff.de solutionibus.l.reo.z de requi.re.l.fi. Vel dic quod etiam permittitur transigi ante sententiā z ante crimen liquidatum quod patet:quia dicit transigere.vel pacisci de crimine,&c.sed post sententiam,vel post crimen liquidatū esset transigere de pena.non de crimine,quod non licet.argum. eius quod not.Dyn.extra de regulis iuris,capit.in obscuris. in fin.glos.lib.vj.Ad secundum patet responsio ex predictis. Ad tertium patet responsio ex predictis.Vel dic,quod leges ibi allegate loquunt in his,quibus vita reseruatur ex iudicantis voluntate in questione nostra secus,vt dixi.Ad quartū respondeo.quod exbānitus deliquit in duobus,scilicet quia fecit homicidium,de quo habetur pro confesso.Item quia fuit contumax,z sic delictū cumulatur delicto.vt ff.de penis.l.relegati. quod patet ex dictis magistraliter positis i d.l.si ideo.ff. de eui ctio.Item quod videatur condemnatus propter cōtumaciam est verum quantum ad preiudicium alterius,sed quantum ad preiudicium ipsius contumacis habetur pro cōdemnato de necessitate,vt dictis legibus patet.¶Item quia remisit ibi qui principaliter erat offensus ex illo non facto,hic secus. Nam ex contumacia principaliter Respublica erat offensa.¶Preterea ibi de delicto erat dubium,hic iam erat certum per sententiā. Ad quintum respō. quod videatur fecisse nomine publico,q⁹ est licitum magis quam suo nomine quod est illicitum,argum. ff.pro socio,l.merito.ad l.z magis.respōdeo,quod loquitur ibi de aliquo liberando.secus,si de aliquo obligando:tunc enim si potest,in dubio presumitur nomine alieno,vt ff.quando ex fac. tu.l.post mortem.z ibi no.Ad sextum respon.quod fides seruāda est hostibus data a duce belli,secus si a priuato,vt dixi in solutione,ad capi.j.de pace tenen.respondeo.quod ibi loquitur de pace valida,z approbata,hic autem fuit inualida,vt dixi.¶Preterea,hoc videtur accidere ad defensionem Reipublice:quia licet,vt in sexta ratione facta pro parte contraria,ad septimum, z octauum respondeo,quod loquuntur in facultate,que cōpetit priuatis ad vtilitatem priuatorum,hic competit ad vtilitatem publicam,cui non licet renuntiari.ad nonum patet responsio ex predictis:quia non equiparantur.¶Preterea,nec excōmunicatis licet facere pactum,per quod pena excommunicationis tollatur,puta quod liceret cum priuato conuersari,z participare cum eo.Ad decimum respondetur quod possunt concurrere duo specialia,quorum vnum veniat ad consequentiam alterius,vt ff.de solutio.l.sub conditione.z Justit. quibus modis ius patrie potestā.soluitur.§.si ab hostibus.Vel dicas qđ nullum est speciale:quia etiam de iure commum licet occidere z fidem non seruare transfuge,z hostibus,vt supra probatur. ergo.&c.

¶Disputata fuit supradicta questio per me Bar.de Saroſerrato minimum inter legum Doc.actu Digestum nouum legentem in notabili atque regia Ciuitate pisarum,sub anno Domini Mcccxlij.mensis Februarij.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Saluatoris.Vide plene de ista questione per Bar. in l.ex facto.ad Trebellia.cum concor.de quibus ibi per domi. Alexandrum.

d ¶Capitis. Vide do. meum Petrū Corn. in cons. centesimo septuagesimoquinto, incip. presens consultatio. in primo vol.

c ¶Commodū. Vide Bartho. Soci. in cons. sexagesimo octauo, incip. visis priuileg.

d ¶Perdit illam. Et per ista decidit questio, an exhanniti nostri temporis possint testari. de qua per Bar. in l. eius. §. fin. ff. de testa. & Jmo. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acqui. her. vbi limitat, & vide Ang. ibi. Bar. & Jmo. in l. seruo. §. fi. ff. de leg. j. in l. qui vltimo. ff. de pen. Bal. in l. j. C. ne er deli. defunc. Bal. post Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccl. Bal. in l. fin. C. si a non competen. iud. & in l. j. C. si penden. appel. & in l. j. C. de here. instit. & authen. incestas. C. de incest. nup. ¶De. de anch. in clemen. j. de pen. Ang. de Are. in §. fin. Instit. quib. non est permis. face. testam.

e ¶De pena. Vide Franc. de Are. in capit. intimauit. de testam.

f ¶Publicam vtilitatem. Vide Jaso. plene in l. vbi pactum. C. de transac.

QVÆSTIO II.

1 ¶Actio in rem aduersus possidentē datur, & ex persona actoris ipsius possidentis eorum non declinatur.

2 Probare debet, quicunq; aliquid ponit siue agendo, siue excipiendo, aliter a petitione excluditur.

3 Actum, quem quis facit inuitus, facienti non preiudicat.

4 Judicium alterius qui in se suscepit, tunc suscipiēs tenet actione vtili, q; ille tenebatur directa.

5 Defensionem alterius suscipiens, vicem rei, quam defendit, suscipit, etiam quantum ad tribunal.

6 Conditio aduersarij per defensionem in nullo debet fieri deterior.

7 Priuilegium si concedatur alicui ratione sue proprie persone si succedit non priuilegiatus, eo priuilegio non vtitur.

8 Verba statutorum generaliter, vel indefinite prolata restringūtur, & limitantur secundum ius commune.

9 Verba statuti non debent extendi vltra propriam significationem.

10 Statuta recipiunt interpretationem ratione absurditatis euitande.

11 Venditori, quando alicui, vel defensori fuit denunciatū, vt cause agende, vel defendende adesset, tunc inter ipsum qui agit, & eum cui est facienda denunciatio dicitur esse lis, & questio.

12 Priuilegium quando aliquibus in ipsorum fauorem in aliqua causa datur aliquod illud videtur esse cōcessum, siue suo, siue de fensoris nomine conueniatur.

13 Propriam causam, & rem suam agere, vel defendere dicitur, ad quem eius rei pertinet commodum, & incommodum.

14 Exceptio que competit venditori, competit etiam emptori, siue procedat ex beneficio concesso in rem, siue a beneficio personali.

15 Venditor sicut tenetur emptori re euicta, sic fideiussori tenetur reus principalis facta condemnatione.

16 Lis, seu questio tribus modis dicitur fieri alicui per aliquem.

17 Licet ex persona actoris non possit opponi exceptio mere declinatoria fori, que merita cause principalis non tangit, tñ quando simul cum mutatione fori mutatur natura ipsius cause, tunc dicta mutatio potest fieri ex persona actoris.

18 Priuilegium, quod quis habet, debet porrigi ad eū, qui statim est habiturus regressum contra habentem priuilegium.

19 Verti inter aliquos quibus modis dicatur lis.

¶Plane a Ciuitatis consilium decreuit, quod in omnibus litibus, vel questionibus veretibus inter conūctos in tertio gradu, teneat iudex ad petitionem vnius partis hoc petētis cogere alteram partez de predictis compromittere in eorū arbitratores, & amicos cōmunes, qui possint de plano, de bono & equo omnibus dilationibus & cauſandi ordinibus pretermissis cognoscere & arbitrari, & diffinire, & qđ per eos fuerit diffinitū obseruet, & nullum dici non possit, nec possit peti reduci ad arbitrium boni viri: post quę accidit qđ titius vēdidit, & tradidit fundū cuidā extraneo, a quo emptore germanus dicti Titij vēdicabat dictū fundum, Titius predictus ab emptore requisitus defensioni se obtulit, & iudicio in se suscepit. nunc dictus Titius petit cogi germanū suum ad compromittendū sm formam dicti consilij, querit an cogi debet, vel non. Et qđ cogi non debeat ad compromittendū, probant rationes infrascripte. ¶Primo hoc probat natura actionis proposite. q; in rē actio. Et cum hec sit actio in rē aduersus possidentem datur, & ex persona actoris ipsius possidentis eorum non declinat. Primum. q; detur contra possidentē, probant iura vulgaria. C. de alie. iudi. mu. cā facta. l. j. & vbi in rē ac. l. j. in fi. & ff. de rei vendic. l. officium. cum si. Secundum, scz qđ ex persona actoris non mutetur forum, probatur ff. de iudi. l. vēdi. C. vbi in rem act. l. j. sed in casu nostro emptor conuenit tam quam possessor, & ex sua persona nō potest declinare iurisdictionem primi iudicis, & petere cōpromitti, q; extraneus, ergo nec ex persona actoris videtur posse forū mutari de iudice in arbitratores, & sic non debet cogi ad compromittendū. Si ergo aspicias in dictis duabus legibus vtrumq; allegatis, videt casus nostre questionis. Secundo hoc probat in proposita actione cum se proxime non facta expressio. antecē tamen istud arg. fundem. premitto. quod ratio potissima quare iste defensor dicit debet compromitti, est quasi cause natura sua, cū ad eū pertineat commodum, & incommodum cum de euictione teneatur, vt infra cam arguendo pro alia parte. Hoc premisso, sic arguo. ¶Quicq; que aliquid ponit, siue agendo, siue excipiendo debet illud probare, alias ab eo quod petebat excluditur, vt C. de probatio. l. prima. ff. eodem. l. qui dicit. & l. ab ea parte. & l. in exceptionibus. in principi. ff. de exceptio. l. prima cum simi. sed iste Titius qui petit cogi ad compromittendum, ideo petit quasi inter eos vertatur causa, seu lis: cum ad ipsum pertineat commodum, & incommodum, vt predixi. hoc autem ex themate nostro non probatur. nec ostendam: ergo &c. & qđ non probatur, ostendo. Certū est. quod fires euinceretur ex causa, que causaretur a facto ipsius emptoris quod venditor de euictione non tenetur, vt ff. de euictio. l. rem, quam. & l. si mancipium. in principi. & l. si seruum eius. & l. Item certum est quod rei vendicationem licitū est proponere non exprimendo causam proximam, quare dicit ad eum dominium pertinere, vt ff. de exceptio. rei iudic. l. & an eadem. §. actiones. & l. si mater. §. primo. & not. ff. de eden. l. prima in principio. sic fuit in questione nostra, q; vendicauit causa non expressa. sic non apparet vtrū dicat dominium suum ex causa, que causata a facto emptoris, vel non, & sic an ad venditorem spectet pericu-lum, vel non, ergo eius intentio non est probata, & sic ab eo qđ petit, excluditur. ¶Tertio hoc probat defensionis mu-ta facta receptio, hoc sic ostendo. Ex eo actu quem quis facit inuitus facienti preiudiciū non paratur. ff. de his ḡbus, vt mē. l. post legatū. §. aduocatus. eo. tit. l. tutorem. C. de admini. tuto. l. cum quidem. ff. de condi. furt. l. & ideo. secundo respondeo. famil. er cis. l. si pignori. circa fin. facit. ff. de legat. ij. l. pete. §. predium, sed iste actor recipit hunc Titium fratrem suum in defensorem illius cause inuitus, & coactus. nam iure cogitur cum recipere, vt ff. de peti. here. l. sed & si lege. §. item si rem. de nōra. l. de illo. in fine, fami. ercis. l. plane. cū ibi no. saltem si est eque legalis. sicut principalis, vt no. per Dy. ff. de sol. l. solutionem. facit quod per glo. de nego. ges. l. liberto. in fin. sic ergo ipsi preiudicaret non debet: preiudicaret ante, si cogeretur compromittere, tamen si litigasset cum possessore non compromitteret, sed apud iudicem ordinariū litigaret. ¶Quarto hoc probatur per susceptionem iudicij actionis facta mutatio, hoc fit. quando aliquis alterius iudicium in se suscipit, tunc suscipiens tenetur actione vtili, q; ille tenebatur directa, vt ff. de noua. l. delegare. & ibi not. de sol. solutionem, & ibi no. per Dy. Item certum est. qđ actiones non dicunt esse ex verbis, sed ex mente, vel interpretatione, vt C. de nego. ge. l. curatoris. & de leg. ij. l. legatorum. ff. si qua. pau. fe. de. l. pen. & de neg. ge. l. actio. & ibi no. per Dyn. in lect. super arbore actionum, licet Ly. aliter dicat. C. de actio. & oblig. l. j. & quod actio vtilis dicatur ex interpretatione habet glo. not. ff. de verbo. obligatio. l. quodcunq; §. fina. in verb. competit. Ex his sic arguo, verba statuti debent intelligi secundum propriam significationem verborū, non secundum interpretatiuam, seu mentalem, vt ff. de verb. obli. l. quicquid. de exerc. l. j. §. si is qui nauem. ad municip. l. constitutione. de milit. testa. l. quod constituta. sol. matrim. l. si vero. §. de viro. qui & a quibus. l. prosperi. cum simi. Sed iste, qui suscipit iudicium proprie teneri nō dicit nisi proprie cum eo esset iudicū, sed interpretatiue. Nam litis nomen ad actionē refertur, vt ff. de verbo. signifi. l. litis nomē. ergo non cōtinet verbis statuti, qđ debeat compromitti. ¶Quarto probatur. Per hunc venditorem extraneum suscepta defensio hoc sic, qui alterius defensionem suscipit, vicem rei, quam defendit suscipit, etiam quantum ad tribunal, q; in eo tribunali debet defendere, vt ff. de procu. l. sed & he. §. non solum. & §. defendere, j. & eodem modo procedetur, vt l. qui bona. §. fi. de dam. infec. & eodem modo condemnaf. l. nunci. §. j. de procu. pro socio. l. verū. §. videndū. sol. ma. l. alia. in princi. de re iudi. l. si cum pro curatore. ergo in casu proposito causa non debet cōpromitti, q; non ageret coram eodem tribunali, nec procederetur eodem modo. Nam coram arbitris procedit de plano, vt pater ex forma consilij supra dicti, nec fieret eodem modo condēnatio. ¶Sexto iudicis ordinarij subiacet retractationi per remedii appellationis, sed hec que datur ab arbitris nullo modo potest re-

tractari

tractari,vt patet ex verbis consilij supra dicti.¶Sexto proba
6 tur,]Per defensionem† deteriozis actionis nō est facienda con
ditio,hoc sic,lex dicit,quod per defensionem in nullo fieri dete
riozi debeat conditio aduersarij.Nota verbum in nullo,qđ est si
gnum vniuersale,l.ij.§.defendi.ff.ex qui.cau.in pos.ea.facit d.l.
sed z he.§.defendere.z l.immoi.§.j.§.alle.Sed cum oratio sum
matur ex vniuerso,inde non debet esse aliquid falsum,vt l. si is qui
ducenta.§.vtrū.de reb.dub.C.de prescrip.xxx.vel xl.ann.l.oīs
nes.z ff.de oper.no.nun.l.j.§.item nuntiatio.z quod ibi no.per
Jaco.de Āre,sed si nos diceremus quod ex persona defensoris
iste cogeretur ad compromittendum,ergo regula d.§.eēt in ali
quo falsificata,quia in aliquo eius cōditio fieret deteriοz,quod
7 esse non debet,z sic non cogeretur ad compromittendum.†Se
cundo hoc probat successoris sui priuilegij vsus,non facta con
cessioꝛhoc sic,quādocunque alicui ratione sue propꝛie persone
priuilegium conceditur,si succedit nō priuilegiatus,eo priuile
gio non vtetur.Hoc probatur ff.ex quibus cau.in poss.eatur,
l.apud Julianum.§.j.de minoꝛibus.l.j.C.si aduerl.ven.pig.l.ij.
cum sim.nota.in d.l.apud Julianum.§.j.sed cum huic fratri,qui
alteri extraneo successit,in hoc iudicium detur hoc priuilegiuꝫ
ratione sue persone ei non prodest,qꝛ frater isto priuilegio nūc
non vtetur,z pro hoc videtur casus.ff.de iud.l.heres.absens in
8 princip.ibi,nulloqꝫ suo propꝛio priuilegio.† Octauo hoc pro
batur,statutoꝝ secundū ius commune facēda est restrictio,
z hoc sic,verba statutoꝝ generaliter vel indefinite prolata re
stringuntur,z limitātur secundum ius commune,vt C.de noxa.
l.ij.ff.de mu.z hon.l.vt gradatum.§.z si lege.facit C.de sacrosan.
eccle.l.j.z quod ibi not.z ff.de eo,quod cert.lo.l.j.z quod ibi no.
extra de reg.iur.c.generali.z quod ibi not.per ☞.Sed de inre
cōmun.hoc est q̄ quādo in casu vertente inter aliquos aliquid
statuitur,intelligitur si suo nomine agat,vel cōuenīat,hoc pro
batur ff.de in ius voc.l.quesitum.probatur optime ff.de iudi. l.
lis nulla.cum glo.ibi,nisi hoc faciat alieno nomine,ꝛc. Facit.ff.
de his qui not.infam.l.furti.§.qui alieno.eo.ti.l.seruū. Hinc est,
quod iste conuenitur alieno nomine,id est,pro possessione apud
aliū constituta,quem Spec.dicit teneri cauere de iudicato sol
uendo,tāquam alieno nomine conuentus,vt not.Specul.de sa
tis.§.expedito.verſic.sed nunquid venditoꝛ.Cum ergo cōsilium
nostrū dicat quod de causis vertentibus inter coniunctos com
promittatur,intelligo,si vertuntur eoꝝ propꝛio nomine,sed
9 hic vertitur nomine alieno,ergo nō debet compromitti.† Ho
no probatur,In statutis vltra propꝛiam significationeꝫ nō est
facīda extensio,hoc sic,verba statuti non debent extendi vltra
propꝛiā significationem.l.non aliter.de leg.iij.l.si vero.§.de vi
ro.solut.matrimo.de exercit.l.j.§.si is qui nauem.cum simil.no.
ē.in quartaratione.Sed verba cōsilij dicunt de questio.verten
tibus inter coniunctos,sed illud dicitur fieri inter aliquos pro
prie,quod agentes pro se,z suo nomine faciūt,nō pro alio.Hoc
probat.l.inter stipulātem.in prin.ff.de verb.obli.]Pro hoc opti
me facit gl.de iurament.calum.l.ij.§.quod obseruari. que dicit,
quod ad hoc vt sciamus inter quos ē lis,debet inspici in cuius
personam,seu contra quem est formatus libellus,vt C. de iura.
calum.l.ij.§.quod obseruari.in secunda glo.tangitur etiam per
gl.ff.de in ius voc.l.sed si.hac lege.§.ij.in vltima.gl.videtur ter,
de his qui not.infa.l.seruus.sic etiam videmus in rebus corpo
ralibus,illud dicitur esse inter aliquas res qđ eas mediat absq
alio medio,vt ff.de seruit.rusticoꝝ prediꝝ.l.ij.z l.qui bo
na.§.cum inter.de dā.infe. Sed in casu nostro dicta lex,seu que
stio non pōt dici inter dictos fratres aliquo modo.]Primo,qꝛ
pro alio interuenit in iudicio.Item nō in persona sui,sed in per
sona extranei est conceptus libellus.Item non pertinet ad eun
10 dem immediate,sed per medium extraneum,ergo verba consi
lij in eum non cadunt,z sic nō debet compromitti.† Decimo,p
batur ex verbis statuti,absurditatis facta exclusio,hoc sic,sem
per a verbis legis,seu statuti absurdum intelligitur esse exclu
sum,z ratione absurditatis euitāde statuta recipiunt interpre
tationem.vt l.quesitum.ff.de testib.de off.assel.l.liberti.de execu.
tut.l.scire etiam oportet.§.aliud.ver.sed z si maxime. de reg.iu.
l.aliud.§.absurdum.C.de epis.z cle.l.repetita.z de testa.l.cōsul
ta diualia.Sed si hoc esset,quod ex persona defensoris fieret cō
promissum,iam sequeretur qđ in ptāte fratris,vel alterius con
iuncti esset semper ire,z suscipere iudicium in se.l.solutionez. de
sol.z l.soluendo.de neg.gest.z facere omnem questionem cōpro
mitti.qđ est absurdum,z sic nō cōcedendum,z sic hoc casu non
debet compromitti,vel ad compromittendum cogi.

Eraduerso Quod cogi debeat ad compromitten
dum probatur iuribus infrascriptis.
1 Primo† probat huic defensori facta denunciatio. hoc sic. Nos
ponimus in themate nostro quod hunc venditoꝛ,eidemque de
fensoꝛi fuit denunciatum,vt cause agende,vel defendende ades
set,vel si non fuisset factum,de iure fieri debuisset,vt ff.de euic.l.
si rem quā.§.ij.z l.fundo.§.fin.z C.eod.l.emptoꝛ.cum simi. Item
inter ipsum qui agit,z eum cui est facienda dicta denūciatio di
citur esse lis,z questio.hoc ostendo quādo lis seu questio debet
esse inter pupillum z tutoꝛem,tunc datur curatoꝛ ad lite,vt in
stitu.de authoꝛita.tut.§.fina.ff.de tutel.l.qui habent.§.si pupil
lus.C.de in litem dā.tut.per totū.]Pone ergo quod tutoꝛ vult
agere cōtra quendam,qui est denūciatus pupillo,certe lex di
cit quod est dādus curatoꝛ in litem.C.de in lit.dā.tut.l.an tibi.
per quod bene apparet qđ dicta questio dicitur esse inter tutoꝛ
rem,z pupillum. Ad propositum igitur,cū dictus frater defen
soꝛ fuerit denunciatus,z denūciari debuerit,z propter hoc qđ
defensionem suscepit,lis dicatur esse inter hunc denunciatum,
eundemque defensoꝛem,z fratrem eius agētem,z sic cogi debet
ad compromittendum,per dictam.l.an tibi.vbi videtur casus.
12 †Secundo probatur priuilegij fauoꝛe coniunctoꝝ facta cō
cessio.hoc sic,quādo aliquibus in ipsoꝝ fauoꝛem in aliqua cau
sa datur aliquod priuilegium,illud videtur esse concessum,siue
suo,siue defensoꝛis nomine cōuenīatur.hoc probat siue loqua
tur de priuilegio quod datur circa causeꝛ ordinationem,vt l. sed
si hac lege.§.j.ff.de in ius vo.siue loquat de priuilegio circa sub
stantiam actiōis,vt l.licet.§.fin.ff.de obse.a lib.prefr. que leges
bene tangunt questiōem nostram.Cum ergo in casu proposito
istud beneficium de compromisso sit cōcessum coniunctis in eo
rum fauoꝛem intelligatur siue suo,siue defensoꝛis nomine cōue
natur per dicta iura,saltem in casu isto,vbi defensione necessa
13 rio suscepit,z sic cogatur ad cōpromittendum.†Tertio proba
tur huius causę cōmodi,z incommodi prouentio,sic. Illę dici
tur propꝛiam causam,z rem suam agere,vel defendere,ad quem
eius rei pertinet commodum,z incommodum,vt C. de procur.
l.si qui stipendia.ff.e.l.procuratoꝛ.quando app.sit.j.§. in pro
pria.facit quod not.ff.de testi.l.nullius.C.eod.l. omnibus.sed ad
hunc fratrem defensoꝛem pertinet cōmodum,z incommodum,
quod patet,quia tenetur de euictione,etiam si non promiserit,
vt ff.de euic.l.secunda.z C.eodem.l.nō dubitatur.cum simil. Si
ergo dicimus ipsum fratrem suam propꝛiam rem,z causaꝫ age
re,z sic inter coniunctos verti litem,z per consequens alium fra
trem cogi ad compromittendum.Quarto probat de venditoꝛe
ac ni posideret,z sic omnibus suis propꝛijs exceptionibus vti
tur,casus est ff.de peti.here.l.sed z si lege.§.item si rem. in fi.z p
hoc etiā videtur tex.ff.rem ra.hab.l.procuratoꝛ ad exhibendū.
§.si procuratoꝛ.Ad propositum ergo,si iste frater defensoꝛ eēt
possessioꝛ,z conuenretur,z peteret compromitti,non est dubium
quod audiretur,ergo in casu proposito,z sic alter frater cogat
14 ad cōpromittendum.¶†Quinto hoc probat. Ad singularem
successioꝛem extendenda est exceptio.hoc sic,Exceptio que com
petit venditoꝛi,cōpetit etiam emptoꝛi,siue procedat ex bene fi
cio cōcesso in rem,vt ff.de inreiurand.l.ait prętoꝛ.§.fi.l.seq.ij.re
spō.ff.quarum rerum actio non datur.l.j.§.si petitoꝛ.ff.pro soc.
Idemque.ff.cōmuni diuidun.l.in hoc iudicio.§.fina.not.plene
per Dyn.de reg.iur.c.si quis in ius.lib.vj.de dam.infec.l. fumi
num.§.adijcitur.siue procedat in beneficio personali,vt l.ij tibi
§.pacta cōuenta.ff.de pac.vbi exceptio procedens ex pacto per
sonali facto venditoꝛi cōpetit emptoꝛi,saltem viuo venditoꝛe.
Sic ergo in casu proposito,siue dicas hoc ius petendi qđ com
promittatur esse personale,siue reale cōpetit emptoꝛi, maxime
venditoꝛe viuo,z sic iste defensoꝛ vtetur ista exceptiōe tanquam
competente ipi defensoꝛi, merito ergo cogetur alter frater ad
15 compromittendum.†Sexto probat venditoꝛis rei principalis
equiparatio.hoc sic:Ego equiparo reum principale quo ad de
fensionem fideiussoris,z venditoꝛem quo ad defensionē empto
ris.Nam sicut vēditoꝛ tenetur emptoꝛi re euicta,hoc est eodem
natione secuta,vt ff.de euic.l.euicta.in prin.z §.j,de rei vēd.l.vti
que.de neg.gest.l.at qui natura.§.cum ne.fic fideiussoꝛi tenetur
reus principalis facta condemnatione de fideiussoꝛe,vt ff.manda
da.l.Lucius.C.eod.l.ij.pro ea.ff.de fideiuss.l.fideiussoꝛ pro vendi
toꝛe.Item sic,iniuria facta emptoꝛi,nō nocet venditoꝛi,l. si per
imprudentiam.ff.de euict.z sic iniuria facta fideiussoꝛi nō nocet
reo principali,vt ff.de fideiuss.l.exceptiōe.Sic est videre in excep
tionibus,que sic transeunt de persona rei principalis ad fidei
iussoꝛem,vt ff.de exceptio.l.exceptiōes.§.rei autem. z l. omnes
de fideiussoꝛi.l.ex persona.C.de nō numer.pecu.l.tam mandato
ri.z ibi per Lyn.pluribus aliis exemplis esset inuenire. Sed in
reo principali hoc inuento,quod si ipse defensionem fideiussoris
suscipiat siue suo nomine animo nouandi,siue procuratoꝛio no
mine semper exceptiones, que sibi reo competunt, licet tales
sint,que ad fideiussoꝛem nō porrigantur,ipse reus ex sua perso
na poterit opponere.tex.est no.ff.mand.l.idemque.§. generali
ter.z not.in l.si fideiussoꝛ.§.quedam tamen.eodem tit. Sic ergo

dicam in casu proposito. Nam si venditor susceperit defensionē emptoris animo nouandi siue simpliciter procuratorio nomine petierit exceptionem siue priuilegium, seu beneficium ex forma consilij postulare ex sua persona, & sic ille debebit cogi ad compromittendum. ¶Pro hoc videtur text. cum gloss. C. de euictionibus. l. si parentes. vbi gl. parua in verb. ex persona. sentit, quod venditor ex persona sua posset implorare beneficium personale, & causa agitata cum emptore. dum ibi dicit gl. nisi essent immores. †Septimo probat per resistētiam vertens questio, hoc sic, Ego dixi supra in proxima ratione, & in quarta facta pro hac parte, quod iste defensor pōt opponere exceptionem suo nomine, ex sua persona, per ea ibi alleg. ¶Hunc arguo, Lis, seu questio dicitur fieri per aliquē siue agendo, siue excipiendo, siue defendēdo, vt ff. de procurator. l. non solum. §. si status controuersiam. ff. rem rat. hab. l. quo enim. §. fina. & l. amplius. §. fina. eo. ti. Sed si iste defensor opponeret aliquam exceptionem ex sua persona, quod potest, vt supra dixi, ipse suo proprio nomine absq; dubio diceretur litem inferre excipiēdo, & tunc proprie dicitur litem inferre. not. C. de iur. & facti ignoran. l. prima, in prima gl. & sic tanquam si lis inter eos verteretur debent cogi ad cōpromittendum. Et aduertatis, quod ista ratio non concludit, nisi quando iste defensor opposuisset suo nomine aliquas exceptiones, antequam peteret compromitti. Exceptiōes autem quas posset opponere suo nomine, constat de illis que ad emptorem defensum nō transeunt. Sed quia iste exceptiones raro accidūt in iudicio, videamus nunquid exceptiones que ex persona venditoris transeunt in emptorem, vt sunt regulariter omnes que non cohærent persone, exempla patent in legibus allegatis supra in quinta ratione pro hac parte. ¶Sz an venditor defendēs posset defendere ex persona sua, non inuisto. Bloss. videtur tenere quod sic in dicto §. generaliter. in gl. super verbo, vbi potuit, ibi omn dicit, subaudi, maxime, quod tene mēti. Videtis ergo, quod ita esset practica indubitabilis, quod primo exceptiōes, quas posset suo nomine opponeret, tunc peteret compromitti.
17 quasi nunc lis inter eos, pprio nomine vertatur. †Octauo probat iudicis, & nature cause iuncta mutatio, sic, Licet ex persona actoris non posset opponi exceptio mere declinatoria fori, que merita cause principalis non tangit, vt dixi supra in prima ratione facta pro cōtraria parte, tamen ego reperio quod quando simul cum mutatiōe fori mutatur natura ipsius cause, quod dicta mutatio potest fieri ex persona actoris? vt videtur casus. C. de iur. fisci. l. prima. lib. decimo, quē sic induco, Certum est qd fiscus habet priuilegium sui iudicis, quia cause fiscales agitantur coram procuratore Cesaris, vt C. vbi cause fisca. per totum. Item vos scitis, quod in istis causis fiscus habet priuilegium, saltem hoc qd alius edit ei, sed ipse non contra se, vt ff. de eden. l. tertia. & de iur. fis. l. in fraudem. §. neque. & §. sequen. Modo pone, quod fiscus vendidit fundum cuidam, extraneus vendicat hunc fundum a priuato emptore, nunquid ag tabitur causa coram presīde, qui est iudex inter priuatos, vel coram procuratore Cesaris, qui est iudex inter fiscum, & priuatum. Et certe coram procuratore Cesaris, vt l. vlt. C. de iure fisci. secundum vnum intellectum quem gl. ibi videtur tenere in gloss. magna. ibi, inautem emptor, &c. Fit ergo mutatio cum mutatur simul iudicium, & natura cause, sic in proposito istud compromittere in arbitros videtur mutare forum, licet posset dici quod nō mutetur, vt infra dicam in solutione cōtrariorum. Ite mutatur natura cause, cum iudex ordinarius cognoscat secundum rigorem iuris: arbitratores autem cognoscerent de plano, bono, & equo faciēdo eā instrumenta hinc inde prout eis videbitur, nec eorum sententia subiaceat retractationi, ergo ex persona actoris debet fieri ista mutatio. Sic ergo cogetur ad compromittendum. ¶Nec dicat aliquis quod ibi est speciale in fisco, qz licet quantum ad iudicem, & naturam cause fiscus habeat aliquid speciale, tamē in hoc quod emptor ex persona iudicis fisci mutet iudicium, hoc nō est speciale, sed ius commune: vt innuit d. gloss. ad specialitates fisci, & hanc non ponit, est ergo ius commune vbicunq; est eadem ratio, scilicet, quod cum iudicio mutatur natura cause.
18 †Nono probat suades iurium ratio, sic, Ratio iurium hoc suadet, vt illud priuilegium quod quis habet, porrigatur ad eum qui statim est habiturus regressum cōtra habentē priuilegiū, ne per mediam personam cōtra suum priuilegium inquietetur, vt C. de vsu. rei indic. l. tertia, in fin. ff. finium regun. dic. l. quoties. §. plane. de neg. gest. l. ex duobus. de liber. lega. l. tertia. §. nunc de effectu. Si ergo in proposito priuilegium fratris porrigitur ad emptorem, ita qd frater emptorem defendens posset dicto priuilegio vti, & sic alter cogatur ad compromittendum. ¶Decimo probat verborum propria significatio. hoc sic. verba nostri cōsilij dicunt de litibus, & questionibus verētibus inter con-
19 iunctos, & cetera. Modo videamus quibus modis dicatur lis verti inter aliquos. Certe vno modo dicitur respectu instantie, & isto respectu solum inter personas que sunt in iudicio, dicere mus esse litem. Videmus enim quod procurator qui litem contestatur, dicitur esse dominus litis, ita est, instantie. C. de procu. l. nulla. vbi gl. exponit litis, id est, instantie, & eodem tit. l. a procuratoribus. & l. neque. & ff. de doli except. l. si procurator. & ibi gl. facit similem expositionem, & adeo dicitur dominus litis, qz si velit transferre iudicium in ipsum dominum, oportet quod illud ius instantie cedat eidem, vt ff. de procu. l. in cause. §. in ex parte actoris. in gl. super verbo, transferri. licet alius modus transferendi notetur in l. mutari. & precedit l. que omnia. eo. tit. Alio modo dicitur respectu commodi, & incommodi, seu respectu actionis. & isto respectu, in his quorum causa agitur, licet ipsi nō sint in iudicio, dicūtur tamē esse domini litis, & lis inter eos verti, vt C. de sen. & interlo. l. j. & de appel. l. dominus. & ff. de procu. l. ¶Paulus respondit, & hoc no. dicit gl. ff. de appel. l. ab executore. §. fi. Sed certum est, quod duo proprie, & directe non possunt simul esse domini, vt iura sunt vulgaria. Oportet videre quis eorum sit litis dominus directe, & proprie: & quis improprie: Et certe dico, qd proprie dicitur ille dominus, ad quem spectat cōmodum, & incommodum, & is pro quo lis fit, & inter eos proprie dicitur verti lis. Ad hoc induco primo vnam glossellam, que videtur facere hanc exceptiōem inter eos, id est, pro eis. ff. finium regun. l. iij. §. non solum. Sic ergo exponamus in questionibus vertentibus inter coniunctos, &c. id est, pro coniunctis, ad eorum commodum, vel incōmodum. Sic ergo videmus, qd legis vbique appellant principales personas eos, ad quos commodum spectat, vt C. de iur. calum. l. ij. §. j. & auth. principales, sum pta ex corpore, vt litig. iurent in exor. §. j. magis quam alios qui sunt in iudicio. Sed ii ad eos spectat commodum, dicitur proprie verti lis, vt dixi, multo magis ergo in isto defensore, qui in iudicio interuenit, & litem est cōtestatus, & ad eum spectat commodum, & incommodum, eum dicemus proprissime, & vere esse dominum litis, & inter eum, & fratrem eius verti litem: & sic verba statuti, que secundum propriam significationem debent intelligi, vt supra probaui, in eo casu tenetur ergo cogi debet alter ad compromittendum.

ADDITIO.

a Th. D. ¶Pisane. Alias incip. consilium ciuitatis Pisane. & ita est v. vol. consi. vj. & vide Barto. in consi. xxix. incipie. consilium ¶Pisane ciuitatis. in ij. volu. & ita pro consi. Barto. allegat Alex. in l. semel mota. in fin. ff. solu. matri. & ibi videomino. Et adde quod de ista disputatione Barto. facit mentionem ibi. Barto. in l. vendita. ff. de iudi. & Alde Eindr. Siculin. cq omnā. §. in alijs. vt lit. non contesta. & Ang. de Aretio, in §. actionum. Insti. de actio. in ver. quero, denunciani. & Alex. de Imo. in consi. lxv. in vij. volu. incip. in causa. & lite.

1 ☞ Nouandi animo quando aliquis suscipit in se iudicij, tunc talis dicitur dominus litis & procurator.

2 Arbitrorum sententia dicitur potius transactio quā sententia.

3 Vendicatio in dubio non presumitur fieri ex causa, que causatur ex facto ipsius emptoris. sed ex causa precedenti, ex qua venditor de euictione tenebitur.

4 Verbum, rite, denotat proprietatem & iuris solennitatem.

5 Personale pactum quot modis dicatur.

Solutio. Inuocato nomine Domini nostri Jesu Christi totiusq; Trinitatis, saluo semper cōsilio vniuersiusq; Doctoris, vel Scholaris melius sentientis, vt accedat quod legitur ff. qui po. in pig. hab. l. claudius. in fi. Sed uo etiam consilio domini mei, & docto. domi. Ray. de Fol. dico dictum fratrem cogi debere ad compromittendum. & hoc potissime per aliquas rationes factas supra proxime pro hac pa
1 te j. scilicet, iij. v. vij. & x. & hoc ostendo †Aut enim dicimus istum suscepisse in se iudicium animo nouandi, & tunc non est dubium, qz ipse dicitur dominus, & non procurator, cum primum sit liberatus ipso iure, & hoc notabiliter dicit glos. de procurato. l. non solum. in prima magna glo. ante fi. & ideo cum lis sit inter eos debeat compromitti. Aduerte tamen, quod istud nouare non potest fieri inuito actore. l. si mandato meo. §. j. ff. mandā. & hoc tenet glos. in d. l. non solum, circa fin. prime glos. alias per nouationem fieret deterior conditio actoris eo inuito contra l. aliam. ff. de nouatio. licet alia glos. videatur dicere contrarium. ff. de negot. gestis. l. liberto. §. si. sed male, & etiam damnant Jac. But. & cyn. C. vbi in rem act. l. j. & hoc tenet do. Ray. in l. solutionem. ff. de sol. sed tanquā procurator in rem suam nō nouando primam, bene potest inuito actore, vt l. solutionem de solu. & l. soluendo, de negot. gest. & ita loquuntur iura alle-

itij.ratiõe facta pro parte negatiua. Aut dicimus,qõ iste susce pit in se iudicium, vt procurator,z tunc est certum, quod iste vẽditor suscipiens iudicium est procurator in rem suam. Nam licet actio in rem proponatur causa non expressa,in dubio non videtur res vẽdicari ex causa que proueniat ex facto: vel ex cul pa emptoris,ſz ex alia causa,ex qua venditor de euictiõe teneat tur.text.est not.in l.seruum quoq;.ſ.fina.ff.de procur. Vñ facit qõ not.ff.de fideiuſ.l.exceptionem.in fin.gl.z ex necessitate mo tã lite,tenetur emptorẽ defendere:vt ff.de euict.l. si plus vel mi nus.ſ.mora. Sz ille,qui ex necessitate efficitur procurator in rẽ suam,nõ dicitur alieno nomine esse in iudicio. De hoc text. est clarus.ff.de procur.l.seruum quoq;.ſ.fin.in fin.cõiuncto ſ. ait pretor.ea.l. Si sic,ergo proprio nomine est questio inter dictos fratres, merito debet cogi ad compromittẽdum. ¶ Item dico qõ istud beneficium compromissi non posset implorare emptor extraneus ex persona fratris vẽdentis. nõ enim transit ad sin gularem successorem,nec ad vniuersalem,quia est personale be neficium,scilicet ratione fraternitatis,z coniunctionis. Hoc probat tex.expresse ff.pro soc.l.verum.in prin.ff.sol.matr.l.quia tale,z qõ ibi nota.per Dyn.z Pe.z plene per Dyn.extra de re gu.iu.c.priuilegium personale.libro.vj.ſz ipse frater,qui suscepit iudicium ex persona sua,hoc implorabit suo nomine,d. l. idem que.ſ.ſimiliter.ff.mandat.quod declara: vt dixi supra in vj. ra tione.faciunt etiam leges allegate in quarta ratione. Nam im plorando tale beneficium,nõ videtur declinare forum vel iudi cem:vt ſ. dicam in solutione primi contrarij.non ergo hoc im plorabit nomine eius quem defendit,sed suo,ppio z sic habet practicam. Item dico:vt perfecta sit solutio,qõ si iste defensor non teneretur de euictione,non teneretur defendere: ſz si susce pisset vt procurator in rem suam, volẽs donare emptori, quod tenetur ex persona sua opponere,de excepti.loquor,que respicit ipsam causam vt ſ. dicam in solutione contrariorum. Iste enim debet defendere eo modo z ordine,quo principalis qui defendi tur z ex persona huius defensoris in nullo modo debet fieri de terior conditio actoris. z sic loquuntur omnia iura all.in v.z vj. ratione pro dicta parte negatiua.alias sequeretur illud absur dum,qõ ponitur in vlti.ratione pro dicta parte negatiua. Ad hoc induco Dyn.qui hoc dicit ad literã.ff.de fideiuſ.l. Marcel lus.in fin.magne additionis:vbi intelligit d.l.idemq;.ſ.genera liter.in eo qui defendit fideiussorem, qui habet regressum con tra eum.qõ tene menti. Distingue ergo in q.nostra, Aut susce pit iudicium animo nouandi actoris volẽte,aut tanquam defen sor,seu procurator,z tunc aut est defensor necessarius,aut volũ tarius,vt patet ex predictis. Verum quia supra sunt facte rõ nes,que multum obstant ad quodlibet predictorum,iõ respon deo per ordinem. Et primo obstare videtur omnes rationes facte pro parte negatiua.ſz nõ obstant in veritate. Nec ob.pri 2 mum,cui respondetur duobus modis,† Primo sic, qõ hic non est mutatio fori,neq; iudicis. Nam vos scitis,quod sententia arbitrorum dicitur transactio magis,quam sententia:vt auth. vt diffi.iudi.ſ.si vero contigerit.z ibi nota.Sed si ego implora rem a iudice quod cogeret aliquem mecum transigere,vel paci sci,non est dubium quod non esset declinare iudicem, imo tunc proprie ipse cognosceret,vt ff.de vsufru.l.equissimum. z ibi tex. z gl. Preterea ille,qui de iudice committit in arbitros,non di citur iudicem declinare,z de hoc est text.cum gl.simul vnita.C. de iudic.authẽ.si vero contigerit.z pro hoc videtur alia gl.ff.de iudic.l.vbi ceptum. Preterea quid si peto quod iudex committat obstetricibus quod ventrem inspiciant,vel mensori qõ me tiatur agrum.Certe absit quod dicatur mutatio iudicis, vel fo ri,vt ff.de ven. inspi.l.j.z ſ.j,ſi mens.fal.mo.dix.liij.ſ. idẽ Pom ponius,z ſ.sequẽ.Secundo modo respondetur sic, Verum est, quod nõ potest iudex mutari,vbi ex mutatione iudicis muta tur natura cause,vt pbaui supra,in nona ratione facta pro par 3 te affirmatiua,quod tene menti,† Ad secundum respondeo, qõ in dubio non presumitur fieri vẽdicatio ex causa,que causatur ex facto ipsius emptoris culpa,ſz ex causa precedẽti ex qua vẽ ditor de euictiõe tenebitur. De hoc est casus quem supra alle. C. de asser.tol.li.fina.in fin.facit qõ not.ff.de exceptio.l.exceptio nem.in prima gl.in fin.vnde iste qui suscepit defensionem habet fundatam intentionẽ suam,nisi contrarium probetur. Ad ter tium respondeo, quod eius conditio non fit deterior si non liti gat coram iudice,ſz coram arbitris,qui de bono,z equo cogno scunt, ibi enim habebit bonam fidem cognoscere,z sic cõditio eius nõ dicitur fieri deterior,vt ff.de administration.tut.l.quo ties.ſ.sicut.ff.man.l.fideiussor.ſ.quedam tamẽ. Preterea non dicitur fieri conditio eius deterior,si agit perinde ac si res non esset alienata,vt ff.de peti.hereditat.l.sed z si lege.ſ.item si rem. non enim fit melior, ſz deterior,quod sufficit pro solutione legis, in pupillo.de solu.cum similibus.allega.in glos.d.ſ.item si rem. in verb.non videretur. Ad quartum respondeo,ista ratio conclu dit in eo,qui in se suscepit iudicium animo nouandi, ſz questio nostra hoc nõ ponit.sed loquitur de eo qui suscepit.vt procura tor in rem suam. Sz posito quod in se suscepisset animo nouan di,adhuc dico, qõ licet defensor teneatur vtili, z vtilis sit ex in terpretatione,tamẽ lis,z questio dicuntur esse inter defensorẽz z actorem vere,z proprie,vt supra probaui,non enim sequitur, actio,qua tenetur,est vtilis,z ex interpretatiõe,ergo iudicium est ex interpretatione,vt probatur arb.fur.ce.l.v.ſ.fin.in gl.se cus in quest.de emphyteusi. Pro hoc videtur tex.ff. de procur. 4 l.procurator in rẽ suam.† Nam verbum,rite,ibi positum deno tat proprietatẽ,z iuris solennitatem,vt no.ff.de inofficio.testa mẽ.l.ij.z de petit.her.l.sed z si lege.ſ.scire.z sequent. Hoc etiam probatur ff.de verb.significat.l.litis nomen.z gloss.que dicit de offi. Ad quintum respondeo, in eo quod dicit de tribunali, dic vt supra in solutione primi cõtrarij,&c. Ad alia dic quod habet locum in defensore voluntario,secus in necessario. vt dixi supra in solutione questionis. Ad sextum respondeo eodem mõ. Vel dic quod non sit deterior,vt dixi in solutione tertij contrarij.

Ad septimum respondeo, qõ illud procedit in herede, vel alio successore voluntario secus in necessario,hoc videtur ex predi ctis,z probatur optime ff.de separa.l.j.in fin,vbi heres necessa rius in quantum in rebus suis damnificaretur,vtitur suo iure, hoc tamen solue plene per Lyn.C.de sacrosanct.eccles.authent. qui res iam dictas. Vel dic ad d.l.heres absens.quod loquitur ibi in priuilegio quodam speciali,de quo non est factum ius cõ mune quantum ad eos,ergo,&c. Ad octauum respondeo quod, z fateor maiorẽ,licet multum sit dubium. nec pono eam pro cõ stanti. Ad minorẽ dico,quod litem esse inter aliquos alieno no mine potest dici duobus respectibus,vno modo.id est, ad alie nam vtilitatem,vt dicta l.j.ſ.in propria.quando appel. sit.z sic loquitur d.l.questitum.z gloss.in l.lis nulla.sed hic iste conueni tur ex causa.per quam ad eum pertinet cõmodum,z incommo dum.z iõ isto casu non dicitur defendere alieno nomine. Alio modo dicitur quantum ad infamiam euitandam alieno nomine id est,ex facto quod habuit initium in persona alterius,vt l.fur ti.ſ.qui alieno.ff.de infam.z iste nõ ẽ casus noster.nec enim hic tractamus aliquid de infamia. Nec obst.quod not.Spec. Pri mo,quia possum dicere,ipse non dicit verum. z contra casum l. seruum quoque ſ.fina.cum iste defendat ex necessitate, vt dixi. Item casus videtur cõtra eum ff. si ex noxa.causa argu.l. si cum vno. Sed ponamus quod dicat verum secundum communem vsum,dico quod iste cautiones emerunt ante litis cõtestatio nẽ,z sic antequam iste defensor efficiatur dominus litis,vel no mẽ suum aliquo puncto vertatur in iudicio,merito ergo cauit. Sz istud beneficium,de quo loquitur,potest opponi post litis coniestationem,z idem in aliis exceptionibus coherentibus per sone vẽditoris,tunc enim id est,post lit.contestat. omnino dici tur lis esse suo nomine,vt dixi in precedẽtibus. Ad nonum pa tet responsio,quia imo secundum propriam significationem di citur esse lis inter eos. Ad decimum respõdeo quod non sequi tur ista absurditas,nam vt dixi istud beneficium nõ datur nisi defensori,ergo non erit in potestate alicuius,nisi eius ad quem de iure spectat,ad illud autem quod dixi,quod ipse emptor nõ possit opponere ex persona vẽditoris,obstat quinta ratio facta pro parte affirmatiua. Ad quod respondeo quod prout illa ra tio loquitur de exceptionibus rem coherẽtibus persone non ob.quia ista est personalis ad pactum cõuẽtum,quod loquitur de excep 5 tione personali.† Respondeo quod personale pactum dicitur duobus modis. Uno modo q̃ coseruat tantum personam eius cui fit pactum,isto mõ non loquitur ille ſ.sed loquitur d. l. idẽ. in duobus ſſ. supra eodẽ tit. Alio modo intelligitur pactum personale,quod licet fit in rem,donec ipse,cui fit pactum,viuit: tamẽ finitur morte ipsius,z isto respectu sumitur ibi,z ibi vide tur tenere gl.in fin.z ita tenet ibi Bul. Vel dicas illud esse va lidum in persona ipsius, si opponatur a venditore suscipiente iudicium,secundum qõ dixi in nostra questione, sed prima me lior,&c. Ad idem obstant que dicta sunt in ix.ratione facta pro parte affirmatiua,ſz leges ibi allegate loquuntur de exceptio nibus rei coherentibus. Ad aliud quod dixi, voluntarius hoc nõ posset opponere,videtur obstare quod dixi in secunda ratio ne facta pro parte affirmatiua. Sz respondeo primo ad l. sed z si hac lege.ſ.fin.quod ibi sit speciale in illo beneficio.in quo ver titur fauor patroni,z si impetretur talis venia,nisi liberto ro cet in sua causa,z hoc est bñficium quod posset obesse,z naturã cause immutat. Non ob.l.licet.ſ.fina.de obsequijs a lib.presta. quia loquitur quando cõuenitur alieno nomine,tamen agitur, vel excipitur de eorum proprio dolo. Et ita intelligunt ibi Do ctor. Cum ergo ibi ad eos deorum proprio facto spectaret cõ modum,vel incommodum potius dicitur necessarius defensor,

quam voluntarius. Et ita facit pro determinatione nostra, Bart.

¶ Disputata fuit per me Bar. de Saxofer. minimum inter legum Doct. in Regia, ac nobilissima Ciuitate Pisarum, circa annum Domini Mccccl. die xv. mensis Januarij.

QVÆSTIO III.

1 ¶ Sententia lata contra principalē mandatur executioni contra fideiussorem iudicatum solui.
2 Fideiussor iudicatum solui tenetur siue sit res iudicata contra presentem, siue contra absentem, re non defensa.
3 Pater sicut de iure communi ex contractu filij obligatur de peculio, ita ex forma statuti ex delicto filij pater obligatur in portione dicta.
4 Dolus rei conuenti iudicio pendente si cōmissus est, facit sententiam latam mandari executioni contra eum, contra quem alias non mandaretur.
5 Sententia lata contra procuratorem, vel tutorem, de iure communi mandatur executioni contra dominum, & pupillum.
6 Dispositio conditionalis adueniente cōditione sumit effectum.
7 Conditio pro impleta habetur, quando per eum, qui ex euentu conditionis leditur, fit quo minus conditio impleatur.
8 Statuto sicut inducitur ficta confessio, ita de iure communi reducitur quedam ficta filiatio per actum adoptionis.
9 Iuramentum est quedam ficta solutio, & habet vim solutionis.
10 Confessio ficta tantum operatur, quantum vera.
11 Executio contra purum debitorem condemnati, alijs bonis cessantibus fit, & ipsius nomen in causam iudicati capitur.
12 Sententia quantumcunq; legitimis probationibus contra vnum lata, suum effectum retro ad ipsius authoritatem non porrigit.
13 Sententia lata contra vnum alijs non preiudicat, quando effectus alicuius facti extenditur contra plures ratione connexitatis, nisi contra eum de nouo probetur.
14 Condemnato existente non soluendo peruenitur ad bonorum possessores.
15 Presentes in vnoquoq; iudicio sunt sententiandi, vel legitime citati, alias sententia nocet inter presentes, & non nocet absentibus.
16 Sententia lata contra filium an & quando patri preiudicet.
17 Confessio vera filij patri non preiudicat.
18 Maioris authoritatis est dictum & confessio alicuius deponētis, quam sit simplex confessio.
19 Statutum disponens quod contumax habeatur pro confesso quid importet.
20 Confessio vnius ficta non extenditur ad alias personas.
21 Verba statuti debent intelligi secundum propriam significationem.

8 PEruſine [a] Ciuitatis statuto cauetur, q; si filiusfa. cōmiserit maleficiū, pater tenetur pro eo soluere condemnationē, assignando filio dimidiaz eius qō habiturus esset ab intestato, si tunc pater decederet, &c. Alio statuto cauetur qō si quis pro maleficio passus fuerit se poni in banno, elapso termino banni habeatur pro cōfesso. Contigit quod quidam filiusfamil. de maleficio accusatus passus est se poni in banno, & elapso termino banni habebitur pro cōfesso condemnatus in certa quantitate pecunie, nec aliter de eius maleficio constat. Querit an pater teneatur ad soluēdum condemnationem de eo factam, vel non presupposito quod processus, & sententia teneat secundum formam statuti ciuitatis predicte, & quod pater teneatur, probatur pluribus rationibus. † Primo probatur sic, Certum est secundum communem opin. quod sentētia lata contra principalem mandatur executioni contra fideiussorem iudicatum solui. l. j. de fideiuſ. l. Bxece. & ſ. poſt litem, in fin. & nota in l. fina. C. de ꝓfur. rei in. & ibi per gl. & doct. & not. extra de iniur. & dam. da. c. j. lib. vj. sed hic pater equiparatur fideiussori filij, vt ff. de verb. ob. l. cum filius. & de fur. l. cum qui. ſ. an pater. & potest dici fideiussor de iudicato soluendo, vt patet ex verbis statuti, cum dicit, teneatur soluere cōdemnationem. &c. ergo contra eum fiet executio, & tenetur ad soluendum condemnationem. † Secundo probatur sic, Fideiussor iudicatum solui tenetur, siue sit res iudicata cōtra presentem, siue contra absentem re non defensa, vt ff. iud. sol. l. iudicatum solui. l. cum querebatur. & l. si ex duobus. cum ſi. Sed hic pater equiparatur fideiussori iudicatum solui. ergo tenetur ad soluendum condemnationem etiam sententia lata cōtra contumacem. Et hoc est quod dicitur in l. iudicatum solui. ff. iud. sol. scilicet, quod iudicatum solui ſtipulatio, expeditam habet quantitatē in tantum, in quantum iudex pronūciauerit, Ex quibus concluditur quod pater teneatur soluere dictam cōdemnationem. ¶ † Tertio probatur sic, Sicut de iure communi pater ex contractu filij obligatur de peculio, vt ff. de pecu. l. j. ſ. fin. & l. iij. ſ. ſ3 ſi filius. & C. quod cum eo. l. j. Ita hic ex forma statuti, ex delicto filij pater obligatur in portione predicta, hoc premisso, sic arguo, In banda actione iudicati contra patrem de peculio, solum hoc inſpicitur, an sit iudicatū, & filius cōdemnatus, vt ff. de pecu. l. iij. ſ. idem scribit. & de noxa. l. noxali. cum duabus seq. Sic ergo in proposito, cum filius sit condēnatus, pater de dicta portione tenetur soluere condemnationem. ¶ † Quarto, quia dolus rei conuēti iudicio pēdente commissus est tante potētie, quod facit sententiam latam mandari executioni cōtra eum, contra quem alias non mandaretur. ff. vt in poſ. leg. l. ſi legato. ſ. fi. & C. eo. l. certa est forma, que leges probant, quod sententia lata contra eum qui dolo desijt possidere, mandatur executioni contra possidētem. Et hoc no. per Ly. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. j. in viij. q. Bz certum est q; ſi de maleficio filij constaret legitime, pater tenetur secūdum formam statuti, ergo multo magis in casu nostro vbi filius pendente iudicio dolum, & contumaciam adhibuit. ¶ † Quinto sic. Premitto quod filiusfam. in hac lite habet legitimam personam, etiam in preiudicium patris. Nam sicut de iure communi sentētia lata contra procuratorem, vel tutorem qui sunt legitime persone, mandatur executioni contra dominum, & pupillum, vt ff. de procura. l. Plantius. ff. de re iud. l. iij. in pri. & ſ. j. ita noſtro, ex forma statuti sententia lata cōtra filium mandatur executioni contra patrem. Hunc arguo, Pena que ratione contumacie tutoris, vel procuratoris infertur, nocet domino, & pupillo, vt C. de procura. l. eum qui res. de digm. l. quoties. lib. xij. ergo hoc casu pena que infertur huic filio ratione contumacie, nocebit patri, & sic tenetur soluere condemnationem. ¶ † Sexto sic, dispositio conditionalis adueniente conditione sumit effectum, vt l. cedere diem. de verb. ſigm. l. pecuniam. ſi certum petat. de condit. & demon. l. qui heredi. ſ. fin. & quasi per totum ti. sed statutum hic disponit cōditionaliter, quod pater teneatur soluere condemnationem, ſi filius commiserit maleficium, ſ3 iſta conditio erit, quia filius commisit maleficium, ergo, &c. hoc ſi probo. Aut dices hunc filium commisisse maleficium de quo accusatus est, & habeo propositum. Aut dices nō cōmisisse, sed ratione contumacie esse cōdemnatum, & tunc idem, quia contumacia est delictum, seu maleficium, vt ff. ſi quis ius dic. non obtemp. l. j. de iudic. l. contumacia. ergo pater filium commisisse *maleficium*, & sic pater tenetur soluere condemnationem. ¶ † Septimo sic, Quando per eum, qui ex euentu conditionis leditur fit quo minus conditio impleatur, habetur conditio pro impleta, vt ff. de condi. ob cau. l. iij. in fi. de regu. iur. l. in iure ciuili. extra de re iu. c. cum ſtat per eum, lib. vj. & ibi per Dyn. ſed in q. noſtra per patrem qui ex euentu leditur, ſtat quo minus filius cōpareat, vt maleficium probetur & probatio quantuz ad patrem habetur pro impleta. Quod ſtet per euz patet, quia habet eum in potestate, & ipsum iure patrie potestatis vbique existentē potest expedire, & presentare, vt ff. de re milit. l. qui cum vno. ſ. j. & ſ. qui filium. ibi. a patre postea exhibitus, &c. C. de pat. po. l. iij. ſi ergo non exhibet, ergo ſtat per eum, & sic cōditio habetur pro impleta, & tenetur soluere condemnationem. † Octauo sic, Sicut in noſtra, per statutum inducitur ficta confeſſio; ita de iure communi reducitur quedam ficta filiatio per actum adoptionis. in toto titu. de adop. ff. & inſti. & no. ff. de adop. l. ſi pater. ſ. fin. & glos. in verb. procreationi. que incip. vtilius, sed illa ficta filiatio per adoptionem inducta porrigitur ad omnes, qui non vo
9 mūt per contumaciā etiā cōtra patrez, & sic tenetur. † Nono sicut iuramentum est quedam ficta solutio, & vim solutionis habet: vt ff. de iure. l. eum qui iuraſſe. in fi. & l. qui duobus. ſ. j. & toz. ſ. j. ita hic per statutum inducitur ficta confeſſio ex contumacia, sed virtus illius ficte solutionis, que venit ex iuramento porrigitur etiam ad alios, quia ſi iurat principalis, prodest fideiussori, & econuerſo. l. duobus. ſ. j. eod. tit. & l. fin. ita in proposita q. virtus huius ficte confeſſionis porrigitur ad patrem, & sic
10 pater tenetur soluere condemnationem: ergo, &c. ¶ † Decimo sic, Tantum operatur ficta cōfeſſio quātū vera, vt ff. de his qui no. infa. l. quoniā. & C. de aſſeſſ. l. cōſiliarios. de here. auf. credentes. Sed certū est quod ſi filius condēnatus esset ex vera cōfeſſione pater teneretur ex forma statuti soluere cōdemnationem ergo & nūc, quādo est ficta confeſſio. ¶ † Undecimo sic. Certū est
11 quod contra purū debitorem condemnati alijs bonis cessantibus fit executio, & ipsius nomē in causam iudicati capitur, vt a inſpecto qualiter principalis fuerit condemnatus: vt C. ne fil. vel Reſpub. l. prima. & per totum. ff. de re iudica. l. a diuo Pio. ſ. ſic quoque, sed in proposito pater in illa portione, de qua fit mentio in statuto est debitor filij pure, quia lex omnem conclu-

tionem

tionem z dilationem sustulit,vt patet ex verbis statuti,z proba
tur in simili.ſ.de condi.ex lege.l.j.per quam legem illud funda
tur,ergo in patrem fiet executio.

Quod Pater non teneatur soluere condemnationem
probatur.¶Primo,quia si esset plene probatum fi
lio defendente per testes, sententia contra eum lata patri non
preiudicaret,nisi contra eum probaretur.Secundo,quia posi
to quod sic preiudicaretur,tamen sententia diffinitiua lata per
legitimas probationes filio absente patri nō preiudicaret.Ter
tio,quia vera cōfessio filij patri non preiudicaret.Quarto quia
posito quod vera confessio noceret, non tamen nocet ista ficta
cōfessio.†Primum probo sic,Sententia quamtuncunque legi
timis probationibus cōtra vnum lata, suum effectum retro ad
ipsius authoritatem non porrigit,vt ff.de re iud.l.si ate.ſ.final.
Facit.ff.quod quisq; iuris.l.iij.ſ.fin.z de pact.l.fideiussoris,sed
nō potest negari quod in omni iure quod filius habet,vel ha
bere sperat in bonis paternis,pater fuit,z est eius author, er
go sua lata contra ipsum filium etiam legitimis probationi
bus aduersus patrem non porrigit suum effectum. † Secundo
probo sic,Quando vnius facti effectus extenditur contra plu
res ratione connexitatis,tunc probatio talis facti, z sententia
lata contra vnum, alij non preiudicat,nisi contra eum de nouo
probetur,vt ff.de adul.l.denunciasse.ſ.fin.vbi sentētia lata con
tra adulterum nō nocet adultere,z econtra,z tamen vnum non
potest esse verum siue altero.pro hoc.C.de fal.l.j.z quod ibi no.
vbi sententia partus suppositi contra matrem non nocet par
tui.¶Pro hoc,ff.de in rem.l.iij.ſ.pe.facit C.qui,res iud. non noc.
l.j.z quod ibi not.z C.res inter alios acta.per totum. Sic in p
posito maleficium filij extēdit effectum suum tam contra filium
quam contra patrem,z sic probatio quantumcunq; verissima,
z sententia lata contra filium,patri non preiudicabit, nisi con
tra eum probetur.†Tertio sic,Sicut in questiōe nostra ex for
ma statuti filio condemnato,z soluente peruenitur ad patrem,
ita de iure communi aliquo condemnato existente non solvēdo
peruenitur ad bonorum possessores.vt C.de pig.authēt. hoc si
debitor.sumpta ex corpore de fideiuſ.ſ.fi neque.z ff.de iure fisc.
l.Moschis.in prin.¶Hoc premisso arguo sic,Sentētia lata con
tra authorem meum, quantumcunque verissimis probationi
bus postmis,z possessionē translatam mihi non nocet, nisi con
tra me de nouo probetur eo iudicio quo posset contra me age
re,vt ff.de excep.rei iud.l.si mater.ſ.fi.l.iudicate.ſ.fi.de pig.l. si
superatus.in princi.ergo in proposito sententia lata contra fi
lium nō debet nocere patri,quia ante dictam sententiam in bo
nis suis plenum ius habebat,z habet nec ad eum potest perue
niri,nisi de nouo probetur. † Quarto hoc probo per regulam
generalem,que est quod in vnoquoq; iudicio debeat sentētia
ri presentibus,vel legitime citatis his,quos causa tangit,alias
sentētia solum nocet inter presentes,z non nocet absentibus,vt
ff.de re iudic.l.de vnoquoque.de adopt.l.nam ita diuus.de nat.
rest.l.fin.de mino.l.in cause.ſ.causa cognita.C.si per vim, vel a
lio modo.l.fina.Sed in hoc iudicio pater non fuit citatus ,mo
nitus,nec requisitus,ergo talis sentētia sibi non debet nocere.
†Quinto probatur illud,secundum quod dixi,quia posito sen
tentia lata cōtra filium patri preiudicaret,hoc est verum, si est
lata filio presente,secus,si contumace.Quod sic probatur.¶Per
hanc sententiam latam contra filium,tractatur de absorbēdo,
z perimendo iure patris in bonis suis sed sententia lata cōtra
vnum per ius alterius confunditur,z perimitur, z ita demum
aduersus alios suum operatur effectum,si est lata cōtra presen
tem,ff.de inoff.testam.l.¶Papinianus.ſ.meminisse,z l. qui repu
diantis.ſ.fi.eo.ti.ergo in proposito sententia lata contra filium
absentem patri non preiudicat. Sexto probatur sic. Nos tra
ctamus in questione nostra quod lata sententia contra filiū pa
rat fisco actionem contra patrem.¶Hoc premisso sic arguo,Quā
do ex sententia lata contra vnum paratur actio contra alium il
lud ita demum est verum,si sententia feratur contra illum pre
sentem,secus si contra contumacem,vt ff.de euict.l. si ideo C. de
peri.z commo.rei vendi.l.j.Sed hic est sententia lata contra fi
lium contumacem, ergo non debet fisco contra patrem actionē
parere.†Septimo probatur illud tertium,quod dixi,quod ve
ra confessio filij patri non preiudicaret,Filiusfa.confitendo,pa
ciscendo,iuramentum deferendo,vel alio modo patris cōditio
nem deteriorem facere non potest,vt ff.de solut.l.filiusfami.z ff.
de iureiuran.l.quanto magis.z C.de pact.l.filius,z C.de iureiu
ran.l.neque filius.Si ergo ponerem⁹ filium vere confessum es
se,talis confessio patri non posset preiudicare, ergo multo ma
gis non preiudicabit ista ficta confessio.†Octauo idem proba
tur sic,Certum est quod maioris authoritatis est dictum,z con
fessio alicuius deponentis,vt testis legitime recepti, quam sit
simplex confessio.Nam dictum testis preiudicat ei,cōtra quem
examinatur,vt in ti.ff.de testibus.z C.eo. Sed simplex confes
sio alicuius non preiudicat,nisi solum confitenti,vt ff.de inter
ro.act.l.si defensor.Sed de iure testimonium filij contra patrez
non valet,vt ff.de testi.l.idonei.z l.testis idoneus.z C.eo.l.parē
tes.Si ergo testimonium non valet,quod est maioris authori
tatis,multo minus admittitur contra patrem simplex confes
sio filij,ergo,ꝛc.† Nono probo illud quartum quod dixi,q⁹ po
sito quod sufficeret illa vera confessio,non tamen sufficit ista fi
cta,quod sic probo, Statutum,quod habet contumacem pro
confesso,aggrauat contumacem in hoc,quod contra eum suffi
cit leuior probatio,z sic sola contumacia habeatur pro confes
sione. ¶Hoc premisso sic arguo.Quando aliquis propter ipsius
dolum vel contumaciam aggrauatur,vt contra eum leuior pro
batio sufficiat,talis probatio solum ipsum contumacem aggra
uat,z suas vires contra alios nō extendit,vt patet in probatio
ne que fit per iuramentum in litem,vt ff.de in litem iur.l.j. z C.
quando ex facto tu.l.j.z de fideiuſ.l.fi.Sic in proposito ista cō
tumacia aggrauat filium,vt habeatur pro confesso,z sic ista fi
cta confessio non extendit suas vires vltra personam ipsius filij
contumacis,z sic patri non nocebit.†Decimo probo sic,Ficta
confessio vnius non extenditur ad personas alias, z si iure fisci
habeatur loco eiusdem persone,vt ff.de iure fisc.l.eius qui dela
torem.vbi si aliquis habeatur pro confesso,eo q⁹ delatorē cor
rupit,talis ficta confessio non transit ad heredes,vt eos aggra
uet,quanquam cēseatur vna persona cum defuncto.ergo in ca
su nostro talis ficta confessio filij non se extendit ad patrem,ꝛc.
†Undecimo probo sic,Verba statuti debent intelligi sm pro
priam significationē nō sm fictam,z improprie,vt ff. de exerci
ci.l.j.ſ.si is qui nauem.de leg.iij.l.non aliter cum simi.z q⁹ illud
q⁹ est fictionem non intelligatur in statuto, nisi exprimatur.est tex.z gl.ff.de neg.gest.l.iij.ſ.hec verba. Cum ergo
statutum dicat q⁹ filiusfa. commiserit maleficium, intelligatur
vere,z non ficte.Sed hoc casu eum vere commisisse non constat
ergo,ꝛc.

ADDITIO.

a **T**.**D**.**C**.Perusine.De ista questio,Bar.vide Bar.in l. cum fi
liusfamilias.ff.de verb.obli.z ibi vide apost.meam in prin.z vide
Alex.z Jas.plene z Andr.Barb.in l.si quis mihi bona.ſ.si qd
vero.ff.de acqui.here.in addi.Bar.z vide Alex.in cōsi. lxxxiij.
in iij.vol.z in consi.lx.visis dubitationibus.in eo.vol.versi.si ve
ro illud,vide Alexā.in l.sepe.xxj.colum.z in versi.ij.limita.ff. de
re iudi.

1 ¶ Statuti verba quando arctant patrem soluere condemnationem pro filio,qualiter sint intelligenda.

2 Sententia lata contra filium an z quando faciat fidez cōtra patrem.

3 Sententia lata contra criminosum in quibusdam criminibus habet effectum reuocandorum omnium bonorum alienatorum a die commissi criminis.

4 Sententia lata contra vnum alteri preiudicat quando est lata contra presentem,secus si contra contumacem.

5 Solutio ficta an sit sufficiens ad vandam actionem cōtra principalem.

Solutio. Domini nostri Jesu Christi nomine inuocato, Istam qōnem tangit Dyn.ff.quando ex fac.tut.l.j.z ibi videtur tenere,quod talis ficta confessio non preiudicat patri. Sed contrarium videtur innuere ipse idem de verb.obligat.l.cum filiusfamil.in princi.Ad pleniorem ergo intellectum nostre questionis,z solutionem omnium contrariorum dico iudicem debere verba statuti diligentius intueri.An verba statuti coarctent patrem ad solutionem condemnationis simpliciter, an sub conditione si filius commiserit maleficium,vt in casu nostre questionis proponitur.†¶Primo casu q⁹ verba statuti coarctant patrem simpliciter, verbi gratia dicit statutum quod in casu maleficiorum teneatur pater soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam ipsius filij vt vidi in multis ciuitatibus,z isto casu verba statuti nō requirunt quod filius commiserit maleficium, sed sufficit solum ipsum filium pro maleficio condemnatum,siue commiserit, siue non, z tunc pater tenetur,siue presens,siue ex contumacia fuerit condemnatus filius. Et isto casu proprie pater equiparatur fideiussori iudicatum solui,cuius stipulatio ex ipsa condemnatione committitur siue presens,siue contumax condemnetur, vt ff.indic.solui.l.prima.z l. iudicatum solui stipulatio expeditam, z l. cum quereb atur,in princip.coniuncta l.cum filiusfami.in prin. de verb.obliga.de fur.l.eum qui.ſ.an pater.que leges equiparant patrē fideiussori.Et isto casu procedunt due prime ratio

nes pro parte affirmatiua. Secundo casu quando verba statuti coarctant patrem conditionaliter si illius commiserit maleficium: vt in questione proposita tunc oportet quod de maleficio filij constet. † Et ideo est aduertendum, an sententia lata contra
2. filium faciat fidem contra patrem. Ad quod plene inuestigandum sciendum est, quod filium cõdemnari potest accidere quatuor modis. Quandoque enim filius se presentat, & maleficium negat & contra eum probatur plene. Quandoque filius comparet & negat, & contra eum nõ probatur plene sed probantur indicia sufficientia propter que ponitur ad torturam, & cõfitetur & condemnatur. Quandoque comparet & confitetur sponte, & condemnatur. Quandoque filius est contumax, & ex eius cõtumacia habetur pro confesso, secundum formam statuti, & condẽnatur, & hic est casus noster. De quolibet ergo videamus. Circa primum, quando filius comparet, & negat, & contra eum probatur, & condemnatur, tunc omissis distinctionibus quas ponunt docto. specialiter ponit, & refert Lyn. C. quibus res iudic. non nocet. l. prima quantum ad propositum dico quod quãdoque de vno maleficio plures condemnãtur, & pariter principales, & isto casu probatio cõtra vnum lata alijs non preiudicat, vt l. denunciasse, §. final. de adulter. Quandoque ex vno maleficio vnus conuenitur principaliter, ad alium vero peruenitur per quandam consequentiam, & contumacia, seu condemnatio vnius, que est preambulum executionis faciende in alium, ex quadam consequentia respicit principaliter commodum, & vtilitatem priuatam, & tunc probationes facte contra vnum, & sententia contra vnum lata alij nõ nocet: vt C. de fal. l. j. & quod ibi not. scilicet quod sententia lata contra matrem in accusatione de partu suppositio, non preiudicat filio in questione bonorum. Si vero illud preiudicium per quod peruenitur ad altũ ex quadam consequentia respicit vtilitatem publicam, seu bursam publicam, tunc probationes & acta facta cõtra illum principales, faciunt fidem contra illum, ad quem peruenitur ex quadã consequentia, casus est C. vbi caus. fisc. l. j. vbi sententia lata contra homicidas habet effectum confiscãdorum bonorum contra heredes, & ita intelligit glos. ff. ad Sill. l. in cognitione. pro hoc satis aperte facit C. ad l. Juli. maiest. l. quisquis. vbi sententia lata contra patrem habet effectum inferende pene in personas filiorum. Nec dicet aliquis, quod noua probatio delicti requiratur contra filios, sed satis est de hoc patrem esse conuictum, & condemnatum, vt ibi patet dum dicit, paterno enim debent perire supplicio, &c. † Pro hoc facit quod in quibusdam criminibus sententia lata contra criminosum habet effectum reuocãdorum omnium bonorum alienatorum a die commissi criminis, & sic preiudicatur tertio. d. l. quisquis. & l. fin. ad l. Juliam maiest. ff. de accusa. l. ex iudiciorum. ex presso extra de hereti. c. cum secundum leges. in fin. lib. vj. Et sic in questione nostra, cum ad patrem perueniatur per quandam consequentiam, & hoc respicit vtilitatem publicã, sententia lata contra filium & probationes facte contra eum patri preiudicabunt, per dicta iura vltimo allegata. Et licet hec sint vera, puto iudicem cautius, & consultius facere si eo tempore quo agitatur iudicium contra filiũ moneat patrem, vt interfit iudicio si sua interesse crediderit. per l. si suspecta. in prin. ff. de inof. test. & C. de litigio. aut. nunc si heres. tunc enim ei preiudicaret sine dubio: vt l. sepe. ff. de re iudi. vt no. in fi. per Ly. C. de aduo. diuer. iu. l. j. circa fi. ¶ Circa secundum, quando filius comparet, & negat, & contra eum probãtur indicia sufficientia, per que ponitur ad tormenta, & confitetur, & condemnatur, tunc idem puto quod hoc sufficiat contra patrem, per dicta iura que videntur velle quod sufficiat principalem esse conuictum. ¶ Pro hoc specialiter induco l. cum probatio ff. de proba. vbi videtur casus. ¶ Circa tertium, quando filius comparet, & sponte confitetur, & condemnatur, credo idem multo magis, vt d. l. cum probatio. & per alias leges allegatas. Nã si statur dicto cum tormentis, multo magis sine tormentis hoc casu cum filius interrogatur principaliter contra seipsum, l. j. §. diuus. & quod ibi not. ff. de questio. pro hoc de edil. edic. l. quero §. fi. ¶ Pro hoc quia confessio filij, & serui preiudicat patri, & domino, quando habet liberam administrationem peculij, vt ff. de iureiur. l. seruus quod detulit. cum duabus legibus sequẽ. hoc verum, nisi pater vellet probare contrarium, quod dic, vt no. ff. si ex noxali. cau. aga. l. secunda. §. j. vbi est no. gl. ad istud. ¶ Circa quartum, quãdo filius est contumax, & ex forma statutorum habetur pro confesso, & condemnatur: vt in casu proposite questionis, tunc dico quod talis ficta confessio, & sententia contra filium lata patri non preiudicat, sed est necesse, quod contra eũ probetur maleficium. ¶ Hoc probatur, quia ficta confessio etiam vbi de publica vtilitate tractamus, non egreditur personam eius qui habetur pro conf. isso: vt ff. de iure fi. l. eius qui delato-
4 rem. in prin. † Dicte regulle est regula quod quoties sententia lata contra vnum preiudicat alteri, illud intelligitur esse verum si est lata contra presentem, secus si contra contumacez: vt Lqui repudiantis. in fi. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. & de euictio. l. ij ideo. in prin. & C. de pericu. & commo. rei ven. l. j. in fi. ¶ Pro hoc induco glo. que est ff. de iureiur. l. duobus. §. j. super ver. solutionis. hoc modo. Sicut hic ex forma statuti peruenitur ad patrem sub conditione, si filius commiserit maleficium, ita de iure communi fideiussor agit contra principalez si solut.
5 vt l. Lucius. ff. man. † An ergo sufficit ad dandã actionem contra principalem quedam ficta solutio, scilicet iuramẽtum: Certe non, vt ibi notat. ¶ Pro hoc facit optime gl. insti. de nox. a. in fi. & per alias rationes, scilicet pro hac parte allegatas. Hoc tenet Ly. in simili. C. vnde vi. l. si quando. Hec curo isto casu, vtrũ pater fuerit sciens necne, qz quando sententia fertur contra cõtumacem, dicta distinctio scientie, & ignorantie non habet locum. C. de pigno. l. preses. & ibi no. Ad contraria ex predictis de facili apparet responsio.

¶ Disputata fuit hec questio per me Bar. de Saxoferra. minimum legum doctorem in felici ciuitate Perusij, anno domini Mccclxiij. mensis Januarij, me tunc ibi Digestum vetus ordinarie legente.

QVÆSTIO IIII.

1 Emptionis in contractu periculum rei vendite pertinet ad emptorem.
2 Emptor iure sufficit vẽditori prestare quod illud ius sit, nec curatur quod ex illo iure aliquid percipiatur.
3 Spes quando emitur, vel futurus euentus, si nil percipitur, periculum est emptorum,
4 Emens aliquam rem, non solum habet vtile dominium, sed & ille qui conducit ad non modicum tempus.
5 Emptio vna tantum est quando pretium vnum ab initio cõstitutur, licet prestatio sit diuisa.
6 Emptio non contrahitur si vendantur fructus, fructibus non natis.
7 Verbum potest, de sui natura quid significet,
8 Venditor in emptione & vẽditione consequitur etiam pretium, re amissa.

9 PUblicanus [a] quidam emit a comuni Perusij pedagiũ, & omnes fructus & vsufructus, reditus, & prouẽtus qui percipientur, & percipi poterũt per ipsum publicanũ ex ipso pedagio, & ex predijs, & molendinis dicti comunis, possessis in curia castri. Fossati, vsque ad x. ann. & non vltra. pro precio mille. lib. soluendarum quolibet anno. prout capit pro rata. Contingit quod vno anno propter guerram ex dicto pedagio nihil est perceptuz, & propter sterilitatem ex dictis predijs nil percepit, & propter insolitam superabundantiam aquarum dicta molẽdina, & edificia fũt destructa, nec possint reduci sine magna impensa, vnde ex eis similiter nihil perceptum est, queritur
1 an pro dicto anno debeat fieri remissio pretij, vel non. † Et primo quod remissio fieri non debeat probatur. Nã natura cõtractus emptionis & vẽditionis est, vt cõtractu celebrato periculi pertineat ad emptorẽ: vt ff. de peri. & commo. rei vend. l. id quod
ei. & l. necessario. in princip. C. eod. l. j. insti. de contrahen. emp.
2 cum autẽ. per Ly. cum sim. sed hic est huiusmodi: ergo, &c. Secundo probatur ex natura rei empte naz: quando ius aliquod emitur, sufficit venditori prestare quod illud ius sit: nec curat quid ex illo iure percipiatur, vt patet in emptione nominis, vel hereditatis, vt patet. ff. de hereditate vel actio. vend. l. si nomen. & l. cum hereditate. cum similibus. sed hic empta sunt iura scilicet pedagium, quod est ius percipiendi tantum a transeuntibus: vt C. de vectigali. & commiss. l. vectigalia. & C. vectigal. nova insti. l. j. in fi. Item est venditus vsusfructus qui est ius: vt l.
de vsufru. ergo non est curandum quid ex ea percipiat, sed fu-
3 ficit hoc ius constitutum esse. † Tertio probatur eodem modo. Ex natura rei empte quando emitur spes, vel futurus euentus si nil percipitur, periculum est emptorum. ff. de her. ven. l. quod si in venditione. & l. seq. & l. nomina. & de cõtrah. emp. l. nec emp. de ac. em. l. si iactum. sed hic empta fuit spes, seu futurus euentus: quod apparet ex eo quod dictũ est in cõtractu, scilicet, quo percipi poterunt, que verba significant spem, & futurũ euentum faciunt que de verb. potest. no. in l. j. in gl. in verb. alio testamẽto que incip. secus in milite. ff. de iniu. testa. l. j. & ibi no. Item apparet ex eo quod dicit pedagiũ, quod potest significare ipsius actu percipiendi: vt l. cum in plures. §. pen. & quod ibi no. ff. locat. & C. de vectig. & com. l. ex pscitatione. Sed quando ipse actus percipiendi emitur, semper videtur emi spes: vt d. l. nec emptio. de contrahen. empt. & l. si iactuz. de actio. empt. ergo periculus est
4 emptoris. † Quarto probatur ex lõginquitate temporis, quo

non so

non solum ille qui emit sed ille qui conducit ad non modicum tempus puta in x. ann. habet vtile dominium, vt ff. si ager vec. l. fi. de superfi. l. j. §. quod autem ait, sed si dominium emisset, nō esset dubium quod esset periculum emptoris: vt supra in primis alleg. ergo, ꝛc. †Quinto probatur ex vnione emptionis, constat enim quod hic pro omnibus annis vna est emptio propter vnū pretium constitutum ab initio licet prestatio fit diuisa ꝛ ppter vnam annoꝝ numerationem, vt l. cum eiusdem. ꝛ de edil. edic. de contrahē. empt. l. si duos. de in diem addic. l. si duo. de leg. j. l. si ex toto. §. si ita. ꝛ l. si Stichum. §. stipu. de verb. obli. Sed ꝛ si ponamus esse vnam locationem vnius anni ꝛ percipitur decima pars fructuum minus solito, certum est quod nō fiet remissio mercedis in aliquo: vt l. si vno §. cum quedam. ff. loca. ita licet decima pars fructuum totius temporis sit perempta, nulla fiat diminutio.

1 2 3 4 5

Contra, ex natura contractus locationis, ꝛ conductionis: que est, vt propter sterilitatē, ꝛ alios casus similes fiat remissio mercedis: vt l. ex cōducto. §. j. ꝛ l. si merces. §. vis maior. locati ꝛ C. eo. l. licet. ꝛ l. excepto. cum simi. sed iste est contractus locationis. Hoc sic probatur. Quādo dominium ad emptorem nō transfertur non pōt dici emptio ꝛ venditio: vt ff. de contrahen. emp. l. conuenit. ꝛ l. cū manu sata. §. si. instit. de loca. §. item queritur, sed hic est huiusmodi: ergo ꝛc. †Preterea ad idem quā do pretium soluitur annuatim, non potest dici emptio ꝛ venditio, vt not. C. de iure emph. l. j. Et hic est modus cognoscēdi emptionem, ꝛ locationem, vt ibi not. ff. de superfi. l. j. §. j. in gloss. super verbo, agendo. sic est locatio. ergo, ꝛc. †Secundo probatur ex natura emptionis, ꝛ vēditionis. Hā posito quod sit emptio, eius natura sic est, vt si fructus vēdantur, fructibus non natis emptio non contrahatur: vt ff. de contrahē. empt. l. nec emptio. de verb. ob. l. interdum. in prin. de cōd, ꝛ dem. l. j. in fi. sed hic fructus non sunt nati. ergo non est emptio, ꝛ sic pretium nō debetur pro illo anno. Tertio probatur eodem modo, scilicet, ex natura vēditionis, que est, vt si sub conditione fuerit celebrata, ad emptorem nō pertineat periculum conditione cessante, vt ff. de peri. ꝛ cōmo. rei vē. l. necessario. §. quod si pēdente. ꝛ de contrahē. empt. l. quod sepe. §. in his. sed ista venditio est contracta sub cōditione, quod patet ex illis verbis, qui percipi poterunt, que faciunt conditionem, adeo, vt eis non perceptis emptio non sit facta ꝛ pretium non debeatur, vt l. si debitor. §. verisimile. ꝛ de contrahē. emptio. de vino tri. ꝛ oleo lega. l. cum certum. ꝛ quod vulgariter dicitur relatiuum, quis vel qui, iunctum verbo futuri temporis facit cōditionem. l. Stichum qui meus erit, de leg. j. cum similib. †Quarto probatur ex significatione istius verbi, potest quod de sui natura non significat quandam possibilitatem, seu fortunam, sed requirit actum perfectum, vt l. si tabulibe ros. §. si quis sic acceperit. de statulib. facit de ver. sig. l. inter ilam. Et alibi verbum poterit, intelligitur rebus sic se habentibus. ꝛ eodem statu durante, vt l. quod Seruius. in fi. de cōdi. ob caus. ꝛ ibi no. sed hic est mutatus status, quia guerra, sterilitas ꝛ destructio edificiorū superuenit. ergo, ꝛc. †Quinto probatur ex identitate rationis. Nam que est ratio quod in emptione, ꝛ vēditione, vēditor consequitur pretium etiam re amissa, sed in locatione, ꝛ conductione sit remissio mercedis, glo. assignat vnam rationem, quia venditor certat de damno vitando. Nam si non haberet pretium, damnus sue rei pateretur. Sed locator certat de lucro, cum nihil de suo amiserit. Ita no. ff. loca. i. quero. §. itē cum quidam. post medium gl. magne. Et idem no. Rof. in tit. de act. ꝛ loc. circa fi. Certe in isto venditore est illa eadem ratio. ergo, ꝛc. Illam rationem assignant doc. sc. ꝛ q. de natura emptionis est, vt contractu celebrato res perpetuo sit penes emptorē, ꝛ eius sit emolumentum. Non est igitur mirum, si eius est periculum, sed de natura conductionis est, vt emolumentum sit cōductoris ad tempus, ꝛ ideo non debet inconueniens reputari si damnū sterilitatis vel simile communicat cum locatore, ad quē res locata debet peruenire, vt perpetuo sit penes eū. Et ita not. per Ly. C. loca. l. legem. sed in hoc emptore est eadem ratio, que in conductore, ergo, ꝛc. Illam rationem ponit Ja. Bur. q. ꝛ res vendita debetur, sicut spes, ideo eius interitu debitor liberat, vt l. si ex legati causa. de ver. ob. Sed in locatione debetur patiētia que est de futuro, ideoq; nec perire potest qō non est, sed q. per eum factum non est, nō tenetur ad interesse, sm mercedis remissionem, vt ipse no. in d. §. item cum quidā. sed in hac emptione est eadem ratio, que in conductione, ꝛ locatione, ergo, ꝛc. Et sic breuiter propter omnimodam similitudinem concluditur q illo anno debet fieri remissio pretij.

6 7 8

ADDITIO

a T. D. †Publicanus. De ista q. vide Bart. in l. fi. in prin. C. de pred. cur. li. x. ꝛ in l. ij. C. de iur. emph. ꝛ ibi apo. meam. ꝛ ibi etiaꝫ vide do. Jas. ꝛ vide Pau. de Ca. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publican. ꝛ ibi vide Bar. ꝛ Aler. in addi. ꝛ vide Barth. Soc. in consi. lxxxviij. ꝛ Aler. in consi. xcviij. ꝛ in consi. cviij. in iij. volu. ꝛ Pet. de anch. in consi. cccxv. ꝛ consi. cccc.

1 ☞ Contractus locationis qualiter cognoscatur a cōtractu emptionis.
2 Contrahendi ex modo inspicitur quis contractus sit.
3 Ciuitas quando vendit pedagium in quibus casibus sit fienda remissio pretij.
4 Refectio alicuius proprietatis si requirit magnam impensam ad quem pertineat, domino, an vsufructuario.
5 Vsufructuarius qua actione possit repetere expēsas per ipsum factas a domino proprietatis.

3 omne. ¶ † Quinto quando legatum est vnum non potest pro parte repudiari, & pro parte agnosci. l. ij. & l. nemo. nem. de lega. secundo cum simi. idem si sint pura legata, & vnum habet onus, aliud non, vt dicta l. sequen. ff. de lega. ij. Sed hic est vnum fideicommissum, scilicet quod bona distribuantur inter pauperes, & executores partem tantum distribuerunt, non totum ergo non valet. Preterea, distribuere est de emolumento, non aūt de onere hereditatis, & sic non valet, & heres non poterit conueniri.

¶ Sexto, quia isti executores videntur fideicommissarij vniuersales, vt dictum est, & infra dicetur, & ab eis potest dici relictum pauperibus. Illi ergo pauperes electi debent petere ab istis executoribus, non ab heredibus, nisi cessa actione. l. si legatarius. de legatis ij. & l. Imperator. in principio. de lega. secundo, que actio cessa non proponitur, ergo heredes conueniri non possunt.

Contra b Quod heredes dicti filij possint cōueniri, probat aliqs rōnibus directe cōtrarijs precedentibus, † Primo, In legatis & fideicōmissis relictis ad pias causas transit dominium ipso iure, nulla expectata traditione, vel restitutione, vt C. de sacrosanctis ecclesijs. l. fin. sicut ergo facta restitutione possunt pauperes eligere, & nominare, ita & nunc quādo facta est ipso iure, arg. C. ad Trebel. l. pen. ff. de cōd. insti. lque sub cōditione. §. fi. ¶ † Secūdo sic. Ille, qui habet potestatem aliquam eligendi a testatore, vel lege, pōt illum eligere etiā eo absente, quod patet q̄ sufficit q̄ eū nominet in testamēto, vt C. de secun. nupt. l. si quis priorīs. §. ceterum. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. fi. ues. Sed constat q̄s ea que fiunt in vltima volūta tē nō requirunt presentiā personē. non eīm refert cū quo quis lo quat, vt de leg. ij. l. miles. in prin. & l. cū pater. §. donationis. ergo patet q̄ non vitietur ratione absentie nominati. ¶ † Tertio sic. Quādo fit talis nominatio heredis, presentia nō est necessaria, quod patet, quia fit in testamento, vt supra. proxime dixi, ergo heredis presentia non est necessaria. l. no idcirco. C. de codi. hoc enim patet ex l. serui electione. in princip. cum gl. sua. de legat. j. vbi ponuntur omnia que requiruntur, vt valeat electio: tamen non requiritur presentia heredis. hoc etiam patet de dot. prele. l. Theopompus. ¶ Quarto sic. Isti executores sunt fideicom-
7 missarij vniuersales, vt dictum est. † Sed fideicommissarius pōt vnam rem ex tota hereditate petere. vt ff. ad Treb. l. restituta. in prin. vbi no. ¶ Item pōt petere, vt vna res alteri soluatur, vt l. seruo inuito. §. fi. ad Treb. ergo possunt pauperes in vna re nec vnimari, vel in certa quantitate. Sic ergo nominatio valet & here
8 des possunt cōueniri. ¶ Quinto † sic. Ille qui iussus est rem inter alios distribuere potest ipsius rei partem distribuere, & partem omittere, vt ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. sed si duos, vbi valet distributio facta in illos duos de familia licet in residuo non valeat. Ita in proposito, licet pro parte distribuerit, p̄ parte non, vz nominatio, & heredes conuenire poterunt. ¶ † Sexto sic. Isti, qui sunt nominati ab istis executoribus, videtur nominati in ipso testamento testatoris, vt ff. de legat. ij. l. vnum ex familia. in princ. §. si de Falcidia. & ff. de here. instit. l. asse. & sic heres poterit conueniri ac si testator ipse hoc expressisset, vt dict. l. vnum ex familia. in princ. §. si de familia. ff. de leg. ij. vbi videtur casus expressus.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Filium adultum. Alias incipit, Titius filium. de ista questione meminit Bar. in l. si quis Titio. in fi. prin. ff. de lega. ij. & ibi vide apostillam in l. hereditas. in fi. ff. de hered. instit. & ibi apostil. & vide Alex. in l. sed & si sic. in addit. Bar. ff. de leg. ij. & in l. fundi. in vltima addi. ff. de vsufruc. leg. & Alex. in l. j. §. Iz quoties. in prin. ff. ad Treb. & in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & in consi. iiij. in vij. vol. incip. attentis narratis. & in consi. lj. in eodem vol. incip. in casu presenti. Pet. Lot. in consi. cccxx. in ij. volu. incip. dubia quidem.

b ¶ Ad pias causas. Vide Jaso. in l. fi. versi. quinto habes. C. de sacrosan. eccl. vbi plene examinat istud dictum Bar.

1 ☞ Heredes vniuersales ante restitutam hereditatem possunt a legatarijs conueniri.

Solutio. Domini nostri Jesu Christi nomine invocato, ante omnia est sciendum q̄ tales executores videntur fideicommissarij vniuersales. Hoc est hi quibus hereditas vniuersaliter debeat restitui, nam si hereditas relinquitur pauperibus iure directo, & nullus heres instituat, dicti executores vicē heredis sustinent. vt C. de episcopis & clericis. l. si quis ad declinandam. extra de testamen. cap. cum tibi. & ibi per doctor. & per Joan. Andre. eodem titulo. in capi. cum Joannes. & in Specul. de instru. edit. §. nunc vero aliqua. versicu. & scias. Eodem modo si relinquitur hereditas per ndei commissum. vel omnia bona, vt in questione proposita ad pias causas, & non reperitur alius fideicommissarius vniuersalis, tales executores vim fideicommissariorum vniuersalium sustinēt Casus est de episcopis & clericis. l. nulli. circa princi. & in authē. de ecclesia. titu. §. si quis autem pro redemptione captiuorum.

a ¶ Secundo sciendum est, quod licet regulariter in vniuersali fideicommissarium non transeant iura & actiones, nisi facta restitutione. vt ff. ad Trebellia. l. facta. & l. restituta. & C. ad Trebellia. l. penulti. tamen quando fideicommissum vniuersale relinquitur ad pias causas, incontinenti trāseunt iura, & actiones sine restitutione, casus est C. de sacrosanctis ecclesijs. lege, vt inter diuinum. ibi enim loquitur si sit relicta hereditas siue legatum, siue fideicommissum. Ex eo quod dicit, hereditas, intelligo de iure directo, vel per fideicommissum, licet gl. intelligat iure directo. Sed non est ratio quare sic restringitur, & posito q̄s esset illud quod sequitur vel fideicom. intelligo particulariter vel vniuersaliter. Preterea in l. illa fit mētio de relictis, quod est nomen generale ad omne genus relicti, vt in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & in auth. de her. & fal. si vero nullus. in gl. super verbo, relictis. & ff. de here. instit. l. his verbis. & ibi not. & est expressum in auth. de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. vbi episcop⁹. qui est executor legitimus, vēdicat absq; restitutione aliqua. & licet d. l. inter diuini. loquatur quādo relinquitur ecclesijs. vel in redemptionem captiuorum, tamen idez iuris est si relinquitur ad aliam piam causam. in eo. titu. l. illud. & quod ibi not. & est expressum, quando relinquitur pauperibus. d. §. si q̄s autem pro redemptione. & sic huic electioni, & nominationi non obstat. quod est supra primum allegatum pro contraria parte. ¶ Tertio sciendum est, quod licet per tales executores om

nia bo

nia bona distribui debeant inter pauperes, tamē potest fieri distributio per res singulares, vel pretium earum dando seu assignando, vt C. de episco. & cleri. l. si quis ad declinandam, & l. nulli. & de leg. ij. l. vnū ex familia. §. sed si duos, vbi valet distributio facta in illos duos de familia. licet in residuo non valet, Nec obstat. de leg. ij. l. nemini. quia hoc non repudiatur pro parte, & pro parte agnoscitur, sed totum legatum, vt fideicommissum agnoscitur, agnoscendo in certa re, vel quantitate, vt l. restituta. in prin. ad Treb. Distributio tamen est facta pro parte, q non est prohibitum. Potest enim de voluntate fideicommissarij vniuersalis certa res vel quantitas solui alijs vt supra dixi, & probatur in l. seruo inuito. §. fina. ad Trebellia. Nec obstat quod hic non distribuit rem hereditariam, sed pecuniam; quia pecunia videtur esse in hereditate que est soluēdo, vt l. si pecunia. in prin. de legatis secundo, & l. propemodum, de verb. signi. & quod hec distributio possit fieri de certa re, vel parte, facit quod inter heredes potest fieri diuisio certe rei, vel partis alijs remanētibus, vt C. familie erciscunde. l. si filia. ¶ Quarto sciendum est, quando fit talis nominatio seu distributio, non est necessaria presentia persone nominate, nec presentia heredis q ex hoc poterit cōueniri, vt de legatis secundo. l. vnum ex familia. §. sed si duos. C. de secundis nup. l. si quis prioris. §. ceterum. vbi apparet quod potest fieri in testamento talis nominatio, ergo persone presentia non est necessaria, vt probaui supra in secunda & tertia ratione facta pro parte affirmatiua. & hoc dixi plene in l. secunda. de lega. secundo. ¶ Quinto sciendum est, quod ea que supra dixi, quod isti actores habentur vt fideicommissarij vniuersales, & quod habent actiones etiaz non facta restitutione, sunt vera ex priuilegio speciali in relictis ad pias causas. Nam de iure communi tales executores nō possunt agere, vt l. Lucius. §. Denia. ad Trebellian. Sed pauperes electi & nominati per eos possent de iure communi agere contra heredes, ac si testator eos specialiter in testamento nominasset. l. vnum ex familia. §. primo. & §. si de Falci. & §. rogo. de lega. secundo. & l. cum quidam. §. a filia. ad Trebellianum, de rebus dub. l. vtrum ita. §. cum quidā. Ex predictis in questione proposita concludo, & dico, quod si quidē dicti heredes restituerent hereditatem dictis executoribus tanquam fideicommissarijs vniuersalibus facere potuerunt, vt dictum est. & tunc dicti heredes conueniri a pauperibus nominatis non possunt: quia per restitutionem iam sunt liberati. ff. ad Trebellia. l. prima. in prin. & l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. quod est vtile scire, quia sufficit heredibus quod probent se restituisse istis executoribus vel episcopo, quando ipse est executor legitimus. Si vero hereditatē ipsi heredes non restituerint dictis executoribus, tunc ipsi heredes a dictis pauperibus nominatis, & electis in illa quantitate poterunt conueniri, q priuilegiū non aufert beneficium iuris communis. ff. de captiuis, & postlimi. reuersis. l. in bello. §. si quis seruum. & C. de secun. nupt. l. generaliter. §. his autem, qui. §. bene facit. & C. de legib. l. quod fauore. ff. de legib. l. nulla. ff. de reg. iur. c. qđ ob gratiam. lib. vj. & qđ ibi no. per Dynum. Unde cum de iure communi tales pauperes sic nominati possent conuenire heredes, posito qđ tales executores non haberent, vt fideicommissarij vniuersales, sicut habetur fauore pauperum, ita etiam pauperes poterunt modo istos heredes vniuersales cōuenire. ¶ Preterea heredes vniuersales ante restitutam hereditatem possunt a legatarijs conueniri, vt l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. ff. ad Trebel. & not. eo. titu. l. j. §. fin. an vltima gl. licet non, eodem tit. l. Marcellus. in prin. in gl. super verb. ad heredē. Nec obstat q supra dicitur in vltima ratione facta pro ista parte, q non videtur relictum ab ipsis executoribus, imo videtur relictum ab herede de iure cōmuni. Sed in priuilegium videtur concessum, vt ipsi executores possint petere, & ipsi distribuere, vt dictum est. Per hoc apparet responsum ad omissa argumenta co ntraria, &c.

¶ Disputata fuit per dom. Barto. de Saxoferrato, in ciuitate Perusij, anno domini Mecclxij. die xxj. Februarij.

ADDITIO.

2 Tho. Di. ¶ Secundo. Vide Alexan. in consi. lxxxij. incipien. perspectis. in ij. volu. & in l. centurio. vbi videas. ff. de vulga. & pupillari.

QVÆSTIO XIIII.

1 ¶ Testes qui non debent examinari, examinati non inducunt probationem nec indicium.

2 Officia repugnantia gerere vnus non potest, vt puta, vt, sit iudex, & pars.

3 Vider maleficiorum super accusatorum coram eo producta, quosdam testes ab accusatore non productos, neq; nominatos ex suo officio contra accusatū examinauit omnibus tū his solemnitatibus obseruatis, qui testes contra accusatum plene deponunt. Nūc queritur, an dictis testibus sit adhibēda aliqua fides, vel nō. Et pro parte negatiua quod nulla fides sit adhibenda, faciunt primo quod in facto iudici non sit permissa suppletio, & hoc sic, certum est quod parti que vult probare incumbit tale factum, & testes producere, & nominare, si vult probare. quod patet, quia ad hoc dilatio datur, vt probatur. C. de dila. l. j. de probationibus, at qui semel, & in authen. de testibus. §. quia vero multi. no. in glo. super verb. denunciatus. & ff. de arbitr. l. non ex omnibus. & C. de testibus. l. quoniam, & l. si quando. & ff. eo. l. producere. & istud nominare, & producere, constat esse factum, ar. ff. de curiurio. l. consilio. in fi. de conditio. & demonstrat. l. in factum. cum similij. Sed certum est quod in facto iudex non potest supplere defectum partis, vt ff. de officio presi. l. illicitas. §. veritas. C. ne que desunt aduo. parti. l. vnica. & ibi not. de feriis. l. ij. in fine. & predictis manifeste concluditur quod cum iudex in hoc nō potuerit factum partis supplere, q dicti testes non sunt legitime examinati, nec examinari debuerunt, & sic nullam fidem faciunt nullam dico, nec quo ad plenam probationem, nec quo ad indicium, vt ff. de questio. l. j. §. item senatus. & l. maritus. co. tit. & te

1 expresse not. quia qui non debent examinari, examinati nō inducunt probationem, nec indicium. Secundo hoc probatur officiorum repugnantia, seu contradictio. hoc sic. Unus non potest duo officia repugnātia gerere, vt puta, vt sit iudex, & pars, vt C. de postulā. l. quisquis. ne quis in sua cau. l. j. ff. ad Treb. l.

2 a quo. §. tempestiuum. de pac. l. si plures. & ibi not. per Bart. ff. de man. vin. l. an apud. Sed constat, qđ officium iudicis est, vt ei fiat probatio. ff. de proba. l. quinquaginta. & ibi plene not. C. de eden. l. procurator. de rei vēd. l. doce ancillam. C. de cond. ob cau. l. j. Sed in questione nostra iudex assumpsit sibi officiū partis, & officium iudicis. Nam est eadem persona ille qui facit probationem, & ille cui fit probatio, & sic cum officia sint repugnātia, hoc facere non potuit, si sic, ergo dicti testes nullam faciunt probationem, nec indicium, vt supra proxime dictum est. Ad hoc, quod lex dicit, accusatore non probante reus absolvitur, &c. quasi dicat, pars debet condemnari ex probationibus accusatoris. C. de edendo. l. qui accusare. sed hoc non probauit accusator, sed iudex: ergo, &c. ¶ Tertio hoc probatur. Actore non prosequente nominis rei facienda est abolitio. hoc sic. Quādo aliquis aliquem accusat, & aliquo casu accusationem prosequi impeditur, a lege precipitur, vt nomen rei de libro reorum aboleatur, seu cancelletur, vt ff. de accusatio. l. libellum. §. finali. & l. hi tamen. §. finali. & ad Turp. l. aut priuatim. §. primo. & C. si reus, vel acc. mortu. fuerit. l. fin. Ex quo apparet quod iudici non permittitur quod officium partis sibi assumat, & accusationem prosequatur, vt probet, qđ satis videtur expressum, vt C. de accusat. l. iij. Hinc est, q lex equiparat accusatorem nō reuertenti, & desistenti, vt ff. de mun. & hon. l. rescripto. §. si quis accusatorem. In questione ergo nostra iudex assumpsit sibi officiū partis, qđ est ei a lege interdictum, & quantum ad illos testes non productos videtur accusator quodammodo deinde, qđ patet expresse, q dicti testes non sunt legitime examinati, & sic nullam probationem faciunt nec indicium, vt supra probatum. ¶ Quarto hoc probatur, in officio iudicis inherens conditio, hoc est, officium iudicis habet tacitam conditionem si ab ipso iudice petatur, vt ff. de damno infec. l. quarta. §. in eum. de operis noui nunciatione. l. de pupillo. §. qui opus. de mag. conuen. l. prima. §. magistratibus. de cur. bon. dando. l. secunda. in principio. de hered. instītu. l. si quis instituatur. cum similibus. Sed in questione proposita a iudice hoc non fuit petitum, sed indebite hoc fecit ex suo officio, vt proponitur in themate, ergo cognitiones iste, que adhibentur in ciuilibus, & criminalibus causis constat officio iudicis conuenire, vt ff. de offic. assesso. l. prima. ibi not. in glo. in verbo cognitionibus. & in gloss. finali. de iurisdictione omnium iudicum. l. prima. cum similibus. Cum ergo hic non fuerit petitum quod debeat fieri, apparet testes non esse legitime examinatos, & sic nullam facere presumptionem, vt supra probatum est. ¶ Quinto probatur. In fauoribilibus predictorum non est facta concessio. hoc sic. In re nostro libertas omnibus rebus est fauorabilior. vt ff. de regulis iuris. lege, libertas. & lege, Iulianus. & lege, si ita. de manumiss. testa. & de re iudicata. l. inter pares. de necessa. ser. heredi. instītu. lege, cum quidam. cum similibus. Item constat penas & condemnationes esse odiosas, & restringendas, vt ff. de penis. l. interpretatione. & l. si preses. & l. absentem. de suspect. tutor.

he cum

he enim.z quod ibi no. Sed in libertate que est ita fauorabilis, nullius non petente seruo, cui est relicta fideicommissaria libertas, ad hoc admittitur, nec domino serui, nec iudici, vel alij hoc permittitur, vt ff. de fideicõmiſ. lib. l. sed z si alienari potest. in prin. ergo nec hoc hic iudex poterit pro accusatore, cum tractemus de alio puniẽdo. Si ergo iudex in questio. nostra examinauit, hoc fecit non legitime, ergo nullam fidem facit, nec indicium, vt supra probatũ est. ¶ Sexto hoc probat in specialibus casibus iudici facta permissio. hoc sic. Vbi aliquid est speciale in contrarium est ius commune, vt ff. de administra. tuto. l. prima. in fin. de legib. l. ius singulare. z quod ibi no. z l. in his. co. titu. z C. de testamen. l. si nõ speciali z priuilegio. sed est speciale in appel. vt iudex suppleat defectum partis in probationib⁹, z ex suo officio testes inducit, z alias probationes, vt C. de appel. l. amplio rem. post princip. z ibi no. in gl. super verb. adimplere. ergo, ꝛc. In contrarium est ius commune, vt in casu principali iudex nõ possit. Et quod hoc sit verum probatur expresse. C. de iud. l. pro perandũ. ſ. z si quidẽ. vbi accusatore absente lex mandat inspici infra. Et si sufficienter actum non est, iudex debet reum absoluere ab instantia iudicij, non autem põt ipse iudex ad recipiendum probationes ex suo officio procedere, vt ibi patet. Cum ergo hic iudex testes a parte non productos receperit, apparet q̃ non legitime, ergo non faciunt probationes, nec indicium, vt ſ. in primo argu. probatum est. ¶ Septimo hoc probat, per accusationem cessat inquisitio, hoc sic. Cum accusatio est instituta, z sic ordinarium auxilium, cessat inquisitio, que est auxilium extraordinarium, vt ff. de ope. nouꝰ nunc. l. in prominciali. ſ. primo. z l. si edibus. de mino. l. in cause. la ij. z quod no. per Dy. ff. de adul. l. si maritus. z extra de reg. iur. c. actus legitimi. li. vj. Sed hic fuit exhibita accusatio, ergo cessat inquisitio. Judex autẽ ex suo officio inducendo testes nil alind facit, nisi inquirere, q̃ non põt, vt iam dixi. propter accusationem, z etiam inquisitio nõ est permissa, nisi in certis casibus notatis in l. ij. ſ. si publico. de adult. Sic ergo iudex dictos testes non examinauit legitime, z sic non faciunt probationem, nec indicium. ¶ Octauo probat instrumentorum z testium equiparatio. hoc sic, Testes z instrumenta equiparantur, vt C. de fide instrumen. l. in exercendis. z ff. de verborum signi. l. notionem. ſ. instrumẽtorum. sed in instrumentis. hoc est, quod illa demum instrumẽta in iudicio probant, q̃bus pars dicit se vsuram, vt ff. de eden. l. j. ſ. edenda sunt omnia. C. de fide instru. l. si aduersarius. Quibus legibus videt expressum quod iudex instrumẽta in iudicio nõ possit producere, nisi pars vsuram se dicat. hoc expressius habetur in criminalibus, quod officium iudicis nullo modo extenditur ad faciendum in iudicio produci, nisi illa instrumenta que pars habet, tamẽ pro ducere vult. vt ff. de iure fisci. lege secunda. ſ. diuus. in fine. z no. C. de edendo. lege. is apud quem. si sic est in instrumentis, ergo idem in testibus. Cum ergo testes non sunt legitime examinati: ergo, ꝛc.

Contra scilicet quod iudex hoc potuit facere, z sic dicti testes faciunt plenã fidem, probatur per infrascripta iura. ¶ Primo hoc probat iudici permissa suppletio probationis. hic, Certum est q̃s plures sunt modi probationis inter quos est probatio per confessionem, de quo loquitur titu. de cõfes. ff. z C. z ff. de inter. act. per totũ. ff. de po. l. Publia. in fi. z ff. ad le. Aquil. l. proinde. in fi. z propter hoc sunt introducte positiones, z capitula, de quibus. C. de iur. cal. l. ij. ſ. q̃s obseruari. Idem est probatio partis, vt in tit. de testibus. Et istos modos probationis plene ponit glo. in authent. de testib. in princip. in glo. in verb. non aliter, que incip. non quod alie non sint, ꝛc. plenissime in Spe. de prob. ſ. fi. Sed iudex supplet circa confessiones interrogando ex suo officio, etiam vbi pars nõ potest interrogare, vt ff. de interrog. act. l. vbicunq̃, de legat. iij. l. Offidius. not. C. de iuramento calumnie. l. ij. ſ. quod obseruari. cir. fi. mag. gl. expressius extra de fide instrumento. cap. cum Joannes. per Specu. de dilatio. ſ. videndum. versic. item quid si, super certas confessiones. ergo videtur iudici data potestas supplendi circa probationem, ergo poterit ipse testes producere, quia isti probant. ¶ Secundo hoc probat iudici data facultas repetitionis. hoc sic. Paria sunt aliquid non esse, vel in obscuro esse, vt l. duo sunt. Titij. de testament. tuto. de lega. secundo. l. si quis seruum. ſ. inter duos. z l. cum ex pluribus. de manu. testa. de contraben. emp. l. in lege. cum similibus. Sed si pars testes producit, qui obscure deposuerunt, datur facultas iudici ex suo officio dictos testes repetere, ꝛ3 pars non petat, vel non possit petere, in authen. de testib. ſ. illud. in gl. magn. in verb. non habebit. que incip. imo videtur. z ff. de questio. l. repeti. z ibi tangit glo. z extra de restitutione, c. cum clamor. z ibi no. de proba. capitu. in presentia. Si ergo iudex ex officio suo potest reducere testes obscure dicentes: ergo z inducere de nouo eos, qui nil dixerunt, cũ sint paria, obscure dixisse, z nil dixisse: ergo, ꝛc. ¶ Tertio hoc probat potestas inquirendi testium conditiones. hoc sic. Non est dubium quod in testibus inspiciatur eorum conditio, vtruz vilis, vel nobilis, amicus, vel inimicus, cuius estimationis, vel opinionis sit. ff. de testib. l. neque. de questio. l. de minore. ſ. pen. C. de testib. l. etiam. z l. quoniam. z auth. si testis productus dicatur. z in corpore, de testi. in prin. ſ. j. Sed iudici data est potestas inquirẽdi de tali cõditiõe testiũ. mittẽdo pro vicinis, z aliis hominib⁹ honestis, z hoc ex officio suo, vt expresse no. ff. de testi. l. ij. in gl. super verbo. inimicitie, z in corpore de testibus. ſ. j. in glo. in officij causam. que inci. id est, artis laudabilis. z ff. de ma. cõuenien. l. j. ſ. si curatores. z ibi no. Ex quibus gl. manifeste colligitur, q̃s iudici est data a iure potestas inducendi de nouo ex suo officio testes in causa. si sic, ergo in questio. nostra tales sunt legitime examinati, z faciũt plenã fidẽ. Quarto hoc pbat ratio publice vtilitatis, hoc sic, reipu. interest, vt maleficia puniantur, nec remanẽat impunita. ff. ad leg. Aqui. ita vulneratus. de fide iusso. l. si a reo. ſ. fi. de iud. l. si lõgius. ſ. j. de interrog. act. l. qui seruũ. ij. respons. cũ sim. Sed in his, in quibus versatur publica vtilitas, iudex potest supplere de facto, etiam parte non petẽte, vt ff. de postulã. l. quos prohibet, z ibi no. de procu. l. filius. ſ. veteranꝰ. z ibi etiam no. ergo in questio. nostra propter hanc publicã vtilitatẽ, vt maleficiũ puniat, iudex potuit supplere defectũ partis, z testes inducere, z sic dicti testes faciunt plenam fidez. Quinto hoc probat potestas repellende preuaricationis. hoc sic, Judici est data potestas repellende preuaricationis in iudicio, vt patet. C. de aboli. l. ij. ibi, redẽpte miserationis, ꝛc. de preuarica. per totum tit. ad Turp. l. j. post prin. de his qui no. infa. l. Athletas. ſ. fi. Sed ne ille qui adest in iudicio, colludatur, vel preuaricetur, potest etiam inuita parte testes nominare, z producere, vt ff. de inoffi. testa. l. si suspecta. in prin. z ibi not. Ad q̃s facit in auth. de lit. ſ. hoc presenti posita. C. de litig. auth. nũc si heres. ergo in nostra questio. bene cõcluditur quod iudex, qui debet interesse liti, ne colludat, potest testes nominare, z inducere. Cum ergo hoc fecerunt, dicta eorum faciunt plenam fidem. ¶ Sexto, hoc probat ob iudicis sententiam cessatio conditionis. hoc sic. Illud, quod dicitur, quod in officio iudicis inest tacita conditio, si petatur, vt ff. de mag. conuenien. l. j. ſ. magistratus. z de dam. infect. l. iij. ſ. in causa. z dixi s. in ij. z iij. ratione pro parte contraria habet locum in his, in quibus iudex pretendere potest probabile ignorantiam. Unde si iudex sciret pupillum tutore carere, posset sibi dare tutorem etiam nemine petente, vt ff. de tut. da. ab his. l. illud. z l. seq. z ff. ex quib⁹ cau. in pos. eat. l. Fulcinius. ſ. adeo. licet gl. secundum vnaz opi, quam non firmat, aliter sentiat in l. hoc autem. in princi. in j. gl. tamen quod dixi tenent docto. hoc etiam probatur expressius C. de appellat. l. eos qui. ſ. apostolos. ibi, etiam non petente, ꝛc. ergo in nostra questione si iudex sciret quosdaz testes, quos accusator non producebat. per hanc scientiaz cessat illa tacita cõditio, si petatur, ergo etiam parte non petente potuit hoc facere, quod cum fuerint legitime examinati, faciunt plenam fidem. ¶ Septimo hoc probat examinatio facta post tempus contestationis. hoc sic, in questione nostra testes produci fuerunt examinati post litis cõtestationem. Nam regulariter post litis contestationem fit examinatio testium, licet in casibus fallit. vt C. de testib. auth. sed z si quis ab aliquo. z ibi not. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia, si deletum. de testi. l. curent. extra vt lite non conte. per tot. Sed in his que postea post litẽ cõtes. contingunt, iudicis officium multum potest, adeo quod partis petitio non requiritur, vt l. ediles. ſ. item sciendum. de edil. edi. de rei vendi. l. vtique. z quod ibi not. iudi. soluti. l. si seruus. de re iudi. l. si homo. cum simi. ergo in q. nostra. cum examinatio sit facta post tempus contestationis, quo tempore officium est corroboratum, z multum potest, nec expectatur partis petitio, iudex potuit predictos testes examinare legitime, ergo faciunt plenam fidem. ¶ Octauo hoc probat virtus potestatis, arqz interdicti. hoc sic, Tanta est virtus iudicis habentis iurisdictionem in suos subiectos, quod per eus eis potest queri actio ff. rem pupil. saluam fore. l. non quasi. C. quando mul. tut. officio fungi potest. authen. matri, z auie. z ibi no. sumpta ex corpore, vt sine prohibi. ma. deb. z cre. ſ. quia vero. z ibi not. z no. in authen. de excusat. tuto. z his qui conue. in princi. posita C. de lit. contestat. authent. libellum. z ibi etiam not. z no. C. de episcop. z cleric. authent. generaliter. hoc est quod dicimus, quod illud quod facit iudex, ipsa pars facere videtur, vt de actio. z oblig. l. ob causam. ff. de euictio. l. si plus. ſ. si iussu. vbi ex venditione facta per iudicem datur actio de euictione in partem, sufficit si ipse vendidisset. Ex his concluditur, si per iudicem potest queri actio parti, quod id, quod facit iudex, videtur facere pars ipsa, z non est dubium quod si ipsa pars produxisset di-

ctos testes, faceret plenam fidem. ergo in q. pposita pars ipsa videatur produxisse, z per ipsum iudicem, producente ei quera tur ius, z sic faciant plenam fidem. zc.

ADDITIO.

a T. B. ¶ Judex. De ista questione Bar. meminit idem Bar. in l. abolitio. C. de abolitio, z ibi videas. z in l. j. §. si quis vltro. ff. de questionib, z in l. si non defendantur. ff. de penis. z vide apost. ad Bart. in l. j. §. diuus. ff. de questio. vbi de contrarietate Bar.

1 ☞ Judex potest ex suo officio testes inducere, vt querat vtrum reus sit nocens vel innocens.

2 Judex super accusatione ex suo officio inquirit z inuestigat ve ritatem maleficij.

Solutio. Innocato nomine dñi nostri Jesu Christi salua opinio, cuiuslibet Doctoris, z Scho laris, qui melioribus rõmbus, z iuribus moueretur, z specialiter patris, z domini mei do. Ray. de Forli. cuius correctioni me semper submitto, dico testes esse legitime examinatos eisq; adhibendam plenaz fidē, z hoc p aliquas rationes, z iura pro hac parte alle. ¶ Hoc etiam probo euidētius p quasdam leges speciales. ¶ Primo p l. si non defendant, in fin. de pen. vbi casus. Haz ibi dicit q seruo accusato pmittit q ipse se defendat. Itē dño suo, vt eum defendat. Itē ipsi iudici ex suo officio, vt de innocentia 1 ipsius serui inquirat. † Patet ergo, q pōt ex suo officio testes inducere, vt querat vtrū reus sit nocens, vel innocēs. Itē si pōt p vna parte, sez pro innocente, ergo pro alia, ideo nanq; testis debeat dicere pro vtraq; parte, vt in auth. sed inder. C. de episc, z cler. ¶ Huic accedat gl. que est ff. de condi. ob turp. cau. l. iij. §. si tibi ob indicium, vbi dicit qd̄ inder ex suo officio pōt compellere aliquem, vt indicet malefactorē iz pars hoc non posset, ergo potest extraneas psonas in iudiciū inducere, vt malefactū deducatur in lucem. Itē de hoc vī casus C. de aboli. l. ij. vbi quis petit abolitionem, z sibi non concedit, z p consequens remanet accusatio. † Et tū iudex sup dicta accusatione ex suo officio inquirit, 2 z inuestigat veritatē maleficij, z sic poterit testes inducere. Ita vī intelligere dictam l. Ly. C. de accusa. l. ea quidē. in vlt. questio. Itē hoc videt determinari per tex. in auth. de tabel. in prin. vbi dicitur, q instrumentum erat productū, iudex ex offitio suo misit pro tabellione, z testibus, vt veritatem inquireret, dicit ibi gl. in verbo, veritatem, que incipit, optime sumitur, q iudex modis omnibus laboret ad inquirēdam veritatem. Et sic ex text. z gl. patet quod ex suo officio potest testes inducere, hoc etiā fortificatur ex l. j. §. fi. ff. de questio. vbi iz reus de crimine sit cōfessus, tamen iudex alios examinauit, vt certior efficeretur de ma 3 leficio, que examinatio ibi commendatur. Ad hoc optime facit, vbi videtur casus expressus extra de colluf. deteg. c. j. z c. ij. vbi iudex si de partibus suspicatur, potest ex suo officio diligeter inuestigare, z crimina indiscussa non pretermittere. Ad hoc accedat ratio publice vtilitatis, vt maleficia non remaneant impunita, vt in iuribus. S. alle. ¶ Ad rationes factas pro parte contraria respondeo. ¶ Et primo ad primum dico qd̄ iudex nō potest supplere de facto stando ei, qd̄ est sibi notum, tanquā vere esset probatū, z ita loquuntur illa iura. Sed si vult supplere iudiciali indagine faciendo dicta aliorum, pōt, z ita loquit questio nostra. Vel dic, q in his, in quibus versatur publica vtilitas, potest, vt dixi in quarta ratione facta pro parte affirmatiua. Ad fm respondeo q quis non pōt esse iudex, z pars, id est q quis iudicet de causa, de qua ad eū pertinet commodū. Hā tunc propie dicitur pars, vt l. j. §. in propria. ff. quando ap. sit, nō autem prohibetur iudex aliqua facere pro inuestiganda veritate, vt testes inducere, z similia. Ex quo patet quod non sunt officia repugnantia. Nam tunc nullo modo possunt conuenire in persona eiusdem, vt l. hec verba. §. ille, aut ille. ff. de verb. signific. z de reg. iur. l. vbi repugnantia. Sed hoc concurrit etiam in casibus, in quibus procedit ex mera inquisitione, ergo non sunt officia repugnantia. Ad tertiū dico, q in accusatore impedito est facta sola abolitio ab obseruantia iudicij, que paruū preiudiciū facit, cū alius admittitur ad accusandū ab accusatore, p sequente, licet negligente, si non probat, sequitur absolutoria diffinitiua, que magnum preiudiciū parat, cum alius non admittatur ad accusandum, nisi doceat de preuaricatione, z ideo datur maior facultas iudici, quia maius periculum. Et hoc declarabitur ex his que dicam infra in solutione sexti contrarij. Ad quartum respondeo, quod verum est in his, que non sunt iudici nota, alias secus, vt patet in sexta ratione pro parte affirmatiua. Vel dic, quod illud verum in officio nobili iudicis, secus in mercenario, quod deseruit accusationi proposite, tūc non requiritur partis petitio, vt patet in interrogationibus, z similibus. ¶ Potest esse ratio, q cum accusator petit in libello accusatum condemnari, vī petere quod omnia faciat inder. per que possit peruenire ad dictam condemnationē. Ad quintū rñdeo, q verū est q non permittitur nisi seruo, z alij, cuius interest, vt ibi patet, Sed iudicis interest purgare prouinciam malis hominibus, vt l. congruit. ff. de offi. pref. zc. Ad sextum dico q specialis est in cā appellationis, ideo q sententia, que inde prosequitur, omnino parit plenū preiudiciū, cum sententia, vel infirmatiua vel firma remanebit. ¶ Idē etiam dico in cā principali, in casu in quo contra absentem iudex procederet ad diffinitiuam. q z absente posset probationē ex suo officio inducere, vt prz. C. qui z qñ inder. auth. qui semel. ibi, perquisita veritate, zc. Ita ergo in casu proposito cum debeat ferri diffinitiua, licet vtraq; pars sit presens fauore publice vtilitatis, posset iudex inducere ex officio suo. In ciuilibus autem hoc vtraq; parte presente non crederem indistincte, q hic non examino. Ad septimū respondeo q argumentum procederet si iudex ex suo officio nobili inhoret nouam inquisitionem, qd̄ non posset. Sed hic testes inducit ex officio mercenario, q deseruit accusationi proposite, q officium concurrit cum omni accusatione, vel actione proposita, vel posset negari argumentū, fm opinionem aliorū recitatam per Ly. de accu. l. ea quidem, zc. Ad octauum dic q prime leges inducuntur in ciuilibus causis, z vtraq; parte presente, questio nostra in criminalibus, in quibus vertit publica vtilitas. Ad l. §. diuus, rñdeo, q fisco in ciuilibus, z criminalibus debent esse instrumenta, z sic teneo secundam solutionem ibi posita[m] in gl. z etiam in l. is apud quem. C. de eden, z secundum illum casum facit pro me ergo, zc.

¶ Disputata per me Bar. de Saxoferra, actu Infortiatum legentem in ciuitate Pisarum, sub anno domini Mcccxij. die ix. mensis Februarij.

ADDITIO.

a T. B. ¶ Tamen inder. Ho. qd̄ iudex ex officio potest recipere testes ad coadiuuandum accusationem. Vide etiam Bald. in l. presbyteri. C. de epis. z cler. z Bellum de sancto Hem. in suorecta. de testib. in ver. debet iudex inquirere.

QVÆSTIO XV.

1 ☞ Pena quando est imponenda ex aliquo delicto, tunc inuisa debemus inspicere.

2 Principalis dicitur qui tractat de homicidio, z alij dicuntur accessorij.

3 Mors quando ex pluribus factis sequitur ex primis actibus, quis veniat puniendus.

a **Statuto** ciuitatis Lucane cauetur, q qui cunq; interfecerit hominē in ciuitate, vel in territorio capite puniat, z medietas omnium suorū bonorum applicetur cōi, alia medietas heredibus interfecti. Item quicunq; ordinauerit, vel tractauerit in ciuitate, vel territorio, qd̄ aliquis interficiatur si malum fuerit subsecutus, predicta pena puniatur. Demum quicunq; b ciuitate ordinauit hominem interficere, quē extra territorium propriis manibus interfecit. Modo queritur an saltem tanquā ordinator predicta pena veniat puniendus? z q veniat puniendus probatur. Et primo sic, q cunq; habent locū verba statuti, statutum debet habere locū, vt l. j. §. si is qui nauem, de exci. z de leg. iij. l. non aliter. cum simi. Sed hic habent locū verba statuti, q[z] in ciuitate fuit ordinata mors, z postea est subsecuta, non vī ergo dubium q veniat puniēdus. ¶ Sed o sic, q ad perfectionem vnius actus concurrunt due cause, quarum vna potentior altera, debemus inspicere potentiorem causam, vt queritur. ff. de statu homin. z de auro z argento lega. l. z si minimus. §. peruentamus. sed ad pfectionem huius studij concurrunt duo, sez ordinatio z factuz. Sed ordinatio est potētior pars, q probabo. ergo illam debemus inspicere. Quod ordinatio sit potentior cā. probatur. Nam pro homicidio inconsulte facto quod non punit. l. Cornelia. de sica. Sz si quis voluerit interficere hominem, iz non interfecerit, punitur, vt ff. ad leg. Cornelia de sicariis. l. j. §. diuus. z C. eo. l. is qui cū telo. ¶ Tertio probo sic. Ver ad locum est bona argumētatio, vt ff. de ver. ob. li. l. quoties. diem. cū l. seq. de triti. l. fi. z fi cer. per. l. vnū. Sed in tpe est q hodie voluit hominē interficere, nec potuit, postea eū interficere, quod statim videor interfecisse, vt not. ff. de adulter. l. quod ait in fine. Cum ergo in ciuitate tractauerit hominem interficere, licet illum extra territorium interfecerit, tamen in ciuita-

videtur eum interfecisse, & sic videtur quod etiam tanquam homicida pro dicta pena statuti veniat puniendus. Quarto probo sic. Quoties in persona eiusdē cōcurrunt plura iura, debemus iudicare perinde ac si concurrerent in diuersorū personis, vt ff. de ædil. l. si consul. & de offic. præto. l. ij. & de his qui pro tutor. l. tutorem. cum simi. Sed non est dubium quod si vn⁹ ordinasset, & alius interfecisset, quod ordinator veniret puniendus, quia casus est statuti, non obstante quod homicidium fuerit commissum extra territoriū, vt ex his que, ſ. dicam apparebit. ergo cum ista ordinauerit, & tractauerit, saltem tanquam ordinator puniat. ¶ † Quinto probo sic, Quādo tractat de pena imponē
1 da ex aliquo delicto, tunc initium debemus inspicere. ff. de pe. l. ſ. in princ. & C. de falſ. l. ſi quis decurio. in ſi. & no. ff. de nego. geſt. l. Pomponius in negotijs. in prin. Sed principium huius delicti fuit in ciuitate: ergo debemus ipsum inspicere: & sic homicidam condemnare. Sexto probo sic, de iure, hoc est, q̄ licet vnus actus veniat ad perfectionem alterius: tamen si ille actus esset sufficiens per se ad pariendam actionem, eam parit. Nam si delatum fuit iuramentū: & ex eo fuit lata sententia: ex vtroq; nascitur actio secundum opi. gl. vt ff. de iureiur. l. nam postea. ſ. fin. & C. so. tit. l. j. & ibi no. Cum ergo hic peruenerit ad perfectionem homicidij, dicimus hunc homicidam in eorum ordinatione que per se esset efficax, vt ō. dictum est posse puniri. ¶ Septimo de tempore ad locum licita est argumentatio: vt dictū est. Sz hoc est quando aliqua dispositio collata est sub conditione que cōsistit in facto q̄s difficulter fit, tunc quocunq; tempore impletur non refert, vt ff. de condi. & demon. l. conditionum que in futurum conferuntur, & plene no. eo. tit. l. ij. & C. de inſti. & ſubſti. l. ſi quis heredem. Sed dispositio huius statuti confertur sub tali conditione. Nam dicit q̄s qui ordinauerit in ciuitate, vel territorio, puniatur predicta pena, & hec dispositio, scilicet si maleficium fuerit subsecutum habet conditionem consistentē in facto difficili, ergo quocunq; loco impleatur, non refert arguendo de tempore ad locum. ¶ Octauo probo sic, quotiescunq; lex disponit. ſi aliquid factum sit, tunc non refert a quo illud sit factum, vt ff. de peti. hered. l. item veniunt de quo consueuit dici, ff. de verb. obli. l. cum seruus. sed cum hoc statuto dicatur ordinatorem debere puniri, ſi maleficium fuerit subsecutum, nō debemus distinguere a quo sit factū, ergo est puniendus. Et istud argumentum complet argumentum supra proxime, nam supra probatur quod non refert quo loco hoc p̄batur, q̄ nō refert a quo. ¶ Nono, quando tractatur de vindicta publica, tūc licet plura facta habeantur pro vno, tamen ex quolibet per se venit imponēda pena, vt ff. de iurisdictione omn. iudic. l. ſi familia. Sz certū est, q̄ hic tractatur de iniuria publica vindicanda, q̄ publicum iudicis officium est, vt ff. de public. iudic. l. j. & quia publice vtile est, &c. ergo licet alias ista plura facta habeantur pro vno, tamen habentur nunc pro separatis, vt sic ex vtroq; possit puniri: ergo punitur ex ordine tanquam ordinator. ¶ Decimo probo sic, quando ex diuersis factis descēdunt plura maleficia: vel, quod plus est, quando ex vno facto descendunt plura crimina, in primo ex vtroq; venit puniendus, in secundo erit in electione actorum. Primum p̄batur ff. ad legem Aquil. l. illud. ſ. j. & de prædic. l. nunquam plura. cum simi. Secundum p̄batur ff. de publican. l. j. ſ. inde quæritur. vi bo. rap. l. j. ff. arbo. fur. cæſa. l. j. cum simi. Cum ergo sunt plura facta, scilicet ordinatio, & factum ex vtroq; debet detineri, vel saltem, ex quo velit actor.
2 ¶ † Undecimo, p̄bo sic, & primo p̄mitto quod ille qui tractat de homicidio, dicitur esse principalis, alij dicunt accessorij, arg. C. de accu. l. non eo minus. & ff. de iniur. l. non solū. in prin. sue gl. Hoc p̄misso sic arguo, quando principale & accessorij cōcurrunt in persona eiusdem, tunc principale est inefficax, & in accessorio potest agi, vt ff. de fideiuſ. l. heres a debitore. ſ. quod ſi fit, ver. nec is. & nota. eod. tit. l. generaliter. Cum ergo hic ex homicidio non possit agi, q̄ in alterius territorio factum dicimus, q̄s puniatur extraordinarie. ¶ Duodecimo, & vltimo, in honorem duodecim Apostolorum. De hac q. videtur casus de verbo ad verbum, quod non obstante quod in alio loco sit factū homicidium puniatur, vt ff. de adult. l. & si amicis. vltimo respon. Item non obstante quod fecerit ipse, vel alius, vt ff. de verb. ſignifi. l. ſepe. in ſi. cum gl. ſua, que est victima. Item videtur casus. C. vbi de crimi. agi oportet. l. prima. & pro determinatione huius questio, facit questio, quam format Ly. in dicta l. prima. C. vbi de crimi. agi oportet.

Contra & primo sic. Q̄ aliq̄d sit in vno loco, & eius effect⁹ conferri in alio locū, ibi factū esse vr, vbi confert effectus. Item ſm statutū, & consuetudinē ill⁹ loci est iudicandū. ¶ Primum probat ff. de act. & obl. l. cōtraxisse. & de bo. autho. in. pof. l. ij. & no. C. vbi cōe. op. q̄ cer. lo. da. prin. l. j. Secundū p̄bat ff. de iud. l. exigere. Sic ergo in q. nostra cū tractatū sit in ciuitate, vel in eius territorio, & effectus collatus sit in alterius territorio, ergo non debemus eum punire secundum statutū ciuitatis illius. ¶ Secundo p̄bo sic. In publicis iudicijs initiū non spectatur, vt l. penul. ff. si ex noxa. caus. aga. secundum opin. glos. licet quidam reprobent eam, sed homicidiū publici iudicij est, vt l. j. ff. de publi. iud. ergo non spectabimus eius initium, q̄s fuit in ciuitate, sed finem qui fuit extra territorium, & sic non poterit puniri tanquam ordinator. ¶ Tertio p̄obo sic. Clausula precedens intelligitur repetita in sequ. vt l. j. ff. de reb. dub. & de verb. oblig. l. Titia. præsertim cum apponitur dictio repetitiua, de quibus est dictio itē, vt p̄batur ff. de lega. ij. l. in repetendis. & l. ſi pure. cū multis ſi. Cū ergo in statuto sit apposita dictio item, & postea sic dictū maleficium fuerit subsecutum, debemus intelligere in ciuitate, vel in territorio. Cū ergo secutus sit alibi, non debet de illo tractatu puniri, & vt expresse casus Inſti. ad leg. Aqui. ſ. ex hoc tñ capite. in ſi. ¶ Quarto, p̄bo sic. Sicunq; obligatio principalis, & accessoria concurrunt in persona eiusdē, tunc accessoria occultatur, & principalis remanet, hoc p̄batur ff. de duobus reis. l. ſi reus. & de fideiuſſ. l. generaliter. & l. Aranius. Cū ergo hoc tractauerit ex quo ille q̄ tenetur, accessorie tenetur, & interfecerit, ex quo q̄s tenet principaliter, dicimus solum de homicidio teneri, & non de ordinatione, & sic vigore huius ordinamenti in ciuitate non possit puniri, nec alibi, vt dixi supra, in vndecima ratione, & vt dicam in
3 solutione earū. ¶ † Quinto & vltimo, q̄s ex pluribus factis sequitur mors, ex primis actibus, quis non venit puniendus. sed solum ex morte, vt ff. ad leg. Aqui. l. illud, in fine. & eod. tit. l. ſi plagis. in princip. cum simi. Cum ergo ex tali ordinamento sit secuta mors ab eodem facto solum de morte debet puniri, & sic vigore huius ordinamenti in ciuitate non puniatur.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Statuto. De ista questione Bar. facit mentionem idem Bar. in extrauag. qui sint reb. in ver. rebellando. in verſic. ex predictis patet. & Bal. in l. j. C. de hered. inſti. vbi dicit, quod Bar. disputauit istam q. Pisis, & vide Bald. etiam ibi. & adde ad Bar. hic que ponit Alexan. in l. Gallus. ſ. ille casus. ff. de liberis & poſthumis. & Pau. de Ca. in l. ex facto. ſ. ex facto. in ſi. ff. ad Treb. & vide q. quam ponit Bart. in l. ſi vt proponit. ff. de fideiuſ. & que ibi ſcripta sunt per Alexan. de Imo. in addi. & ibi apoſt. meam.

b ¶ Quem extra territorium. Vide q. quam ponit Pau. de Ca. in l. quicunque. C. de ſer. fug.

1 ¶ † Ordinatio ſola non est potentior causa, niſi ad aliud perueniatur.

Solutio. Christi nomine inuocato dico talem occidentem pena illius statuti non esse puniē dum per iura supra alleg. & specialiter per duas vltimas rationes. Ad hoc etiam induco leges dicentes, q̄ non debemus ispicere conditionem, que est tempore contractus, sed que est eodē tempore quo actio sumpsit effectum, vt ff. ad Macedonia. l. ſi fi liusfamilias. ſ. fina. & l. ſequen. & l. contra. que leges videntur decidere hanc questionem considerando rationes earum. Preterea, cum aliquid statuitur simpliciter, videtur dicendum de eo qui est in territorio l. cum vnius. ſ. is qui. ff. de bo. autho. iudi. poſſid. Cum ergo simpliciter dicatur ſi maleficium fuerit, subsecutum, intelligendum est, scilicet in territorio. ¶ Ad argumenta contraria respondeo, & dico quod non obstat primum quod dico quod illud habet locum ſi talia verba non reciperent limitationem, & declarationem a iure. Nam statuta bene recipiunt interpretationem declaratiuam, & restrictiuam. l. vt gradatim.
1 ſ. & ſi lege. de mune. & honori. & l. ij. C. de noxa. ¶ † Nō ob. secundum argumētum, quia dico quod ordinatio ſola non est potentior causa niſi ad aliud perueniatur, nec in questione nostra ponitur quod in ciuitate vel territorio ad aliquā aggressuram perueniret, arg. eorum que not. in l. ſi quis non dicam. C. de epiſcop. & cleric. & l. qui ea mente ff. de furt. ¶ Non ob. tertia ratio, quia in d. l. quod ait. peruenit ad actum immediatū, scilicet ad aggressuram, at in q. nostra peruenit ad actum remotum, scilicet ad ordinationez. Vel aliter, ler illa loquitur quando habet locum illud, quod vertitur in fauorem rei, secus ſi in odium, vt in q. nostra. Vel aliter, quod dicitur, de tempore ad locū est bona argumentatio, dico verum, quando eadē est ratio: hic est diuersa ratio: nam omni tempore statuitur, non omni loco. ¶ Nō obstat quarta ratio, quia habet locū quando sunt iura pariter principalia, secus ſi vnum principale, aliud accessorium, in q. no stra hanc solutionem facit text. in l. ſi reus. ff. de duobus reis. ¶ Non ob. quinta, quia ſecundum glo. illud habet locū in 'pri

uatis delictis tñ. Vel aliter principale dicitur ibi tempus delicti, non tempus ordinamenti. ¶ Non obst. sexta ratio, q̃ opi. gl. est falsa, vt no. per Ly. C. de iureiu. l. j. vel aliter. i bi vnusquisq; actus posset parere actionē, hic non. Nam ex solo ordinamēto non secuto interitu quis non punitur, vt ff. de ver. sig. l. semper in stipulationib⁹. cū infinitis similibus. ¶ Non ob. septima ratio, q̃ verū est qñ nō refert quo tpe fiat, si tñ fiat, sicuti debet. vt ex supradictis apparet. ¶ Non ob. octaua, q̃ dic, vt yo. p Dy. in d. l. cum seruus. Vel aliter dic, non refert a quo fiat, si omniū faciētium eadē sit ratio. Sed hic est ratio diuersa, q̃ diuersi de ne possunt teneri, vnus principaliter, alter accessorie, sed vnus non. ¶ Non obst. nona ratio, q̃ specialiter est in albo pretoris, vel vt ibi not. ibi sunt plures persone, hic vna tantum, que deliquit. ¶ Nō ob. decima, q̃ dico q̃ verum est qñ descendūt plura crimina pariter principalia. Vel aliter dic, q̃ est verū, quādo vnū factū non tendit ad perfectionē alterius, per illud. ad l. Aquil. Non ob. vndecima, q̃ principale non est vtile, cū possit puniri de iure cōmuni. l. j. C. vbi de cri. agi opor. & per l. deserto. in prin. ff. de re mil. Si opponis q̃ saltem quo ad bona inutile est. dico q̃ cum cā bonorum veniat accessorie, de his cum rare nō debemus. l. iij. C. si pen. app. mors interuenerit. Non ob. duodecima ratio, & primo non obstat l. & si amicis. si pluralitas personarū tollit cōtrarium. Nā si ego prebui domū, & illi tractarent de adulterio, & postea illi fecissent alibi, ego tamen teneor, secus si pro meipso de adulterio tractassem: nam tūc possum teneri de lenocinio. Item non ob. l. sepe. in fi. cū sua gl. ff. de verbo. sig. q̃ non dicitur, q̃s ille qui fecit furtū, teneatur tanquam prestans opem: q̃ non posset teneri ad vnum tanquā principale, & accessorium. Item non ob. C. vbi de cri. agi opor. l. j. q̃ fm primam lec. facit pro me, fm secundā non obstat, q̃ ibi in locū violente fuit delictū perfectū, & cōsummatū, nam ibi amisit possessionem. secus in questio. nostra. nam in ciuitate vbi ordinamentum factum fuit, nō fuit aliq̃s factum perfectum. nam ex solo ordinamento non poterat oriri actio, siue accusatio.

¶ Hanc questionē disputauit do. Bar. in scholis do. Ja. But. Anno domini Mccclxxiij. die xv. Decemb.

QVÆSTIO XVI.

☞ Iudex non potest decernere q̃s pupilla alatur apud eū, qui eius pudicite possit insidiari.

Gallus. per totam legem. Si ergo destruitur consequēs, quare non pariter destruitur antecedens, quare non pariter diliguntur nec paribus caritate & voto irrigantur, nec ergo filij appellatione nepotes continentur. Pari ratione probatur, & in qualibet successione ab intestato: hereditates enim ex tacita voluntate & affectione morientium deferuntur, l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & l. j. §. fi ff. de legatis iij secundum hoc voluntas videtur inspicere secundum plus & minus successores & secundum ordinem gradus in authentica. defuncto. ad Tertyllia. & in authen. cessante. & in authen. post fratres. C. de legitim. here. & in authē. de here. ab intest. §. j. & §. fi vero. & l. Titio & Mevio. §. ij. & l. post emancipationem. §. idem queritur. de legatis iij. Cum igitur sit filius primo gradu, nec pariter succedat nepos, cum ergo nec pari affectio ac dilectio, ergo nec pariter sub filij appellatione continguntur. Nono probatur sic. Consuetudo est altera natura. ergo idem est ius. & potestas consuetudinis & nature. vt C. de probationib. l. actor. & l. j. §. j. ff. de aqua pluuia arcen. & de liberis & posthu. l. si quis. sed naturalis sensus rei dat nobis proprium intellectum: ergo & consuetudinarius inerit nepotis appellatione ergo & proprius. vt dicta l. quod si nepotes. & Instit. quibus mod. da. tut. posse. §. fin. ¶ Decimo sic, vbi dubitatur de significatione verbi, vel legis. consilium nobis est recurrere ad intellectum nobis ex consuetudine datum, l. si de interpretatione. & l. nā Imperator. ff. de legi. in fin. & C. de epis. audi. si lenones & ff. soluto matrimonio. l. dos a patre, sed vbi dicit lex de principe, quare recurrerent ad consuetudinem, & eius intellectum, si non seruauerimus ipsum. vt C. de legib. l. fina. & l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum pet. Sic ergo secundum consuetudinem & eius intellectum reciamus nepotem, filiozum appellatione contineri. Vltimo probatur per leges expressas, que dicunt significationē rei dari ex cōmuni appellatione. l. Labeo. de supel. leg. l. cum de lanionis. §. asinam. de fund. instru. & statutum dicit ad vulgarem intellectum. Item videtur probari sic. Non videtur verbum prolatum significare, quod veridice non est agitatum. etiam si verbum videretur prolatum, dicta l. Labeo. in fi. l. Iam hoc iure. de vulga. & pupilla. de mune & ho. l. vt gradatim. §. & si lege. & de iniusto testa. l. in testamento, sed si communis appellatio in hoc tollit mentem, vt sibi propriam, remanebit verbum inutile, velut sine mente prolatum, quod ad nepotes non porrigitur.

In contrarium Quod hoc beneficium porrigatur ad nepotes ex filio, probatur sic. Primo dicit lex quod ex allusione vocabuli datur proprius verbi sensus. l. secunda. §. appellata ff. si certum peta. l. Pupillus. §. territorium. ff. de verborum significa. & eodem tit. l. signi appellatione. & C. de episco. & cle. l. decernimus. & ff. de testa. l. j. Si ex allusione verbi huius filius continetur, continetur & nepos, cum dicatur filius, a philos, quod est amor, & eadem amoris causa ad nepotem vt ad filium. l. liberorum. §. sed quod Papinianus. de verborum signifi. ergo ex propria verbi interpretatione continet filius nepotem. Igitur & in dicti statuti beneficio continetur. vt authen. de non. elig. secun. nub. §. cum igitur. de legatis iij. l. vxori. §. concubine. Secundo probatur coniungendo leges & glossi. sic: dicunt iura, Aiunt tractatur de proprio verbi significato: & secundum id filius continet nepotem. Si autem communi appellatione, & tunc non continet. & sic concordantur dicta l. liberorum §. sed quod Papinianus. & l. si nepotes. §. alleg. & institu. qui da. tut. pos. §. ceterum si filios. Tertio sic probatur quod intellectus, qui habetur ex communi appellatione est intellectus figuratus, sic probat dicta l. Labeo. cum sua gl. ff. de sup. leg. Ex hoc igitur sic arguo, sicut se hz figura rei ad rem, sic intellectus figuratus ad proprium. sed figura rei non est ipsa res figurata. vt C. de iure aure. anu. l. ij. & de Lati. liber. tol. l. j. in princ. & Instit. quib. mo. tol. obli. §. est autē. & de reg. iu. l. imaginaria. ergo nec intellectus est ille proprius, qui figurat. Si non proprius: ergo nec in statuto sequēdus. Sic ergo patet ad sensum figurā hominis hz aliquid representet. non tamen est homo: sic acceptilatio, hz sit imaginaria solutio, nō tamen est solutio. Quarto probatur sic. Et si ex huius appellatione, ex communi vsu. & ex communi appellatione datur aliud intelligi, & representatur. nō tamen est idem cū eo qō intelligitur, & representatur ex illo. nec tamen idem qz significat, vel per modum significati cōprehendat speciem. nec est. nec esse potest. Item dicit lex quod vtimur empto pro vendito. & nunquam sequitur quod ex significatione vnius vnum cōprehendat aliud. Certe nemo dicit. nec vsus communis facit. nec facere potest. licet vnum representetur ex altero. Sequitur ergo, qd communis opinio debet intelligere illam seu representet aliquid non quod idem significet ex proprio intellectu: ergo ex tali appellatione not argu. in statuto accedit bis quod vltimis voluntatibus probatur, que per leges sunt. §. disponat. in authen. de nup. Ecce testator dicit: si cui bis legauero, semel tantum deberi volo. sed per duo geminata legatum detur, vnum tamen intelligi nō est ideo qz duo geminata vnum tantum. sed duo. in l. si mihi & tibi §. fi. ff. de legatis. sic cōcluditur qō licet lex vel testatoris dispositio vel vulgi consuetudo vel cōmunis appellatio dent nobis verbū representans plus vel minus vel aliter quam sit eius significatū, nō mutat propriā significationē rei, sed figurā quandā facit, & figuratus intellectus. Sexto probatur, & videtur casus in l. ij. ff. de vsufructu. ea. re, que vsu cōsu. vbi expresse cauetur, quod cū in rebus, quę vsu consummatur, non possit adaptari significatio vsufructus secundum proprium ipsius naturam & significationem, nō potest senatusconsul. mihi cōstituere vsumfructum, secundum propriam significationē vocabuli, sed vocabitur vsusfructus. modo ex hoc sic arguendo, consuetudo & iura scripta paribus passibus ambulant. ff. de legi. l. de quibus. in fi. & Instit. de iur. na. §. ex non scripto, sed ius scriptum. l. senatus. cō. non pōt. ergo nec consuetudo.

Sic ergo inducit impropriam, ergo eius significatio nō comprehenditur sub statuto. Septimo sic, dicit lex quod ea que ex cōsuetudine sunt, nō tollunt quod est, vel esse debet. l. fin. de seruit. vrb. pred. & l. cū quidā. §. qō dicitur. de acq. her. Octauo probatur sic. Species opposite nō sunt, sed lex ponit propriā significationem per se, & ea, que ex tota appellatione illi opposita, ergo propria figuficatio cū sit ex propria significatione, nō debet dici esse lata. ergo propria in statuto accipiatur, alia reiciatur. Item expresse opponit lex. illa que est ex cōmuni appellatione. tamē species oppositę non debent dici, & inducere presumptionē voluntatis non ex significato violenter inducatur. hoc probatur expresse in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Nono videtur quidam casus hoc probare. & facit plura contraria cessare. Certum est quod maleficium propter allusionem continet maleficatem, sed ex vulgi opinione propter excessum in delicto mauis maleficium vocatur. Decimo sic probatur. & si ponamus, qō statutum loquens de filio non contineat nepotem. tamen beneficii datur filio, an ex eius persona descendat in nepote. nō est statuto dispositum, neque prohibitum. remanet ergo hoc iuri communi, an beneficium datum filio per statutum, transeat in nepotem. Quare hoc omissum probatur sic. Certum est quod beneficium datum filio, priuilegium & honor trāsit ad nepotes. vt C. de successionib. l. milites. & l. diuo Marco. & ff. de senatoribus. l. emancipatum. & C. de priuil. do. l. vnica. glos. magna. Hoc ergo priuilegium datum filio ex statuto. licet ex eo, & eius verbis non transeat ad nepotem quod tamen hic transitus non est prohibitus nec permissus, sed est omissus. de iure communi debet concedi. Indecimo circa idem, nepos, filio sublato de medio, locum primi filij incipit tenere. vt Instit. de hereditatib. que ab intest. defer. §. post mortem. & §. cum filius. & l. Gallus. §. nunc videndus. ff. de libe. & posthu. Sed filius comprehensus in statuto hoc beneficio vtetur ergo nepos eius loco succedēs. Duodecimo probatur ex vsu rogationis: sublato enim filio nepos huius filij loco dicit fideiussori, vt ē probaui sed subrogatio debet esse eius cōditionis in cuius locum subrogatur. Ij. § actio. si quis test. lib. esse tut. Item veniunt. §. idem recte. ff. de pet. her. l. si eum. §. qui iniuriam. si quis. cau. ergo eiusdem status beneficio vtitur. Nō obstat dicta. l. iusta. ff. de ver. significa. que videtur obstare in duobus. Primo. qz dico, & ibi fit similitudo in comprehendendo. non solum saltem per relationem ad speciem: licet possit per relationem ad genus, vt verbum semel positum, proprie & improprie tumetur. l. certi condictio. in princip. ff. si certum peta. Cum ergo masculinum comprehendat femininum filie, & filij nepotes, vt hoc sim. Item possunt similari. ex interpretatione. sicut filius nepotem comprehendit sumendo pro vocabuli aperta significatione: sic filius filiam, secundum apertam significationem extensiuam vltra significationem verbi. Non obstat quod non conueniunt specie. quare non gradu. Item quod ponitur ad species, differens, quare est considerare filium, prout ex propria significatione communi ad filium & nepotem, & tunc est genus, & non species opposita ad nepotem, sic intelligitur. & sic allegatur. Et est considerare prout ex communi conficientis intentione comprehendit filium primi gradus. & tunc non continet gradui vel speciei ad nepotes. Non obstat: quia non est in eadem causa quod pater. quia hereditas ex voto defertur. & non ad filium. & hec sunt vera filio deducto de medio. Vel dic, ea que deferuntur secūdum plus & minus ab eodem significato abusionis. vt l. fi. de fun. instru. & C. de male. & Mathe. l. & si excepta. Instit. de tut. in prin. & de testam. in prin. Vel dic quod dilectionis cā se habeat pariter ad vtrūque. d. §. sed quod Papinianus. sed quo ceteris paribus. melior est conditio seu ratio prioris ne concedatur secundo denegetur primo. ideo deferuntur primo vt dicit functo. ff. loca. & l. assiduis. §. exceptis. C. qui potior. in pigno-

nectamen adimere, sed conferre nepotibus intelligatur propter mutuam successionem, quoniam affertur prioribus, non tam ex eis vel eorum affectione, sed vt per eos posteritatibus cõferatur, l.j.ꝛ l.via.§.fi fundus.de seruit.rustic.predi ꝛ eodez.tit.l.a quocunque. Non obstat q̃ lex seu hominis appellatio filij comprehendat nepotem, quia illud contingit aut ex eo quod lex expresse restrinxit significationem sumendo velut speciem appositam nepoti, vt hic exprimat, aut ex mente restringendo nos ex appellatione communi ꝛ vulgi. Nõ obstat aliud statutum quod dicit ad vulgarem sensum, quia aliud sequitur ex ordine, quia extra significatum communem intellectum reijcit. Primo videtur mihi que prima facie videantur quasi idem, diuersa tamen sunt, ꝛ communis opinio ꝛ intentio, seu voluntas ꝛ communis intellectus, ꝛ communis appellatio consistit in voce, ꝛ appellatio communis vsus consistit in exercitio, l. si seruus plurium, §. fi.ff.de leg.j.ꝛ l.cum vnus.ff.de ali.ex cib. leg. intẽtio ꝛ voluntas non vera vel presumpta, sed propria verbi significatio non concurrit ex his in l.cum de lauionis.§.afinam.ff.de fund. instru. in versic.in qua presumptione, id est, presumpta voluntate, que ex consuetudine, tollitur: sic intelligitur illa lex, quod si nepotes.de test.tut.ꝛ iste non idem cum predictis patet, licet enim preferendo singulare ex cõmuni vsu dz nobis intelligere de plurali non tamẽ vulgaris intellectus nec communis intellectus vulgaris sic se habet ad plurale, vt sit intellectus verbi, sicut est empto ꝛ vendito, hoc per verbum prolatum datur ex cõmuni modo verbis sentire, de alio tamen non est vulgaris intellectus, nec vulgo habetur, vt vnũ significet aliud, ꝛ hoc est quod dicitur, quod est quidam intellectus figuratus, vt ẽ. probaui, licet figurã det nobis sentire de significato, sic hec communis appellatio dat nobis intelligere aliud pro alio, id est, verba prolata nõ per hoc assumũt significationem vt intellectum vulgariter vel communem quod preterea vulgi appellatio fingat vel faciat aliud velle, loquentem: que tamẽ voluntas abstracta a significato verbi, ꝛ intellectu quolibet nõ adstringit vt in statuto, ꝛ sic probant dicte leges. hoc probat.l.iij̃.de leg.j. dum dicit, immutabilia sunt, ꝛ glo. in verbo vocabula, dum dicit, vbi actum erat inter te ꝛ me de equo, ꝛ tamen de mulo sentitur: nec tamen per hoc sequitur, vel inducitur intellectus secundum proferentes, nec equus significat mulum, vt sic fiat intellectus verb. ꝛ glo. incontinenti subijcit, vel ita consuetudo ꝛ operando istos duos casus, ꝛ ita magis est intentio seu voluntas loquentis, vel relationem ad personam figuratam seu figurate representare per verba, quam intellectus vulgaris vel cõmunis verborum, vel datur verbis per relationem ad verba coniungitur nepos ad auum, per quem ius succedendi confertur, sed nõ est bocius in filio impediente statuto, ergo nec nepotibus. Itẽ dicit lex, quod filia subrogatur nepos quasi agnoscens incipit locum tenere, vt instit. de exhe.libe.§.postumorum. sed si filia non succederet: ergo nec nepos locum filie tenere inciperet. Item sic probatur, ea, que subrogantur loco alterius, sapiunt naturam illius, in cuius locum subrogantur, l.j.§.hec actio.ff.si quis testamẽ.lib esse iuf.fue.ꝛ l. si eum.§.qui iniuriarus.ff.si quis cau. sed nepos deducta de medio filia incipiat suũz locum tenere, vt l.in successione.C.de leg. here.ꝛ C.de collat.illatz.ꝛ in auth.de heredi.ab intesta.§.j. ergo eiusdem iuris, ꝛ loco. cum ergo filia non succederet: ergo nec nepos. Item probatur, vbi ius deberet transire de primo intellecta mediante secundum impedimentum contingens in secundo quod est in medio, impedit transire ad tertium, l. seruitutes. §. publico loco.ff.de seruitutibus.ꝛ l.in tradendis vnis editbus.§. interpositus.ff.de comp. predi.ꝛ ser vba. pred.l.si edes. sed verum est quotius coniunctionis ꝛ per hoc successionis, quod debet transire de auo ad nepotem dz mediante filia transire, secũdo in filia non procedit hoc ius: ergo transitus necessario ad nepotem consequenter impedietur. Item probari videtur per legem que dicit, q̃ iura corrupta in persona filij impediunt ius succedendi transire ad nepotem.l.diui fratres.ff.de iure pat.ꝛ si de feu.contro.fue.ꝛ vnic.§.si vasallus. Itẽ cum impedimentum venit a causa efficiẽte, siue sit effectus i fratre, siue nõ, nec inchoauit, impeditur, secus si in facto esset, vt l.patre furioso. de his qui sunt sui. vel alie.iur. l.inter stipulantẽ.§.sacrã ff.de ver.obli.ꝛ de sol.l.quires.§.area. sed hic dotata fuit cũ nupsit secundũ casus contingẽtes ante natiuitatem nepotis, ꝛ per hoc impeditur ius succedendi in persona filie, dz ipsa sit causa sufficiens coniunctionis ꝛ iuris succedendi ad nepotez auo, arg.l.si cõpensandi. C.de heredinsti. sed iure corrupto in persona filie non poterit ad nepotem postea transire. Item sic quo ad sequẽtes concludẽdum, non sunt hec parta non extare precedẽtes in gradu, vel extare ꝛ non posse succedere vt in §. sed nostra. Insti. de succes. lib. ꝛ ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. quinta. sed extante filia nepos nõ obtinet ius succedendi, vt de libe. ꝛ posth. l. Gallus. etiz si non posset succedere eodem modo si extare desijt, per arg. a pari. Itez est, si vinco vincentẽ te, ꝛ te vincã, vt l. de accessionibus. de diuer. ꝛ temp. prescri. sed nepos ex filio vincit filiã dotatã, ꝛ filia nepotem ex ea: ergo nepos ex filio, ꝛ filius vincit nepotẽ ex filia. Item facere videtur mens statuti que voluit ad filiũ nõ deuenire, vel suos filios successuros vt secunda pars apud mares, ꝛ eorũ descẽdentes sit. Item probaꝫ corrupto hoc iure in persona medij, remanet corruptũ in personã tertij, vt C. si pignus pignori dat. fit. l.j ꝛ ff. de pig l.iij̃.ꝛ de in diem addic. l.iij̃.§. item Marcus. ꝛ in vsib. feud si de inue. st. feud. fue. contr. sed hic est corruptũ ius successionis in personam filie que media est: ergo in personam nepotis. In contrarium probatur sic: cui non conueniunt verba legis, nec lex. maxime in statuto i stricti iuris, vt ff. de flum. l.j.§. mater autẽ.ꝛ de adminis. tu l. ita autẽ. in princ. sed verba legis, que de filia dotata excludenda loquitur, non conueniũt nepoti, cũ ratione seruus femine, tum q̃ illa nepos non est dotata ne dz dotatur. ergo verba legis ꝛ eius dispositio nõ porrigitur ad nepotem. Et secundo probatur expresse iure emendationis q̃ iura que debent transire in personaz nepotis ab auo, corrupto iure in personaz filij medij̃ non tolluntur, ff. de sen. l. emancipatũ. ꝛ C. de quest. l. diuo Marco ꝛ l. Paulus. §. Paulus. de bonis lib. Item sic, Impedimentum nature posterius est impedimentum accidentis, ff. de adop. l.iij̃. ff. de libe. ꝛ posth. l. Gallus. Si naturali impedimento impeditur filia succedere: q̃ ea mortua, nõ excluditur nepos. imo tũc magis vocatur vt d. §. ita demũ. Inst. de hereditat. que ab intestato deferuntur. ꝛ l. Gallus. per totã. l. de lib. ꝛ posth. ergo idem si impedimẽto iuris ciuilis statutis. Quarto sic, Nõ debet idem effectus esse causa duorũ contrariorum, vt l.cũ is. §.j. de condic. indeb. sed certum est, q̃ in successione filie est obstaculũ successio ꝛ remotio filie a suo separat viã nepoti: ergo nõ debet excludere. Quinto sic, pbatur, Licet ius coniunctionis nepotis ad auũ causetur a media filia, tamẽ ius successionis non procedit a filia: sed ex naturali affectione ꝛ charitate aui ad nepotem, vt l.iij̃. ꝛ l.nã ꝛ si. de inoffic. testa. pro filia subducta, ꝛ dotata non cessat etiam charitas, vt d. §. ita demum. sed magis augetur, ergo non tollit succedendi ius. hoc autem esse verum fortificatur in multis casibus, pone quod ius succedendi est heretico, filij eius sunt heretici, non succedunt, nunqd nepotes sequentes in gradu succedant? Certe sic, imo ꝛ vlteriores primis exclusis: casus est in leg. cognouimus. C. de here. ꝛ Manic. Pone quod pater filium exheredauit, qui causam ingratitudinis commiserat, ꝛ decedit filius viuo auo nunqd nocebit nepoti exclusio filij̃, ꝛ quid de legitima propter ingratitudinez? Certe non: quia venit nepos ad bona aui ex sui persona. Item, pone (quod plus est) superuixit nepos auo ꝛ si decessit filius, non sit querela ex eius persona esset tamen ex persona aui. Probatur in d. leg. Gallus. ꝛ in l. si quis filium. C. de inoff. test. Item due rationes fortiores sunt quã vna sed quelibet ipsarũ videtur parare viam sequentibus, scilicet si precedens fuerit de medio sublata. Item si precedenti fuerit via succedendi precluſa, l. posthumus. §. fina. ꝛ l. pater. ff. de inofficio testam. ꝛ l. Papinianus. §. quanquam eodem titulo, vbi autem concurrunt he due cause quod filia predecessit, ꝛ eidem fuit via precluſa succedendi ergo ꝛ nepos veniat. Item ratio excludens filiam, est ratio, seruus ꝛ prohibite dotis, que non porrigitur, ad nepotem nec ex mente ergo nec ex ratione excluditur. Bar. a Saxoferrato legum doctor.

ADDITIO.

a Tho. D. C Questio talis est Istam disputationez inueni in vr. lib. consi. ꝛ de materia vide plene per Bar. in l. liberorum. in ser ta. questione, ꝛ seq. ꝛ precipue in versic. bis premissis. ff. de verb. signifi. Bal. ꝛ Ro. in l. maximz vitium. C. de liber. prete. Phi lip. Deci. in consi. xcv. incip. pro tenui facilitate. cum concordã.

QVÆSTIO XXII.

1 ¶ Pedagium quot modis accipitur.
2 Pedagũ vel vectigalis an in contractu debeat fieri remissio.

a QVando ponimus totuz pretiũ vno tẽpore, et in principio cause solutũ, tunc diceretur esse emptio ꝛ venditio. An autez tũc debeat fieri remissio, ꝛ quid iuris? Et unc est aduertendum, quid sit illud quod est emptum Et primo videamus de pedagio. ꝛ certe pedagiuz potest accipi pro eo quod ex pedagio percipitur. sicut dicitur de vectigali. ff. de publica. l.j.§.j. ꝛ quod ibi not. vectigal est quod prestatur. ꝛc.

1 Idem no. C. de vectigalibus ꝛ commiss. l.j.§ circa. ꝛ si isto modo acciperetur, videretur venditum ipsum corpus nudum, q̃ percipitur ex vectigalibus sed istud videtur falsum esse: cum vectigal seu pedagium percipiatur a ciuitate, ꝛ traduntur publicano, ad hoc ponitur ab ipso emptore. ꝛ sic quod percipitur,

non videtur emptum, cum nunquam fuerit ciuitatis vt dicam statum in fructibus. Secundo modo potest accipi pedagium vt dicatur emisse ipsum ius percipiendi pedagium, quod ipsi ciuitati competit. Tertio modo potest accipi, vt dicatur emisse ipsam perceptionem pedagij, scilicet ipsam commoditatem percipiendi sicut vidimus in vsufructu. Aliud est enim emere ius vsusfructus, aliud perceptionem fructuum seu commoditatem vtendi: istud enim est facti, ff. de iure dotium. l. si vsusfructus. de pericu. & commo. rei vendite. l. necessario. §. fi. vbi no. & de vsufru. l. arboribus. §. vsusfructuarius. & ibi nota, quod vtrum istorum sit emptum, potest dubitari. dico quod licet non precedat contractus habilis & traditio, vt perpetuo sit penes percipientes, in dubio videtur transferri plenum ius, vt ff. de iure dotium. l. dotis fructus. §. fi. cum l. sequen. & ff. pro dote. l. j. tamen in casu proposito cum ista iura non possint transferri ad tempus, vt ff. de seruit. l. quarta, intelligo etiam venditam ipsam perfectionem, seu percipiendi commoditatem, vt d. l. necessario. in fi. cum glo. de pericu & commo. rei vendi. in vlti. gloss. Sic debet intelligi l. cum in plures. §. pen. ff. locati. Idem si diceremus vēditum ius, per id quod allegatum est supra. Cum autem ipsa perceptio seu ipsa commoditas venditur, spes seu alea videtur emi. l. si iactum retis. ff. de actio. empt. aliud est enim emere ipsam perceptionem, aliud id quod percipitur, vt dictis legibus colligitur. Et sic apparet, quod periculum est emptoris, nec debet fieri remissio prętij propter guerram, vt in dictis legibus. † Nec autem intelligo. si figura est sine culpa ciuitatis vendentis, vt puta propter guerras, que est in marchia ex pedagio nihil percipitur, sed si ciuitas ipsa guerram infert alteri vel alia sibi, siue iuste, siue iniuste, videtur perdi pedagium culpa ciuitatis, & sic debet fieri remissio prętij, vt ff. loca. l. si merces. §. culpe. & quod ibi not. & ff. sol. matri. l. penin prin. De alijs autem verbis que consueuerunt addi. si vendo pedagium, & fructus qui percipiuntur ex eo, non curo, quia non videntur adiecta causa tollende dubitationis, & idem important quod ipsum pedagium, arg. eorū que statim dicentur. Secundo est videndum de eo qd dicitur fructus, vsusfructus, redditus & prouentus, qui percipientur ex prędijs, & hoc est aduertendum. Aut enim venduntur percipienti ab ipso venditore & tradenti emptori, & tunc ipsum corpus fructuum videtur venditum, quia de non perceptis debet fieri remissio pro rato, quasi venditio pro illo anno non sit cōuenta, vt d. l. nec emptio. ff. de contra. emp. & l. si debitores. §. verisimile. cum simil. alleg. 3. in secunda ratione pro parte affirmatiua. Aut venduntur fructus percipiendi ab ipso emptore, & sic ad ipsum pertinet cultura, & cura, & tunc ipsum ius vsusfructus videtur venditum, siue apponantur dicta nomina, siue alterum tantum, non curo, quātum ad propositum, vt ff. de vsufru. l. si quis ita legauerit. & ibi gloss. facit ista distinctionem, & ff. vsufruct. quemadmodum cauet. l. idem est. & ibi no. & isto casu periculum est emptoris a die celebrati cōtractus seu emptionis, sicut in eo qui erit in proprietatem. l. necessario. §. fi. de pericu. & com. rei ven. Predicta vera, quando ciuitas vendens erat domina illorum prediorum. si haberet tantum vsumfructum tunc videtur vendidisse solam perceptionem fructuum. tamen idem videtur. d. l. necessario. §. fin. & quod ibi nota. Super quarto quando venduntur fructus percipiendi ex edificijs & molendinis secundum verba. Dico vsum fructum venditum esse per eādem viam: que 3. dicta sunt in prędijs. tamen in effectu videntur esse diuersa. Nā si quidem molendina & edificia sunt destructa quod desinant totaliter esse, tunc vsusfructus extinctus est. l. repeti. §. rei mutatione. ff. quibus mod. vsusfr. amit. l. si cui insule. & Instit. eod. §. pen. & si reficerentur, non viderentur eadem edificia, nec restauraretur vsusfructus, ff. de vsufructu. l. qui vsumfructu. in princi. & de verbo. obli. l. inter stipulantem. § sacram. in fi. & ideo hic de restauratione nō est tractandum. dico quod periculum est emptoris, sicut si emeretur proprietas. l. necessario. §. fina. de peri. & commo. rei vendi. & de vsufruc. l. si vsusfructuarius. § fina. Si vero aliqua pars edificiorum remaneret, tunc vsusfructus integer remaneret, dicta l. si cui insule. de vsufruc. & ideo est videndum ad quem pertineat refectio. cum requirat magnam impensam. & videtur quod dominus proprietatis non cogatur reficere, vt l. bactenus. de vsufruc. & l. si cum vsufruc. in fin. imo videtur quod ad ipsius fructuarium talis impensa pertineat: licet postea a domino repetat. vt no. in gl. in l. damni infecti. §. ei cuius. de damno infec. Econtra quod dominus cogatur reficere, alias teneatur ad interesse vt l. ex conducto. in prin. ff. loc. & l. cum plures. in prin. eo. ti.

Solutio. Dico quod cum iste sit vsusfructuarius omnem rei curam suscepisse videtur. l. j. in fi. & l. sequent. ff. vsufructu. quemadmodum caue. & in hoc videtur ad non proprietatem constitutus procurator in rem suam. l. j. in fin. & l. sequen. ff. de ope. no. nun. vbi videtur tex. & glo Ex hoc colligo, quod ipsa cura, & solicitudo refectionis indistincte pertinet ad vsufructuarium, vt l. inter fructuarium. ff. de damn. infec. vbi est casus. Unde si fructuarius vult agere contra dominum proprietatis pro ecclesia reficienda, forte pro illa pecunia habendi cogatur vendere res suas, potest, vt ff. mandati. l. si vero non remunerandi. §. fi. & l. si mandato meo. in princi. cum habeat ad hoc mandatum, vt 3. probatum est. nō enim facere est soluere. & posea recipere, vt l. si dubitet. in princip. ff. de fideiusso. & l. stipulatus. in princip. eodem titu. de compen. l. j. & ff. Si vero vellet fructuarius suam pecuniā, posset, nec posset a domino prohiberi. l. bactenus. §. Heratius ff. de vsufr. & quodibi. no. & no. l. si cuius. §. idem queritur. eodem titu. Sed quia actio glo. vt actio negotiorum gestoruz & not. in d. l. si cuius. & in d. l. damni infecti sprolatio cōpetit. §. ei cuius. de dam. infec. Verius puto, quod repetat actione mandati, cum videatur mandatum, vt dictum est. vel in factum. non enim potest agi actione negotiorum gestorum cum hoc faciat ex necessitate. vt ff. familie erciscun. l. heredes. §. si vnus. Commune enim negotium magis, quā alterius geritur. vt probatur expressius in l. pretor. §. Generaliter. de bonis auctoritudic. posset non obstat quod dicitur. fructuarium non posse cogi reficere, d. l. bactenus. quia verum est, si vult emere vsumfructum, vt d. l. cum fructuarius. nam vsufructuarius alias bene cogitur. vt d. l. inter fructuarium. de dam. infec. Nō obstat quod dicitur in d. l. damni. §. ei cuius. qz verum est quod talis expēsa ad eum pertinet. ita cum possit petere alia actione. & isto modo sic soluere. cessat cautio damni infecti que est subsidiaria. Nam obstat quod dicetur dominum non teneri quod verū est. si vult cogere iure dominij priuatur. vt ff. de dam. infec. l. quamuis. in fi. & l. si proprietarius. Hoc premisso, in questione proposita an debeat fieri remissio prętij dico qd nō, qz casus fortuitus nō debet imputari domino vt 3. probatum est. nec etiā culpa refectionis non facte non pertineat ad fructuarium, vt dixi. sed posset fructuarius petere interesse ratione quantitatis sibi non solute. vt dictum est. Deo gratias. Bar. Saxoferra. ADDITIO.

a Thom. Diplo. Quando ponimus. Istam disputationem inuenti in v. volumine consil. diuer. doctor. vbi sunt alie disputationes Bartol. & de materia an & quando debeat fieri remissio conductori, vide Bartol. in sua disputatione que incipit, publicanus. per totum. & in l. eotem ferro. §. qui maximos. de public. docto. in capit. propter sterilitatem. extra de locato & cond. cum l. licet. C. eodem. per Anchoran in l. interdum. §. quod ex naufragio. in fine. vbi plene per Alex. de Imo. ff. de acquiren. possess. Abb. Barb. in dicto capit. propter sterilitatem. & Francis. de Aret. in consi. cxxx. incip. quia consultatio. cum concordan. de quibus vbi per ipsos. & Bald. in consilio cclxxix. in tertio volumine. incip. casus talis est. & in consi. ccccxlix. in primo volumine. incip. propter guerras. & Jo. de Ana. in consi. lxxiij. incip. visis & ponderatis.

b Si quis ita legauerit. Bactenus hic legabatur l. legatum que lex nusquam eo tit. nec ff. de vsufr. leg. reperiturque hic reposuimus. que cum sua gl. Bart. sententia videtur probata.

Tractatus Do. Bartoli

A SAXOFERRATO.

ET PRIMO.

super Constitutione Extrauaganti, Ad Reprimendum.

Quomodo in crimine læsæ maiestatis procedatur.

a Henricus septimus diuina fauente gratia Romanorum Imperator semper Augustus.



Ad reprimendā multorum facinora, qui ruptis fidelitatis debite fidelitatis habenis, aduersus Romanum Imperiū, in cuius trāquilitate totius orbis requieuit. hostili animo armati conantur nedum humana, verum etiam diuina precepta, quibus iubet quod omnis anima Romanorum Principi sit subiecta, sceleratissimis facinoribus, & aliquis rebellionibus demoliri, ne ex eorum absentia, in detestabi-

do lese maiestatis crimine processus, z sentētia retardētur, z tā tis celeris nefanda temeritas remaneat impunita, hac edictali, Deo propitio, perpetuo valitura lege sancimus, vt in quocūq; lese maiestatis crimine, z maxime vbi contra Romanorum Imperatores, vel Reges aliquid quod dictum crimē tangat, asseratur commissum, possit procedi per accusationem, inquisitionē, seu denunciationē, summarie, z de plano sine strepitu, z figura iudicij, prout illi, q iurisdictioni presest, videbitur expedire. Ad hoc, si qua communitas, corpus, vel collegiū, vel alia queuis persona cuiuscunq; status, dignitatis, vel conditionis existat, super dicto crimine pnunciū vel per literas, seu etiam p edictum publice propositum citata, vel citatū neglexerit in termino personaliter, vel legitime comparere, contra ipsam, vel ipsum perinde ac si presentialiter omnibus interesset, vel lis foret legitime contestata, tam ad receptionē testium, z eorū publicationem, z sequentia, quam ad diffinitiuam sniam, z eius executionē procedatur, legibus, z consuetudinibus non obstantibus quibuscūque. Hanc autem generalē legem nostram extendi iubemus ad preterita, presentia, z futura, quam legem ex nunc absq; alterius temporis expectatione transcursus suum integrum vigorē decernimus obtinere.

Rubrica ista est magistraliter posita causa cōmodio ris allegationis. Et aduertendum est, quod liber Authenticorum, diuisus est in nouem collationes, postea superuenit liber Feudorum, quem decimam collationem vocamus. postea superuenerunt iste constitutiones, quas vndecimā collationem appello, ipsasque glossare volui ego Bartolus [b] a Saxoferrato ciuis Perusinus, vt multa vtilia, que in eis sunt, omnibus innotescerēt, z etiam ad laudem diuine recordationis domini Henrici Imperatoris ipsarū constitutionū authoris aut illustrissimi domini d. Caroli iuy. Roma. Imperatoris, nunc regnantis, cui debito fidelitatis adstringor, qz me suozū consiliariozū, z domesticozum numero aggregauit, z me meosq; posteros, quos legū doctores [c] esse contingeret, legitimationis, z concessionis, venie etatis, aliisq; priuilegijs. z gratijs decozauit. In nomine igitur Dei omnipotentis ad laudē, z reuerentiam prefati domini Imperatoris suiq; aui, z studentiū vtilitatem glossaui eas ordine infra scripto, supponens quicquid, per me dicetur correctioni cuiuslibet melius veritatē sentientis, z qz tex. est breuis, nullus me de glossarū longitudine inculpet. sunt em multe glo. ex quibus hec collatio multum vtilis redditur.

ADDITIO.

a Tho. Bip. Cbericus. De ista constit. Henrici Imperatoris facit mentionem Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. in versi. sed primo quero. z in l. lege Cornelia. §. fina. in fi. ff. de sicc. z in l. j. §. preſides. ff. de requi. reis, dicit tamen do. Joan. Igne. doctor Aurelianen. in sua disp. an Rex Francie recognoscat Imperatorem. in pvj. speciali criminis lese maiestatis. q' ista extranagans Henrici Imperatoris, z alia inferior, qui sint rebelles. fuerunt late contra Robertū Regem Sicilie, z fuerūt reuocate p Clementem v. vt plene hec in cle. pastoralis, de sententia z re iudicata. cuius reuocatio sumpta est ex alia declaratione Innocentij, z totius concilij, in concilio Lugdu. vt est expressum in c. ad apostolice. de sen. z re iudi. lib. vj.

b Ego Bart. dicit Bartho. Aero. in authētic. sed nouo iure. C. de seruis fugit. qō Imperatores dederunt potestatē Bartolo, vt glossaret istas extrauagan. z sic ipse glossauit de voluntate ipsorum vt ibi p ipsum, de quibus gl. dicit dñs Joan. bapti. Sene. in suo tractatu de modo studendi. in versi. vidistis vsq; nunc quod dicta Bar. super istis extrauagan. putat esse maioris auctoritatis aliquib' aliis dictis eiusdē, qz magis digeste edidit, vt tanquaz gl. dicit dñs Joānes Igne. in sua disputa. an Rex Francie recognoscat Imperatorē. in pvj. speciali criminis lese maiest. quod glo. Bar. hic sunt meliores tex. Et adde qō domi. Francis. de Alberg. de are. prestantissimus Jurisconsul. fecit additionem ad dicta Bar. hic fm. domi. Joan. Bapt. Seue. in l. omnes populi. ff. de iustitia z iur. z similiter do. And. Sic. fecit addi. prout refert do. Fely. in cap. Rodulphus. de reseri. Quas additiones ego non vidi, tamen pro viribus conabor aliqua ad dere.

c Quos legum doctores. Vide Barto. in l. Salius. §. fortitan, ver. quero iurta predicta. ff. de lib. z posth.

1 Delinquētium multitudo non fuit causa finalis huius legis condende.
Ablatiui absoluti inducunt dispositionem.
2 Fidelitas est triplex, vna que debetur proximo, alia patri, alia domino.
3 Filius tenetur defendere patrem verbo, z opere, sed facto non.
4 Vasallus tenetur defendere dominum verbo, z facto.
5 Princeps est Deus in terris.
6 Fidelitas habet duas habenas, vnam faciēdo que quis debet, aliam faciendo que non debet.
In his duabus habenis corpus vtriusq; iuris fundatum est.
7 Cause finalis huius constitutionis fuerunt tyrannides, z dissentiones in Imperio existentes.
8 Imperator de iure est dominus totius orbis, lz de facto ei non obediatur.
Imperator dicitur dominus mundi vniuersalis.
9 Imperium Romanum z adueniente Christo incepit esse Christi, z apud Christum, z eius vicarium est.
10 Recte dicitur, omnia sunt Imperij Romani, referendo ad personam Christi, secus si referamus ad personam Imperatoris secularis.
11 Ecclesia approbat Imperium Romanum.
12 Causa impulsiua, apposita in lege, cessante, non cessat lex.
13 Causa impulsiua, si in lege vniuersali, vel municipali apponitur, non potest opponi quod ista sit falsa.
Causa finalis dicitur in Principe rescribente particulariter, z respicit vnicum factum.
14 Modus appellatur quando continet onus explicandū ab eo, ad quem refertur.
15 Cause finales, si in lege sint plures an requiratur quod omnes concurrant.
16 Extranag. ad reprimen. etiam ex identitate rationis non extenditur ad alium.
17 Ratio legis diuersimode colligitur.
18 Significationi proprie verborum statur, vbi in lege non apparet ratio.
19 Lex edictalis dicitur lex generalis, z sic hec lex est generalis.
20 Dictio, maxime, quando ponatur implicatiue, z quādo aliter.
21 Imperator ante coronationem potest administrare, priuilegia dare, cōdemnationes facere, z concessiones aliorum Imperatorum tollere, z reuocare.
Bartolus fuit delegatus pro communi Perusij ad Carolum quartum.
22 Hec dispositio habet locum, nedum in committente, sed in mandante, consulente, persuadente, auxiliū, z operam dante, z in consulente ad euadendum.
23 Processus in causis summarijs non vitiatur, licet non seruetur ordo.
Infantes, serui, z mulieres in crimine lese maiestatis accusant.
24 Accusatio est nomen iuris, sicut actio, z est ius persequēdi in dictam publicam.
25 Jus ex quo sumitur vindicta est duplex, scz, accusatio, z officiū iudicis.
26 Accusatio etiam pro libello accusatorio accipitur.
27 Accusatio in casu huius legis requiritur quod sit aperte formata, alias sequitur abolitio.
28 Quatuor regule, vigore quarum de iure communi proceditur per inquisitionem.
29 Lese maiestatis in crimine de iure communi proceditur per inquisitionem, etiam fama non precedente, z est speciale.
30 Solennia inquisitionis si non precedent, valet tamen inquisitio si non opponatur.
31 Inquisitio sub eadem forma fit, qua fit accusatio ratione loci, z temporis.
32 Accusatio debet in scriptis porrigi, z in actis redigi.
33 Dies in inquisitione si non appareat, processus non vitiatur.

Adreprimendum. Primo, ponit cām legis cō dende. Secundo, statutum generale in ordine proce dendi in crimine lese maiestatis. Tertio, statutū speciale in modo procedēdi cōtra contumaces. Quarto, ponit clausulam derogatoriam. Quinto, declarat, ad quos casus extenda tur. Sexto, a quo tempore sumat vigorem.

Multorum. Sed cum multis grassantib' iudicia legibus antiquis concedat arbitriū, vt possit penas augere, vt ff. de penis. Laut facta. §. fi. z not. ff. de infa. Lquid ergo. §. pena grauior. ideo hoc casu hec lex necessaria non videtur. Sol. Antiqua iura dabant arbitriū iudici imponendi penam maiorum, maleficio liquidato. hic de nouo statuit circa modum liquidandi, pars potestatem, huec est sc̄z, multitudo d. Linquentiū causa finalis legis condende, vt j. dicam.

a **Ruptis.** Determinat verbum, conantur, quod est j. nec resolu tur in conditionem: quia determinat verbum presentis, vel preteriti temporis: secus si esset verbum futuri temporis, vel respiceret futurum tempus, vt

La testatore ff. de condi. & demon. & vsur. l. cuictis. qs tracta-
tur ff. de condi. & demon. l. j.

Debite. Jure diuino, & humano, vt infra dicetur.

2 **Fidelitatis.** Quedam † est fidelitas [b] que debetur
b proximo, scz. non offendere eū, nec insi-
diari. ff. de iustitia & iur. l. vt vim, non autem tenetur eum defen-
3 dere, vt no. ff. de reg. iur. l. culpa caret. † Alia est fidelitas, que de-
betur patri, quem quis etiam tenetur defendere verbo, & ope-
re, & debet patri indicare que cognoscat contra eum, vt ff. ad le.
Pompe. de parri. l. j. in fi. & l. seq. debet etiam reuerētiam, vt ff.
c de obseq. a lib. & libert. parent. l. j. §. j. Non autē reperio [c], q̄ quis
teneatur patrem defendere facto, scz. opponēdo se, vel simili mo-
4 do. Tertia est fidelitas maior, qua † quis tenetur dño suo, cui nō
solum, tenetur non offendere sed indicare verbo, & defendere fa-
cto. vt in vsib. feu. de fo. fideli. c. j. de no. fo. fide. c. j. Ita dz quis-
que principem non offendere, & si scierit, indicare. q̄ patet, q̄
consciū tantum tenentur, vt C. ad le. Juliam maie. l. quisquis. in
fi. tenetur etiam defendere eum. ff. de re mil. l. omne delictū. §. fin.
vere. ergo hic dicitur totius, quia tota fidelitas debetur princi-
5 pi. Est † enim Deus in terris. C. de sac. san. eccl. l. iubemus nullā
nauem. & ibi no. de Deo scriptum est. Diliges dominum Deum
tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus viri-
bus tuis.

Habenis. Sicut enim per habenas, equus recte du-
citur, ita per fidelitatē homo ducitur sub-
6 ditus domino, q̄ue fidelitas † habet duas habenas, scz. in faciē
do, que fieri debent, & non faciendo que fieri non debent. vt mo-
do dixi, que duo precepta sunt due habene, per quas homo sub-
ditus ita ducitur, sicut equus, & alia animalia ducuntur per ha-
benas, & ita per ista duo precepta homo ducitur. & pacifice fit,
sicut equus per habenas quas timet, & fuerunt hec duo precep-
ta facta primis duobus parentibus, super quibus pendēt le-
ges, & prophete, & super quibus totum vtriusq̄ iuris corpus
fundatum est, vt no. ff. de iusti. & iur. l. j. & ideo dixi, habenis.

In cuius tranquillitate. Hoc pz. nā
cum Impe-
rium fuit in statu & in tranquillitate, totus mūdus fuit in pace,
& tranquillitate vt tempore Octauiani Augusti. & cum Impe-
7 rium † fuit prostratū, insurrexerunt dire tyrannides, & hec fuit
huius opusculi causa finalis.

Totius orbis. [d] Contra, q̄ maior pars mūdi nō
d obedit principi. Solutio. Illud
8 de facto, † sed de iure secus. Simile habemus de Daniele ij. ca.
vbi de Nabuchodonosor Rege, qui tūc erat vniuersalis Impe-
rator. sic ait. Tu rex regum es, & Deus celi regnum, fortitudi-
nem, gloriam, & Imperium dedit tibi, & omnia, in quibus habi-
tarent filij hominum, & bestie agri, volucres quoq̄ celi dedit in
manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. q̄s intelligen-
dum est de iure, q̄ de facto non obedierunt sibi omnia, vt legit
in chronicis, vt in d. c. ij. per gl. Item contra, q̄ in terris eccle-
sie nullam habet iurisdictionem, vt in c. pastoralis. extra de re iud.
in cle. Sol. Ecclesia hz ex donatione principis etiam eius q̄ hāc
legem condidit, vt in c. j. extra de iureiuran. in clemen. vnde ipse
Princeps habere videtur, vt l. j. §. omnia enim. C. de veter. iur.
enucle. an. vel licet al. cuius particule dominū non sit suum, ta-
men verum est hic quod hic dicitur. Sicut dicitur dominꝰ gre-
gis, etiam si vnum pecus non sit suum, vt ff. de rei vend. l. ij. & ij.
Et per hoc patet quod Imperator recte dicitur dominus mū-
di, scz. vniuersalis, licet singulares sint domini predioꝝ suo-
rum. Unde a possessoribus ipse posset vendicare mundum, vt l.
bene a Zenone. C. de quadrie. prescrip. & ff. ad legem Rhodiam
de iactu. l. deprecatio. nec est opus, quod dicamus, quod omnia
sint sua quo ad protectionem, &c. vt not. in consti. Digestorum.
in prin. quia imo omnia sunt ipsius, si vniuersaliter consideret.
Vel tertio inherēdo opinioni sancte matris ecclesie, primo fuit
e Imperium [e] Babylonis. Secundo fuit Imperium Persarum,
& Medorum. Tertio fuit Imperium Grecorum. Quarto fuit
9 Imperium Romanorum. Ultimo adueniente Christo, † istud
Romanorum Imperium incepit esse Christi Imperium, & ideo
f apud Christi vicarium est vterq̄ gladius [f], scilicet, spiritualis,
& temporalis. Christus enim est lapis abscissus sine manibus,
cuius regnum non dissipabitur, de quo prophetauit Daniel
in dicto capit. secundo, vbi hec omnia Imperia describuntur
expresse. Dic ergo quod ante Christum Imperium Romano
rum dependebat ab eo solo, & Imperator recte dicebatur quod
dominus mundi esset, & quod omnia sua sunt. Post Christum
vero imperium est apud Christum, & eius vicarium, & transfer-
g tur per §. Papam in principem secularem [g], vt extra de election.
10 capitu. venerabilem. Unde si dicimus, † omnia sunt Imperij
Romani, q̄ nunc est Christi, verū est si referamus ad personā
Christi. Si vero referamus ad personā Imperatoris secularis,
non proprie dicitur q̄ omnia sunt sua. vel sub sua iurisdictione,
q̄ non sunt terre ecclesie. Illas eīm sibi reseruat Papa, in quo
principaliter est imperium. In hac ergo constitutione si se retra-
hit ad Imperium vel si se retulit ad personam suam loquitur, &
caute, non eīm dicit quod totius orbis iurisdictio sit sua, sed q̄s
totius orbis regularitas in eo requiescat. Nam & terras eccle-
sie ipse habet certo modo regulare, scz. defendēdo eas, & seruan-
do in deuotione ecclesie, vt iurauit in d. c. j. extra de re iu. in cle.
Et hoc pro nunc transitorie dico, quoniam opus per se requi-
ret que dico, quare sic credo tenere ecclesiā, sic credo Imperato-
rem sentire, & si male hoc vel aliud intelligerez, sum paratus me
corrigere.

Hostili animo. Id est, animo nil debentis subie-
ctioni, & reuerentie, secundū ho-
go.

Subiecta. Ad Romanos. xiij. c. sed ibi non de Ro-
manorū Principi, sed potestatib [h]. Sed
de isto intelligendum est, sub quo Christus voluit nasci, & cru-
11 cifigi. † Hoc imperium ecclesia approbat. &c.

Facinoribus. Id est, cōspirationib [i] in malū pu-
tem, vt no. ff. de publi. l. quāte. & ibi
cit. C. ad legem Juliam maiestatis. l. quisquis. in prin.

Rebellionibus. Quid sit, dicetur, infra propo-
sitione, &c.

Nec ex eorum absentia. Ducuq̄ posset
cām impulsiuā
id est, vnam causam finalem, seu rationem legis condendę, mo-
ponit aliam, hoc modo. Primo narrat quomodo tempore facte
12 legis multi conabantur contra Imperatorem, † hec fuit cau-
sa impulsiua legis, non finalis, quod patet, quia cum lex ista fu-
erit vniuersalis, & perpetua, cū & futura facta respicit. illa facta pre-
sentia, vel preterita non sunt eius causa finalis. tendit enim ad
alium finem, sic ff. de postu. l. j. §. serum. & in authent. de non ali-
in prin. & in omnibus legibus relatis ad singulas psonas, ne
tamen vniuersaliter intelliguntur, vt in prima constitutione Lo-
di. in fi. ff. de legi. l. iura nō in singulas. & ideo si ista causa cessaret
q̄ non essent multi, sed pauci sic delinquentes, non cessaret le-
ges, vt in d. §. serum. patet ex hac lege, que loquitur etiam ad
do contra vnum proceditur, & quocunq̄z casu super crimine la-
13 se maiestatis, & sic fi in aliqua † lege vniuersali, vel commuui,
✻ municipali poneretur in aliqua causa impulsiua *, non posset
opponi q̄ illa causa nō sit vera, q̄ nō nocet. vt C. de fal. eau. adle.
leg. l. j. & de cond. & demon. l. cum tale. §. falsam. & patet ex predi-
ctis, secus si princeps aliquis particulariter rescriberet, q̄ tūc
factū vnicuz, super quo scribitur, posset esse causa finalis referi
pti. C. si contra ius, vel vtilita. pub. l. prescriptione. & de diuer. re
script. per totum. Item si ciuitas, vel ordo decurionum aliquid
specialiter ordinaret, super quodam facto non veroesset em do
cretum ambitiosum, vt ff. de decre. ab ord. fac. l. ambitiosa. Po
fuit enim vnam causam finalem Imperator, seu rationem legis
condendę, dum dicit, ad reprimendum multoruz facinora. Ip
enim nota vniuersalis presentia, & futura respicit. & est finis
h quem tendit Imperator. Et hoc apparet ex natura gerū
que est vt cum ponitur in accusatiuo, significat causam fi
ff. de dolo. l. j. §. j. in diffinitione doli, & de tut. l. j. in diffinitio
tele. ff. ad exhiben. l. iij. §. j. licet quandoque significet mo
quibus diebus. §. fin. ff. de condi. & demonstr. Sed certe ille no
14 dus non est causa finalis ibi, sed modus † appellatur quā doc
tinetur onus explicandum ab eo, ad quem refertur, vt ibi no
Idem si ponatur in casu genitiuo cū hac dictione causa, vel
hac dictione animo, vt ff. ad l. Cor. de sica. l. j. in prin. & in §. j.
& C. eod. l. is qui cum telo. Nunc autem Imperator ponit du
alias causas finales. s. ne processus, vel sententia retardetur. I
15 ne talia maleficia remaneant impunita, sed cum † in lege sint p
i res cause finales, an requiratur quod omnes concurrant
extra de rescrip. ca. ij. dicit. Aut quelibet causa per se est ſuffi
ciens ad producendum effectum. & sufficeret vna. & tunc com
cta ponitur pro disiuncta. l. sepe. ff. de verb. sig. Aliquando re
ritur concursus omnium, verum est quando in lege ponun
plures cause, hoc est, plura facta, ex quibus debet seq̄ iuris ef
ctus: tunc eīm de facili cognoscitur an quodlibet factū de per
sit sufficiens ad productionē effectus iuris, cū ius certuz sit. l.
ff. de iu. & fac. ignor. sed q̄cunq̄z in l. ponuntur plures cause
plures finales effectus qui ex lege sequi sperantur, tunc an es
requiruntur, est dubiuz. Sed dic. q̄ q̄ illi effectus sint separa
ti, & distincti, sufficit alteram ex illis causis adesse, vt Justinia
nup. §. affinitatis. & no. ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. fi
priuil. cred. l. si ventri §. fuin bonis, sed si ille plures cause, &

res effectus tendunt ad idem: tunc si vna causa ponitur, vt ratiocinalis, vt ratio rationis, vel vna ponitur tanquam maior propositio, altera, vt minor ad probandum, tunc vtraq; requiritur. ff. fol. mat. l. j. de pet. here. l. sed & si lege. §. item si rem. Et hoc apparet hic, nam prima ratio seu causa finalis est maior propositio, sic dicinalie due, quelibet per se facit minorem. hoc modo dicit Imperator. Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora, &c. sed ista reprimentur, si sententie, & processus non retardentur. & ideo statuit quod procedi possit cõtra absentes. Illo modo coniungitur cũ secunda, & tertia cã coniungitur cum prima, sic. Intendimus ad reprimendum talia facinora. sed ista reprimerentur si non remanebunt impunita, ideo statuit quod possit procedi summarie, & de plano, vt ei videbitur, & sic facilius veritatem inueniet. Prima ergo causa generalis est, & respicit vnus effectum cum qualibet aliarum, alie respiciunt separatos effectus. vna ne retardetur, alia ne punitio extinguatur, & hꝫ locuꝫ
k sine procedat contra absentem, sine contra presentem. &, vt j. pa
26 rebit. Non tamen extenditur hec lex ad alium casum ex identitate rationis. q1 contra ius commune est. l. quod contra. ff. de legi. vnde non tollitur, nisi quatenus exprimitur, vt C. de appel. l. precipimus. in fi. Regulariter enim omnis causa requirit plenam cognitionem. C. de iudi. l. iudices. & regulariter in causis capitalibus non potest absens cõdemnari. Colligitur tamen ratio legis diuersimode. Nam quedã sunt leges declaratiue, ratio
17 illarum est regula iuris precedentis, vt pꝫ fere per omnes leges Iurisconsultorum, maxime in d. §. item si rem. & ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. alteri. & quasi per omnes, & illa propria dicitur ratio. Quedam sunt mere positiue, q1 ad illud nulla ratio iuris
l antiqui vigebat, & tunc ratio ex ipsa lege sumitur, vel eius prefatione. sic in ipsa exprimatur, vt hic. & ff. de here. instit. l. si. ad Wacell. j. & ista propria appellatur causa finalis quã ratio legis. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. & de cond. & demon. l. illis libertis. & de iure patr. l. adigere. §. quamuis. Finalis ergo intentio legis est ratio, qua cessante, cessat lex, vt dictis legibus: vbi
28 vero ratio non apparet, debemus propria significationi verborum stare. ff. de exer. l. j. §. si is qui nauem, cum simi.

Retardentur. ✱ & ibi per doct.

Et tanti. Subaudi ne, & sic sint due rationes, &c.

Impunita. ✱ Vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. cum similibus.

Hac edictali. ✱ Hic incipit secunda pars, in qua ponit statutum generale. & in eo ponit
facit de requi. reis. l. j. vbi gl. illam adnotationem appellat bannum, ¶ est medicinale, quia cum venit intra annum recuperat statum: secundum vero statuta ¶ consuetudines locorum, quem esse bannitum habet diuersos effectus, de quo aliquid infra dicam in glo. magna, ¶c.

ADDITIO.

a B. Lan. ¶ Rebellis. Quando quis dicatur rebellis, vide pau. de cast. consi. xxxħ. ¶ vide quod consuluit Bal. cū papa scripsisset cuidam, vt quoscunque de cetero faceret capi propter rebellionem, an comprehenderentur exititȳ, ¶ qui dicerentur rebelles, eius consi. cxxxiiȳ. ħ. lib.

b Tho. D. Cal. Modice rei. ħo. quod dicit Bar. quod si quis scit furtum principi etiam rei modice, dicitur infidelis. Adde et quod furtum dicitur enorme, licet sit paruum, vel modicum sit, quando sequitur fractio pacis publice: vide Jas. in l cum seruū. ff. de cōdi. ob can. ¶ an pro tribus parvis furtis posset quis furca suspendi, stante statuto quod possit suspendi ¶ dicatur famosus latro: vide Bal. in l. apud antiquos. §. fi. C. de furt. ¶ in c. j. in iuria. de pace iura. fir. ¶ Catald. in suo tract. synd. in q. cxliv. et Aler. in consi. cx. in iiȳ. volu. incip. statu. ciuita. ¶ Bart. Veron. auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. vbi voluit quod non posset suspendi. ¶ de consue. non debet mori. Et ita defendit Pisanus Nic. Blanconi de Ligabitȳs, qui non fuit suspensus, quia tamen erat condemnatus, ¶ ducebatur ad furcas, ¶ fuit liberatus p pot. Bul. Lamber. de For. bone memorie doc. excel. locum tenentem Illust. ducis Cesaris Borgie Romandiole, ¶c.

c ¶ Committitur. Nota quod dicit Bar. hic et cuius dictis infert Joan. Cald. in consi. sexto, titu. De accusationibus incip. de crimine quod crimen lese maiesta. non committitur contra infideles habentes iurisdictionem de per se, ¶ sic consulit quod volens rebellare castrum pertinens ad ecclesiam Rauennatem, etiam si Cardinalis esset administrator, non dicitur committere crimen, ¶c.

d ¶ Proditor Quis dicatur proditor: vide Bar. hic ¶ in l. respondendum. §. delinquunt. ff. de pen. ¶ ibi Apostil. Aler. vbi etiam scripsi, ¶ vide in l. hȳ. C. que res export. non debeant. ¶ in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. ¶ adde que not. And. de Per. in cj. quib. modis feud. amit. vbi ponit de proditore, ¶ quod not. Joā. And. in cj. de feud. in nouel. dicitur enim proditor qui sine vlla cā, ¶ sine vlla diffidatione quem ostendit qui de recenda dit. maxime contra maiorem predicta committendo. Lāu. C. de vsla. dicit enim Joan. And. quod mouentes bella sine vlla diffidatione dicuntur agere proditorie in c. pro humani. de homic. libro vj. in nouel. Item dicit Jacob. Butri. quod omnis ille qui dat alicui potionem venenatā est proditor. l. prima. C. de male. ¶ mathema. Aliquando dicitur proditor reuelator secretorum. vt l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. ¶ dicit Titus Liuius nihil vsquam fidum proditorem, ¶c. secundum Bald. Item proditor dicitur qui propter timorem, non defendit veritatem. questio. ixħ. nolite. Item qui crimen alteri manifestat iñ. q. c. si peccauerit. Item qui malitiose circumuenit alium. xvi. questio. i. cupis. Item qui rem sibi commissam exponit. Hostien. rħ. v. c. de forma. Et hec omnia notantur xlvj distin. c. clericus. et adulationibus. in gloss. super ver. proditionibus. ¶ non solum dicitur proditor rebellis in crimine lese maiestatis, sed etiam bannitus, ¶ bannitus. plene scripsi in consilio meo in fauorem illustris. do. mei Ducis Urbini.

Condemnatus. Hic nullum fuit dubium per sūlam transit in notis iuris. quod pro veritate habetur, vt l. res iudicata. ff. de reg. iu. Item si imperator aliquibus indixerit bellum. vt l. hostes. ff. de capt. ¶ de capit. di. l. amissione. §. ¶ qui deficiunt. ¶c.

Nos. Hec est secunda pars huius secunde constitutionis, ¶c.

Potius. Electiue accipe, quia solum propter actum quis pena dignus per sūlam notis modo, sed factus declaratur: vt l. j. C. ad Turpillia. Facit per Bar. in eo quod no. ff. de infa. l. furti. ¶ ff. eodem. l. athletas. §. Nam ex eo quod condemnatus est habetur pro veritate, quasi ita fit. nec potest dici de cetero sic non esse: vt ibi not.

Meretur. Non dicit obligatur, nam iste pene quasi re obligationis, sed officio iudicis imponuntur: vt Justit. de nup. iu. §. pen. ¶ Item non per actionem, sed per accusationem imponuntur, vt institu. de pub. iud. in princip.

1 ☞ Culpa quando crescat, ¶ maiorem penam meretur.

Crescit. Sic extra de consue. c. cum tanto. ☞ contra

1 crescit ¶ maiorem penam quo ad Deum meretur: vt d. c. cū tanto. sed inforo ciuili si quidem actus extrinsecus delicti hab-

cau-

eausam continuam vt esse in rebellione, & semper crescit culpa, vt hic, sic in fugitivo, & desertore: vt no. in l. contraria. Iz aūt culpa crescit in casu huius legis, non potest crescere pena tempore, quia primo actu debetur ita magna quod nulla maior esse potest: vt ff. dicetur, facit quod no. ff. de furtis. l. vulgaris, in principio, & ibi dixi. Si vero actus extrinsecus criminis recte rationem non recipit, vt homicidium, tunc ex diuturnitate temporis pena minoratur: vt dicta l. si diutino, &c.

1 ☞ Maleficia fieri malum est propter exemplum.
2 Penas inferri bonum est propter exemplum.
3 Et ista non extenditur, nec veteres leges requirentes sententiam corrigit.

1 **Transit.** Sic maleficia fieri malum est propter exemplum aliorum: vt hic, & ff. de ric. l. iij. §. sed ex senatusconsulto, & de pen. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. cuius cōcor. † ītē pena inferri bonum est propter exemplū *,
2 * vt minus pena sit exemplum seu metus multorum. ff. de pen. l. aut facta. §. fi. Cad l. Iul. repetund. l. j. & C. de præcampe. offe. l. j.
3 Et hȝ iste rōnes concludunt in omni delicto, † tū ista lex non est extendenda nisi ad istud crimen rebellionis. Non enim corrigantur leges antique, que requirunt sententiā ex identitate ratiōis nisi quatenus in illa lege noua exprimitur: vt C. de appel. l. præcipimus. in fin. facit quod not. C. de sac. sanct. eccle. authen. quas actiones, & quod not. ff. de dona. cau. mor. l. tamen. §. j.

ADDITIO.

* Exemplum. Unde dicitur, O derunt peccare boni virtutis amore, & dēbent peccare mali formidine pene. Et Seneca in puerb. Plerique cessant peccare metu, non innocentia: & profecto ȳ potius timidi quam innocentes iudicandi sunt.

1 ☞ Rebellare idem est quod resistere, & resistere potest fieri faciendo vel non faciendo, vel non obediendo.
2 Transfuga dicitur qui recedit de terris subiectis, et vadit ad hostes.
3 Deficere dicebatur de iure antiquo qui retinet locum in quo quis stabat sub obedientia principis. hodie est rebellis.
4 Non obedientes principi vel non receptantes gentem suam de iure antiquo non puniebantur ipso iure, hodie tamen dicuntur rebelles.
5 Rebellis etiam dicitur qui dicit se subditum Imperio sed rebellat odio persone Imperatoris.
6 Rebelles qui dicantur, vbi quinque modis quis dicitur rebellare.
7 Rebellionis nomen ab eo quod antiqui dicebant duelles quomodo differat.

1 **Tenore.** Tertia pars, in qua ponit statutum, ad cuius intelligentiam sciendum est † quod rebellare idem est quod resistere secundum Hugo. C. de defer. l. ȳ. lib. xȳ, & hoc resistere potest fieri faciendo aliquid contra, vel non faciēdo, & non obediēdo vel vtrang; vocabuli significationē continet; vt extra de offi. deleg. c. sane Iz hoc noīe rebellis, iura antiqua non vtantur, sed si aliquis rebellat mutando † locum hoc est recedendo de terris subiectis, & eundo ad hostes talis vocabatur transfuga. vt ff. de pen. l. si quis aliquid §. transfuge. & de cap. & postl. postliminiȳ. §. transfuga, & § filius. & de re mil. l. penitores. in fin. Quandoque rebellant retinendo locū in quo stabant sub principis obedientia, & isti de iure ciuili antiquo nō habebant speciale nomen sed vocabantur illi qui deficiunt: vt l. amissione. §. qui deficiunt. de capti. dimi. & isti si quidem rebellabant faciendo bellum principi tanquam hostes ipso iure puniebantur, & perdebant ea que iuris ciuilis sunt vt ibi: sed quia hoc rebellare potest publice fieri, & occulte, & ibi nō declaratur; ideo hec lex declarat. & hoc in primo capite huius. l. duz dicit de his qui hūdēntis & rebellionis opera faciunt, & sic faciēdo delinquunt. Sed si aliquis † solum rebellasset non obediendo principi vel non receptando gentem suam, non puniebatur ipso iure nec perdebat ea que iuris ciuilis erant, nisi princeps vel senatus iudicaret do l. amissione. & in hoc suppletur per hanc legem, sciam quoquomodo machinatur aliquid contra Principis honorem, & rebellando est rebellis. & hoc in secundo capitu. huius. l. Item nostrum vel Imperiȳ, &c. Item quis posset † dubitare si aliquis faceret se subditum Imperio: sed rebellat odio persone Imperatoris. an dicatur rebellis Imperiȳ. et hoc non declaratur in d. l. amissione. & declaratur hic quod sic. & est hoc cōmune ad primum. & ad secundum caput. Declarat etiam hoc in secundo capite huius legis, de his qui rebellant contra officiales, potest etiam dici quod totum sit vnum capitulum cōtinens quę predicta, & idem est sensus & sic hec lex directo tēdit ad declarandū d. l. amissione. §. qui deficiunt. de capti. dimi. Et hoc nomen rebellare: in hoc significato in diuina scriptura sumitur in multis locis: vt ȳ. Reg. xvj. c. & iiij. Reg. xvȳ. c. & xvȳ. & xix. Et

6 sic per hanc legem nouam † habemus quinque nominum impositiones quia tales vocantur rebelles secundum declarationez eius quod dicit publice vel occulte. Tertiam quandam pronūciationem nouaz scilicet, vt dicantur rebelles, & si opera hostilia nō faciant, sed solum si non obediant. Quartam declarationem si faciat contra personam Principis tantum. Quintam declaratio-
7 nem, si facit contra officiales eius. Sed quero, † in quo differt
a hoc nomen rebellionis, ab eo quod antiqui dicebant duelles a, quos nos vocamus hostes: vt l. quos nos. de verbo. significa. Respon. illud nomen quo ad quid generalius est. Nam competit etiam his qui non consueuerunt esse sub obedientia, qui indixerunt nobis bellum vel nos eis: vt ff. de captiuis. l. hostes. Sed hoc nomen rebellionis proprie cōuenit his qui desierūt, cum essent subditi d. l. amissione. §. qui deficiunt. in gloss. parua, super verbo, hostes, &c.

ADDITIO.

a Duelles. Vide Oldra. consil xliij. incip. queritur vtrum citatio. versi. ad quintam questionem Ber. Land.

Declaramus. Refertur ad tria, de quibus potest dubitari scilicet an occulte, an contra personam tantum, an contra officiales tantum.

Decernimus. Refertur, scilicet de non obedientibus, qui opera hostilia non faciunt, &c.

Pronunciamus. Ad id quod erat clarum. refertur, scilicet de his, qui opera hostilia faciunt, &c.

1 ☞ Dictio omnes, in singulari distributiuum est, in plurali collectiuum.

Omnes. Collectiuum est: vt ff. de arb. l. nō distingues. mus. §. cū in plures. & no. de lega. ij. l. si pluribus. sed in singulari est nomen distributiuum, † vt not. in l. iij. de statu homi. hic ergo quia collectiue ponitur, comprehendit ciuitates. collegia, & vniuersitates. & in hoc incidenter facit. s. l. proxim. Comprehendit etiam singulares res. & personas p hoc quod dicit, & singuli.

Nostri Imperij. Non potest ergo dicere quod qs est rebellis Imperiȳ, & non Imperatoris, vel econtra. Et ex hoc patet quod hec rebellio morte Principis non finitur, &c.

1 ☞ Rebellare, occulte, quomodo quis dicatur.
2 Colligationes, quas faciunt ciuitates vel domini principe absente non valent sine eo presente.

1 **Occulte.** Aū si aliqua ciuitas Tuscie, Principe ita ciente intrāte Lombardiam mittit stipendiarios ad aliquam terram vel dominum rebellem, & fingit eos non esse stipendiarios cassando eos ficte, vel mittit gentem alicui, vt ipse possit contra Principem habilius mittere gentem
* suam, vel faciunt ligam seu societatem * inuicem ad eorum defensionem, vt consueuerunt facere isti Perusini, Florentini, & etiam tyranni Lombardie, & hoc exprimunt, & aliud in veritate dicunt.
2 Sed sciendum est quod † tales colligationes a ciuitatum inuicē,
a seu cum dominis prohibite sunt, & ipso iure nulle. vt in vsib feu. de pace iuramen. firmanci. §. conenticula. quod intelligo Principe existente in partibus vel eo existente ad eorum defensionē sed principe absente non puto prohibitas tales societates, seu colligationes ad defendendum se ab impressionibus tyrannoz vel malarum societatum, que sepe insurgunt in Italia ad deprehendum alios, fit enim ad iustitiam seruandam, ergo debet valere. vt not. ff. quod cuiusque vniuersi. l. j. in princi, &c.

ADDITIONES.

* Societatē. Quando liceat confederatio, & quando aliquis est confederatus duobus, & ab ambobus requiritur eodem tempore. cui potius obedire debeat. Vide Rom. consi. xliij.
a Tho. D. Quod tales obligationes. Vide Barto. in l. fina. ff. de colle. illic. & ibi Alexand. in apost. & Ludo. Roma. in consi. xlviij. & Lardin. Flor. in clement. pastoralis. in princip. de re iudica.

Nostrum honorem. Scilicet persone, vel imperiȳ, vt infra patet, &c.

Faciunt. Loquitur ergo de ea rebellione, que in facie do consistit, vt in conferendo se in numero hostium, in sequendo Principem & gentem eius.

Et. Incipit, secundum capitulum.

Nostra. Scilicet propriē persone Imperatoris, &c.

Imperij. Et sic dignitatis, &c.

Machinantur. Ad est aliqd dolose ordinat: cum machinatio propriè consistat in arte verborum.ff.de dolo.l.prima.§.primo.& ibi notat faciendo inter se litigam.& societates prohibitas sub aliquo colore licitor:vt ff.de extraord.cri.l.secunda. vel pone quod adueniente Imperatore vel eius nuncio volente ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus Imperij tam ibi quã alibi. Aliqui respondent quod nolunt intromittere tantam gentem eius vel eum esse periculosum statui eorum et tenent eum in verbis,et sic labitur tempus, quo multa posset facere pro Imperij prosperitate. Iste sunt machinationes quod impedimenta facit eos rebelles,&c.

1 ✠ Constitutio hec loquitur de subditis Imperij Imperatori resistentibus.non de subditis ecclesie.

2 Resistens officialibus Imperatoris circa officium eis commissum quando fit rebellis intellige de officialibus qui principaliter sunt pro eo.nu.4.
Officiali facienti aliquid vltra suum officium legitime resisti potest.

3 Constitutio hec non habet locum in rebellante contra Regem vel principem vel aliquam ciuitatem, & in eis habet locum l.amissione.§ qui deficiunt.de capi.dimi.nu.5.

6 Constitutio hec habet locum contra rebellantes contra rectores per Rom.imam ecclesiam positos.

7 Rebellis quomodo fit aliquis de terris eccle.facit aliquid cõtra Principem.de his que pertinent ad rebellionem.& an in crimẽ lese maiestatis incidat.
Rex Robertus quomodo poterat condemnari ab Henrico Imperatore pro rebellia & de crimine lese maiestatis.

8 Imperator est fidelis confidatus,& coronatus a Papa.

9 Eloysius filius Regis Roberti iurauit fidelitatem Imperatori Henrico per suos nuntios in ciuitate Pisarum presente Bartolo.

10 Homo de terris ecclesie delinquens in Imperatorem,an potest de crimine contra eum. vel per Imperatorem. vel per habentem ab eo authoritatem procedere.

11 Ad reprimendum, facta fuit per coronationem Imperatoris, & non habet locum contra subditos ecclesie.
Ratio Clementine pastoralis.de re iudica.non habet locum in hominibus Imperij vel alterius Regni.

12 Ciuitates que inuicem confederantur equali federe vt tractent se inuicem vt ciues, intelligitur vt vnus contra alios grauiores leges non faciat.

13 Rebellium pene sunt tres.

14 Rebellem quem esse,potest peti vt pronuncietur,cum hanc penam ipso iure incurrat.

15 Putans se de crimine rebellionis infamatum, potest petere,pronunciari se non esse talem.

16 Ciuem talis Ciuitatis quis potest petere se pronunciari.

17 Rebellis dominium bonorum retinet,sed secuta condemnatione confiscantur.

18 Rebellis non priuat ipso iure iurisdictionibus quas habebat. Iurisdictio licet origine fuerit iuris gentium tamen dicitur de iure ciuili.

19 Rebellis quas obligationes,& promissiones amittat.

20 Rebellis per se,an in rebellionem quomodo peccat ea, que habet a iure Imo.seu a summo pontifice a sua ciuitate, ve,ab aliis Regibus.

21 Banniti nostri temporis qui impune possunt offendi que iura amittant.

22 Rebellis potest occulte occidi a quolibet homine.

23 Ciuitas an possit dici rebellis,& in eas cadat pene, de quibus hic.

24 Princeps,solus & non alius iudex,potest condemnare ciuitatem ab extra subiugare & homines ciuitatis capte illam dimittere cum omnibus bonis,& ad aliam se transferre.

a Rebellando a Resistendo vel non obediendo licet ipsi guerram non inferant: vt dictum est.b & aduertendum est quod in illo, qui rebellat contra Principẽ.hec constitutio loquitur simpliciter, quasi contra eius non possit esse aliqua iusta causa resistendi.quod intellige de subditis Imperij. non de his, qui sunt de terris ecclesie. In eo

2 ✠ vero † quod loquitur in eo qui rebellat contra officiales suos, loquitur limitative, s. in his que ad commissum eius officium pertinent.& hoc quia si vltra facerent posset eis legitime resisti,

b vt C.de iure fisc.l.prohibitum. libr.x & de metal.l. decuotum. lib. xij. Et intellige,quando rebellat pro his, que petuntur pro statu Imperij. Secus si aliqua singularis persona conueniretur coram principe vel eius iudice in aliqua causa, ciuili vel criminali ad petitionem alterius vel esset contumax, aut alio modo resisteret,tunc enim licet largo modo dicatur rebellis:d.c.sane.de

officio.delega. tamen propter hoc non dicitur rebellis Imperij,

c nec incidit in hanc constitutionem, quia non rebellat contra prosperitatem Imperatoris vel Imperij principaliter quod in hac constitutione requiritur.vt patet in ter.sed in damnum aduersarij cum quo litigat.quod patet.quia contra talem contumacem non proceditur nisi parte petente:vt ff.de iud.l.ad peremptorium.& C.de iudi.l.properandum.§. fed & si quidem.C. quo

3 modo & quando iud. auth. qui semel. † Sed an hec constitutio hꝫ locum contra eum, qui rebellat contra aliquem Regem vel principem vel contra aliquã propriam ciuitatem? Videtur.cum hic ór contra officiales nostros,sed omnes predicti possunt vocari officiales Imperatoris,quia vel ab eo habent iurisdictionem ex constitutione,vel concessione,vel longa consuetudine q̃ vim cõstitutionis habet:vt ff.de aqua plu.arc.l.i.§.fi.ff.de aqua cot.

d & est iu.l.hoc iure.§.ductus aque. Contrarium dico.quia tunc non fit contra prosperitatem principis,vel Imperij principaliter.licet ex istis defensionibus & rebellionibus # espublilled

4 casus est ff.de capti.l.si quis ingenuꝫ.§.in ciuilibus.† Et quod dicitur de officialibus Imperatoris intelligitur de his principaliter ac directo pro eo sunt, vt legati,& vicarij Imperatoris.C.de eo qui vicem alte.gerit.l.ũ.ff.de legatis.l.i.§.deportatos.& §. seq. Reges vero † & ciuitates esto quod habeant iurisdictionem a principe,tamen eam exercent principaliter propter

e se non propter principem:& sic cessat * hec cõstitutio que spũ

✠ ter loquitur in his, qui machinantur cõtra personam principis vel eius officiales vel Imperij vtilitatem,sed habet locum in antiquis,scilicet l.amissione.§.qui deficiunt. ff. de capi.dimi.que generaliter loquitur de his qui deficiunt a iurisdictione eorum, sub quorum Imperio sunt.& dicam in tract.de banni.nostri temporis. Sed quid si aliquis rebellat contra Rectores per Ro-

6 manam eccle.positos in partibus Italie. Puto huic constitutioni locum fore,cum eius Imperium sit ecclesie:vt s. dixi in l.

f proxima circa princip. quod apparet quod rebellat contra prosperitatem Imperij. Ito quo facit quod Canoni, in c.ibi-

7 mitantur leges:vt extra de no.ope.nuncia.c.i. Quid ? si aliquis homo de terris ecclesie aliquid faciat contra principem, de his que ad rebellionem pertinent,an rebellis est,& in crimẽ lese ma-

5 iestatis incidat? Et Henricus Imperator huius legis author determinauit quod sic.condemnando de hoc Robertum Regem extra de re iudica. c. pastoralis. in cle.sed papa ibi in forulis, determinauit contrariũ dicens eum qui est de terris ecclesie,homine originis & domicilij.non posse dictum crimen committere in Imperatorem, et propter hoc cassauit Imperatoris sententiã cõtra Regẽ Robertum.latã.mihi vtriusque sententie videtur esse vera. Nam dicta verba cõmisit crimẽ lese maiestatis eum puto sunt intelligi sic.in quantum.id est in ipsius principis maiestatem & tunc est vera sententia pape. Nam cum non sit subditus naturalis Imperiali non debebat sibi illas fidelitates que dicuntur supra l.proxi. circa princ.nec eum tenetur reuereri. Sed quo ad eum liber est & non dicitur directo in eius maiestatem committere:vt ibi,facit ff.de ca.l.non dubito. Secundo possunt iste dicta verba quod commisit crimen lese mate. scilicet populus cui subditus est,& hoc crimen committit in eum scilicet principaliter non directo, sed per quandam consequentiam lesit maiestatem pape. & tunc est vera sententia Imperatoris. † Nam Im-

8 b peratori est fidelis confidatus a Papa. et ab eo coronatus sed qui offendit confidatum a Principe, incidit in crimen maiestatis principis:vt ff.ad legem Iuliam maiestat.l.nam cum. Sed quia hic Imperator in sua sententia non expressit sic non fuit expressa maiestas que lesa fuerat.fuit intelligenda de maiestate Imperatoris.vnde fuit expressa sententia sua. Vel de Papa multũ ponderat illa verba.lese maiestatis in ipsum, quasi dicat,suam dicitur ledere.sed alterius maiestatem non negat.et hoc de crimine lese maiestatis. Vnum est rebellis videtur quod non,qui a non est subditus:vt dixi. Item contrarium videtur in d.cap.pastoralis.in princip.vbi Imperator appellat Regem Robertum hostem,& rebellem quia subditus esset tamen comitatus Prouincie quam tenebat ab Imperio.& super

9 Eloysius Rex † dicti Regis Roberti successor per suos legitimos nuncios domino Imperatori nostro pro dicto comitatu fidelitatem iurauit in Ciuitate Pisarum, me presente.

10 Sed an contra hominem † de terris ecclesie sic delinquentem possit Imperator. vel habens auth. ritatem ab eo procedere quod videtur:quia homines ecclesie sunt Imperij federati.ergo apud eum possunt fieri rei & in eos animaduerti.l.non dubito.in fin. ff. de cap.maxime cum eorum forum sortiantur ratione delicti commissi .in committendo gentes contra Principem de terras Imperij, et sic Imperator fecit contra dictum Regem Robert.sed Papa determinauit contrarium, nisi fit inuentus vel ad eum ex morte remissus: vt d.c.pastoralis.§. nos quoque.

ibi quod si puniio. Sz certe ve ꝛ est quod de isto crimine quod est capitale nõ posset de iure cõmuni puniri. nisi presens esset: 11 ꝛ illud cõsideratur illa Decretalis. Nec ob. S. l. pe. ꝛ qui illa fuit facta post coronationem Imperatoris predicti. Unde ecclesia nõ admittit istam in preiudicium subditorum suorum, ꝛ sic videtur misse fedus cum eo quod contra homines ecclesie leges grauiores non imponat. Unde ratio illius cap. non habet locum in bonis ipsius Imperij, vel alterius regni, sed solum in hominibus ecclesie. Quod not. ꝓ tio ciuitatibus, que inuicem confederãtur equali vel inequali federe, dicta l. non dubito. ff. de capti. Nam si actum est vt inuicez se tractent vt cives in ciuilibus, ꝛ crimmalibus, intelligitur vt vnus contra alios grauiores leges nõ faciat quam tunc erant, quia in societate inspicitur cõtractio societatis tempore contracte societatis: vt institu. de societa. ℌ. fi. ꝛ ff. ꝓ soc. socius socio ꝛ famil. ercisc. l. heredes. ℌ. non tantum. et 13 ibi no. ꝛ De pena vero rebellium dic quod quedam infligitur ipso iure quia perdunt omnia que iuris ciuilis sunt: d. l. amissiõe. de cap. dimi. alia pena potest infligi eis a quolibet homine. Nã potest impune occidi: vt ff. ad l. cor. de sic. l. iũ. ℌ. fin. ꝛ de re mili. Proditores. ꝛ possunt capi ꝛ detineri vt serui: vt ff. de acquirerum dom. transfuga. Tertio pena imponitur, quia potest talem punire vt capite puniatur: vt ff. de pen. l. si quis aliquid. ℌ. transfuge. quod intelligitur: vt ibi not. circa princip. quia cum 14 talem penam ꝓ ipso iure incurrant, an peti possit pronunciari talem esse rebellem puto quod sic, argumẽ. ff. de iud. l. qui se dicit. ꝛ est expressum in d. c. pastoralis. vbi Imperator pronunciauit 15 Regem Robertum esse rebellem. Et eodem modo ꝓ qui se putaret esse de tali crimine infamatum posset petere, se pronunciari non esse talem. argumẽ. C. de inge. ma. l. diffamari. facit quod dicimus quod principaliter potest peti: vt de etate pronuncietur: vt ff. de minor. l. de etate. secundum vnam lectu. de fer. l. iũ. ꝛ ibi no. vt etates probentur. C. de probat. l. cum te. Item hoc posset fieri 16 ciuiliter agendo. Nam sicut ciuitas posset vendicare civem suũ, eadem ratione ciuis posset dicere se civem ciuitatis illius ꝛ sic per consequens non rebellem. ff. ad municipa. l. de iure. ꝛ no. de rei vẽd. 17 li. ℌ. per hanc. ꝓ Item quero quid de dominio bonorũ. Respon. illud si est directum est de iure gentium. ergo retinet. sed si habet vsle dominium. illud non retinet sub isto nomine. quod puto bene iure ciuili inductum, sed quia hoc idem sonat quod effectus dominij: vt not. C. de bo. ma. authen. nisi. ideo puto quod hoc retineat sicut directum, quia hic effectus dominij est de iure gentium. arg. Institut. de vsu ꝛ hab. ℌ. fin. vbi dicitur vsum, ꝛ similis que sunt de effectu dominij esse de iure gentium, sed licet retineantur nec publica efficiantur, tamen occupanti concedentur. Casus est in l. transfuga. de acquire. do. Si enim potest occidi personaliter ꝛ capi, ꝛ haberi vt seruus, multo magis res. Sed puto si quereretur condemnatio per iudicem. ꝛ si cõdemnaretur crimine lese maiestatis quod tunc omnia publicarentur bodie: 18 per l. ꝓmi. ℌ. fina. C. ad l. Jul. maiest. Item quid ꝓ de iurisdictionibus quas haberet talis rebellis. Respon. iurisdictio est iuris ciuilis quia de iure publico introducta est: vt no. de iurisdi. omnium. ibi. facit de reg. iur. l. ℌ. ℌ. pen. Dico enim sunt de iure gentium quo etiam fuerunt Reges. l. ex hoc iure. ff. de iustit. et iur. sed quia circa iurisdictionem multa sunt addita. ideo dicitur de iure ciuili. ius ciuile. ff. de iusti. ꝛ iur. ꝛ licet in eum qui est rebellis non cadat iurisdictio tanquam ius quoddam a iure ciuili inductum, remanet tamen tanquam quedam potestas regia inducta de iure gentium, ꝛ ideo Imperator in illo cap. pastoralis, priuauit Regem Robertum iurisdictione, ꝛ dignitatibus quas non esset ipso iure priuatus, vel quod licet est etiam de ipso iure priuatus tamen donec toleratur, valent gesta per eũ. l. Barbarius. de offic. pre. ꝛ C. de senten. l. si arbiter. ꝛ ideo Imperator in dicta sententia expresse priuauit nec dicit ipso iure priuetur, ꝛ tacite vult hoc fieri expresse, per id quod dicitur. ff. si pendeat. sepe latorem interue. l. i. vbi bona fuerunt publicata expresse tamen bona citra inerat. Vel dic quod Imperator contra Regem ideo expresse priuauit, quia illas iurisdictiones habebat in terris ecclesie. ꝛ ab ecclesia non erat ipso iure priuatus. Priuauit autem eum per sententiam, sed ecclesia istud non admisit, vt statim dicam. Licet etiam precedentia vera sint. Item 19 quid de obligationibus, ꝛ promissionibus factis bis rebellibus. Respon. si quidem sunt iuris ciuilis. ipso iure perduntur: si iurisgentium tunc ea non perdunt vt dictum est, sed in aliquibus promittentes ipso iure non tenentur, vt si esset debitor fidelitatis. Nam tunc cui esset rebellis ei obedire non tenetur non tanquã liberatus per rebellionem, sed tanquam ab ipso initio promissione conditionata: vt sit conditio. si non rebellis superiori sic. Et ita intelligo in vsib. feud. hic finitur lex. capitu. primo, et quod ibi not. facit. ff. de legatis primo. l. quid ergo. ℌ. si heres. ꝛ de verb. oblig. l. quatiernum. Sed dominus Imperator contra dictum Robertum Regem expresse priuationis sententiã promulgauit: d. cap. pastoralis. ℌ. inhibendo. etiam si hoc facit: vel quia predicta erant in terris ecclesie vel ex alijs causis pallegatis. Sed cum perãt eo, que sunt iuris ciuilis quid de bis que a iure canonico seu a summo pontifice habet. ℌ. ex põdeo quoddam ius est superius ciuile, quoddam infra ius ciuile, quoddam equale illi. Primo casu, ex iolam rebellionem non perditur ius naturale vel gentium, ea eñ retinet, l. amissione. ff. de cap. diminutio. Sz per sententiam potest quis priuari ecꝛ vt patet in damnato ad mortem, qui ipsa sententia priuatur ciuitate, ꝛ libertate que est naturalis facultas, ꝛc. vt ff. de statu hominum. l. libertas. ꝛ eodem modo dico de bis, que quis habet a summo Pontifice. Nam ea sola rebellione non perdit. Nam eius authoritas superius ciuile est, sed per sententiam legitime latam posset quis illo iure priuari etiam a iudice seculari. de laicis vero loquor. Unde si Imperator protulisset sententiam contra dictum Regem presentem, vel aluisset: d. cap. pastoralis. ibi. quod si punitio, ꝛc. tamen quia in absentem protulit, non valuit: vt dictum est. De eo vero iure, quod est infra ius ciuile, vel sunt iura propria ciuitatum ꝛ aliorum dominorum sub Imperio constitutorum, illa fine dubio perdit. Illa enim iura si cum authoritate Principis sint facta, ipsius iura esse videntur. C. de vet. iur. enuc. l. prima. ℌ. omnia. et est expssum in vsib. feud. tit. hic finit lex. Conrad. d. cap. i. De eo vero iure quod est equale iuri nostro ciuili exemplum poni non potest de iure, cum Imperatoris omnia sint exceptis bis q habet ecclesia, vt dictum est supra. l. proꝛm. circa princip. Sz presuppono (prout de facto obtinuatur) quod aliqui leges, vel Populi recognouerunt Imperatorem in dominum: tamẽ dicendum est quod illa iura non perdit rebellis ex sua rebellione. Nam ex hoc perdunt iura ciuilia, scilicet ciuium Romanorum: vt Jnstit. quib. mod. ius patrie potestas sol. ℌ. cum autẽ. Ex predictis patet determinatio ꝓ questionis, de erbannitis nostri temporis. Dico enim quod illi qui ex forma statuti possunt impune offendi, dicuntur hostes, ꝛ rebelles ciuitatis: quod patet, qꝛ per legem ciuitatis cõtra eos indictũ est bellum: vt d. l. amissione. ℌ. qui deficiunt. in gloss. super verbo, relegati. et ideo perdunt iura ciuilia illius ciuitatis, non iura ciuilia Romanorum que 21 sunt supra iura aliarum ciuitatum ꝛ que sunt equalia. sicut erbannitus ꝛ condemnatus ab Imperatore non perdit ea que sunt l iuris ciuilis Populi: ꝛ sic est casus in d. c. pastoralis. Sed dices tu illud verum est in terris ecclesie, sed in terris Imperij videtur ibi casus in cõtrarium. Nam Imperator credit illum Regem posse priuari illo iure, quod habebat a superiore: ergo idem sentit ab eo qui est inferior eo. Sed contra dico. Nam Imperator cognoscens quod eo ipso, quod est rebellis ꝛ hostis suꝛ non perdit ea que habet a superiore: ꝛ ideo expresse sententiam m priuationis protulit. Et sic patet quod eo ipso quod erbannitus, ꝛ hostis vnius ciuitatis est erbannitus. non perdit ea que sunt iuris ciuilis Romanorum. casus est ff. de cap. ꝛ posti. re. l. si quis ingenuus. ℌ. in ciuilibus. Sed si ciuitas vellet hoc expresse facere per suam legem. ꝛ suum effectum portigat ad ea que sunt extra territorium, dixi plene in repet. l. cunctos populos. C. de summa trinitate, ꝛ fide catholica. ꝛ banc materiam plene tractaui in questione quam de hoc disputaui, que incipit, Lucane 22 ciuitatis statuto, ꝛc. Circa hoc secundum scilicet de pena que pon test infligi a quolibet homine, queritur an eum, qui est rebellis occulte liceat occidere. Et dic quod sic. nam ipso facto penam banc incurrit, vt hic, ꝛ in iudicio quo procediture de homicidio liquidabitur an fuerit rebellis, argumen. ff. de ope. no. nunci. l. 23 de pupillo. ℌ. si quis ciues. versicu. toties. ꝓ Item an iste pene cadant in rebellem ciuitatem. Respondeo, quedam sunt ciuitates que per vim occupantur ab aliquo tyranno vel hoste Imperij, ꝛ iste proprie non dicuntur rebelles. sed dicuntur ciuitates capte que si recuperantur, dicuntur redire ad pristinam libertatem, vt ff. de offic. prefec. preto Afri. l. i. in princip. Quedam propio motu civium vel maioris partis rebellant, ꝛ isti sunt proprie rebelles in quibus quantum ad amissionem iurium, ꝛ iurisdictionis dicendum est idem quod in priuato, quantum ad penam inferendam, per hominem priuatum dicendum est, quod quilibet potest in eos ciuitate, ꝛ territorio capere, predari, comburere, ꝛ similia facere, que consueuerunt fieri bis, contra quos bellum habemus. l. iũ. in fine. ff. de acquir. rerum domi. Sed si capiatur vna ciuitas, cuius populus sit rebellis an populus efficiatur seruus sicut vnus priuatus cap us? Respondeo. non, imo libertatem recipiunt, vt in authenti de he. ꝛ fal. in princ. ꝛ ibi not. in glo. super verbo, antiquam, ꝛ ibi per Jac. de Beluꝛ. Item an iurisdictio erit priuati capientis. Et respond. non cum iure antiquo illum ante iam perdidit. ꝛ sic est principis: ꝛ sic tunc, cum occupatur non habet iurisdictionem. ꝓ Item an priuatus, qui capit ciuitatem, poterit eam destruere, vel homines inde ex-

pellere, patebit statim. De pena vero inferenda per sententiam iudicis, dico quod nullus potest condemnare ciuitatem subuertendam aratro, nisi solus princeps. Nam licet domus particulares sint priuatorum, ipsa ciuitas vniuersaliter considerata est principis, similiter, & palatia publica ciuitatum: vt in vsib. feud: ti. que sint regalia, c. primo, poterit ergo destrui ciuitas, que principis est, absque eius voluntate. Item si non licet destruere ciuitatem, nec alia edificia per que vrbs deformetur ruinis: vt ff. de leg. j. l. cetera. §. hoc senatusconsultum. & C. de ed. priu. l. ij. multo minus nec tota ciuitas. Item si non licet contra decuriones ciuitatis ferre sententiam mortis principe inconsulto: vt ff. de penis. l. mortis. §. ite fere. multomtmus licebit contra totam ciuitatem, sicut Troia, & Carthago passe sunt aratrum ex precepto eius qui tenebat Imperium: vt ff. qui. mo. vsuff. amit. l. si vsusfructus. Dico etiam quod nec potest cogere homines ciuitatis capte illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliâ se transferre, sed solus princeps potest, arg. C. de iu. fisc. l. certa forma. li. x. sed relegare ex causa potest preses vel alius pretor: vel rector: vt ff. de offic. prefec. vrb. l. j. §. fin:

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Rebellando. Vide Aler in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. in add. in ver. sed si offensa. & in l. aut facta. §. nonnunquam. in ij. col. in addi. magn. ff. de pe. & Bart. Soci. in cõs. xxj. in c. sequendo. & in consi. cclxxv. in causa fratris.

⁂ ¶ Imperij. Adde Oldr. consi. xlij.

b ¶ In l. prohibitum. Vbi vide Spoſt. Alle. ſi Aler. eſt. & Old. in conſi xlij. & plene per iaſon. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur.

c B. L. ¶ Rebellat. Intellige, etiam ſi ipſi principi non obediret: vt quia fuit iuſſus aliquis ire ad confinia & noluit ire, & ob hoc fuit condemnatus ad capitis amputationem, & publicationem bonorum quod per hoc dicitur incurriſſe crimen leſe maieſtatis, ſecundum Baldum conſi. cxxvij. j. lib.

d B. L. ¶ Contrarium dico: Sequitur pet. de Anchar. conſilio cclxxxix.

e L. S. ¶ Propter ſe. Vide paul. de Caſt. in l. ij. C. de epiſc. audien. & Ang. de Ar. in tra. male. in ver. che hai tradito la tua patria. & ibi in add. & vide Cald. in conſi. vij. de accuſat.

⁂ ¶ Deſtat. Vide Calde. conſi. vij. de accuſat.

f ¶ Rectores. Adde Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. & dicit Petr. de Anch. in conſil. cclxxviij. quod eſt duplicatum in conſi. cccxl. ex predicta facti narratione, quod leges loquentes in crimine leſe maieſtatis Imperatet & eius officialis trahuntur etiam ad pœnam: & ſimiliter ipſius rectores, & pro hoc ter. in c. felicis. in princip. de pen. lib. vj. v. i committitur crimen leſe maieſt. ſi quis inſecutus fuerit Card. in. imo dicit Bart. Cæro. in conſi. xvij. vita inquiſitione facta vbi conſuluit quod crimen leſe maieſt. committitur, nedum contra papam, ſed etiam contra Vicarios eccleſie, & ſic dominos ciuitatum. per gloſſ. ſingul. in l. fallaciter. in verb. prodita. C. de abolit. ibi Bald. no. per illum tertium. facit etiam quod notidem Bald. in l. ſi quis nummos. C. de fal. & quod conſulit Raphā. Comen. in conſi. cliij. incip. ad primum. & Raphā. Fulg. in conſil. j. Illuſtriſ. dominus. et paul. de Caſtr. in conſilio cxxv. ad primum circa finem et in l. ij. C. de epiſc. & cler. Ludo. Roma. in conſil. lix. incip. ad diſcutiendum veritatem, & facit etiã quod not. Joan. de Imo. in l. ſi quis inſultaret. in fin. princip. ff. ſol. mat. quod patre damnato in crimine leſe maieſtã. cõtra ſanc. Roma. eccle. filius perdit beneficium eccleſiaſticum. argu. cap. j. de ſchiſma. & ſic l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſta. habet locum de iure canonico.

g ¶ Leſe maieſta. Vide Alb. de Roſa. in l. quiſquis. C. ad l. iul. maieſt.

h ¶ Coronatus. Vide iacob. Alua. in c. j. quis dicatur dux vel marchio.

i ¶ Alios graviores. Vide Fely. in c. poſtulaſti. verſi. quarta declaratio. vbi plene. de foro competen.

k ¶ Perduat. Vide late paul. de caſt. conſi. xxxij. B. L.

l ¶ Condemnatus ab imperatore. Vide Bart. in l. non dubito. ff. de cap. & poſtli. reuer. & apoſti. Aler. in l. vt vim. in addi. Bart. in verb. damnum. ff. de iuſti. & iur.

m ¶ Diuationis protuliſt. Vide iaſon. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. in verſic. circa iſtum text.

n ¶ Circa ſecundum. Vide pet. de Anch. in conſi. cclxxviij. in ij. colum. ex predicta facti narratione, & dixi in conſi. meo ducis etc. vbi videas plene.

Nulli. Quarta pars in qua punit impugnantes cõſtitutionem, & quod dicit nulli intellige in primo. vel in quauis dignitate poſito, etiam ſi vicarius fuerit Imperatoris niſi hoc habuerit expreſſe in mandatis. hoc enim innuit dictio, omnino, que ſequitur, quaſi dicat, ſine diſtinctione perſonarum: vt ff. quod met. cauſa. ſi cum exceptione. §. quatenus. in gloſ. ſuper ver. omnimodo. & de fideiuſſo. l. Hæc. §. illud. & ibi per Dyn. de dictione penitus, vide quod ponitur. C. de vſu. rei iudi. l. ij. §. reſpon.

Infringere. Id eſt, retractare directo, vel per mala litioſam interpretationem facere: vt C. de legibus. l. ij. &c.

Temerario. Et hoc patet, quod ſi ex ſubtilitate, abſque dolo, hoc fecerit, incidit in hãc penam: vt ff. ad Turpil. l. j. §. queri poſſit.

Contra ire. Vel contra diſſimulando, vel audendo allegationes contra hanc legem vt C. de legib. l. ij. C. de ſacroſanc. eccleſijs. l. j.

Attentare. Et ſic non requiritur quod ad factum perduerit quod plane dic: vt C. de epiſc. & cleri. l. ſi quis non dicam rapere, &c.

a **Indignationem.** Huius verbi nullum effectũ inuenio, niſi quatenus verbum ſonat: quia Imperator indignatus ex hoc facto, nõ exhibebit ſe gratioſum, &c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Indignationem. Adde quod vult Bal. in ſuprã. ſtatuimus. verſ. iuxta hoc quero. C. de epiſc. & cle. & de hoc dicto Bar. vide plene per Jaſ. in l. j. ff. ſi quis ius dic, non obtem. & ibi plene ponit quid importet clauſula in reſcriptis pape, quod ſi aliqui auſi ſunt contrauenire, nonerint ſe indignationem Apoſtolorum petri & pauli incurſuros.

1 Pena adiecta a ſtatuto imponenti iudici aliquid facienti tenet. ſi ſtatutum tenet.

2 Ciuitas quando poſſit facere, vt ſtatutum inualidum obſeruetur auferendo iuriſdictionem iudicibus.

Mille librarum. Alias punitur alia pena. C. de leg. l. ij. in fi. & C. de ſacroſ. eccl. l. placet. Et dic, vt ibi per doc. & ſic no. pro ciuitatibus, que

a quando faciunt ſtatuta, & penam imponũt iudici cõtra iudicãti, & aduerſario, & aduocato contra allegãti. Nam valet talis adiectio pene, ſi ſtatutum illud ſit validum, vt hic cum ſimilibus. ſi eſſet inualidum non valeret adiectio pene ſicut nec principale: vt. C. de legib. l. non dubium. & C. de pact. l. pacta que contra.

2 Sed aliquando † ciuitates volentes: vt ipſa ſtatuta, licet inualida obſeruentur, auferunt iuriſdictionem ſuis iudicibus: vt ſuper eo quod contra illud ſtatutum allegaretur, iuriſdictionem nõ habeat, quod an valeat, dic quod quandoque per illud ſtatutum inualidum nititur auferre alicui ius agendi, & tunc talis clauſula per quam aufertur iuriſdictio iudici, qui eam habet ab ipſa ciuitate, valet: vt ff. de iudic. l. iudicium ſoluitur, tamen poterit agi coram ſuperiore, ſicut alias cum proceditur per viam Sanctã gelice denunciationis: vt diximus ſupra l. proxima. in gloſ. ſuper

b verbo, denunciationem. Si vero aufertur ius excipiendi, ſeu ſe defendendi, tunc talis clauſula, per quam aufertur iuriſdictio ſuper defenſione non valet: quia defenſio eſt de iure naturali, ſic non poteſt auferri, nec impediri quin iudex audiat, alias ipſe impotaret, ſi ſtatueret quod iudex faciat iniuſtitiam quia extra de re iudi. c. paſtoralis. in clemen. & quod dixi ſupra proxima in gloſ. ſuper ver. figura. Idem ſi aufertur ius replicãdi: quia ſicut exceptio eſt defenſio contra actionem, ita repliatio contra exceptionem: vt ff. de excepti. l. ij. & hoc quando talis eſt exceptio ſeu defenſio, que per ſtatutum non poteſt tolli, alias ſicut poſſit ipſa exceptio tolli, ita & iuriſdictio auferri.

Data. Iſtud eſt vtile, & neceſſarium in legibus, que de nouo emanant, ſed in Codicibus & legibus antiquis diu obſeruatis, ſeu in volumine legum redactis, licet data non reperiatur, nihilominus ſuum vigorem obtinent, vt in prima conſtitu. Codic. ibi, & ſi que eorum, &c. vnde hec conſtitutio poſtquam cepit per ſtudia diuulgari, & frequentari, valeret, licet data non reperiretur, & hoc eſt vtile propter quaſdam ciuitates, que habent ſua volumina ſtatutorum non publicata manu notariorum, ſed ſunt diutius obſeruata & iſta data eſt communis ad hanc conſtitutionem, & precedentem.c

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Qui faciunt ſtatuta. Vide Aler. in l. Seius. & Angelus. in princi. ff. ad leg. Falcid. & Fel. in c. cum omnes de cõſti.

b ¶ Si vero aufertur. Vide Bart. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. fac. & ibi Aler. in apoſt. & ibi vide apoſtameam.

c ¶ Et precedentem. Vide Bapti. Sever. in l. j. C. de ſum. Trinit. & fide catho.

Do. Bart. à Saxoferrato

TRACTATVS DE MINORICIS, libris quatuor distinctus.

ADDITIO.

a Tb Dip. C Minoricis. De isto trac. in ff. lib. Bar. facit mentionem idem Bar. in l. quidam. §. Papinianus. in fi. ff. de admi. tut. & in l. ff. de leg. j. & in l. is potest. ff. de acquir. her. & in l. cū pater. ff. hereditatem. ff. de leg. ij. & in consi. v. incip. visa quadā petitione. & in consi. vi. viso testamento lib. i. C. & adde, qō dicta Bar. hic assumit bal. in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccl. & l. pūl. legis. eod. tit. & Eler. de Imo. in l. ff. de leg. j. & in d. l. is post. in addit. Bar. Et dicit Pau. de Castro in d. auth. ingressi. qō Bar. fecit istum tractatum valde pulchrum, & subtilem, quē appellat minoricarum, sed Bal. mitigatur ibi reprehendere in quam plurimis. vt ibi per eum. & limita dictā Bar. & intellige, vt per Bald. d. auth. ingressi. Adde quod stantibus pluribus privilegiis concessis per summos Pontifices post mortem Bart. non est insistendum in dictis bar. hic. & in materia istius tract. Eius autem sit authoritas Reuerē. d. Cardin. protectoris fratrum minorum & authoritas Reuerē. d. Generalis, que sit, & an sit eadem. vide Card. Flo. in consi. xvij. incip. casus. vbi videas, & istis nostris temporibus fuit maxima questio inter Reuerē. d. Grimanum Cardinalem protectorem ordinis. & Reueren. d. Generalem. & adde etiam quod fratres minores, licet non possint agere iure actionis, tamen possunt officium iudicis implorare. vide Jason. l. j. C. qui admi.

PROEMIVM.

MInoruz fratruz sacra religio fuit a Christi confessore Francisco, in arctissima paupertate fundata, & a multis summis Pontificibus approbata, cuius vite tanta est nouitas, quod de ea in corpore iuris ciuilis nō reperitur authoritas, sacri tamen canones circa eos multa sanxerunt & vt reprehenderent mordentium linguas & purificarent eorum consciencias principaliter prouiderunt. Circa vero questiones, & dubia, que propter bona temporalia ipsis fratribus ad vitam necessaria possunt occurrere principaliter non prouidit Pontificalis authoritas, ideo est necessaria magistralis authoritas que per lectiones, & similia determinet ista dubia. verunt amen que largitione fidelium viuentiū fratribus ipsis obueniunt, raro currunt litigia, quoniam viuentes ipsi liberam voluntatem erga eos libere exequuntur. Sumptus vero qui a personis morientium ipsis fratribus relinquūtur, vel possent alias ex eorum personis fratribus obuenire propter successorum indeuotorum auaritiam, & tenacitatem multas vidi contentiones, & lites, vt igitur fratribus in suis necessitatibus sit promptum, & vt indeuotorum successorum cupiditas conculcatur, & magistris scholasticis hec ignota iura patefiāt, Ego Bar. de Saxofer. Perusinus ciuis minimus inter legū Doct. hoc opusculum feci, in quo nihil proterue dico. nihil pertinaciter asero, sed si quid hic reperitur insertum, quod a determinatione sancte matris ecclesie, vel a veritate aliquo modo deuiare. hoc ex inaduertentia lapsu lingue, & velocitate calami euenisse credatur, paratus corrigere, & ex nunc corrigo, cum veritas fuerit patefacta sancte matris ecclesie, & cuiuslibet melius veritatem. & datus intuētis me humiliter correctiōi supponens. Ad opusculi libruz d Minoricarū decisionum volui nūcupari, tam ab ipsius principio, quam ab ipsius materia. Totū enim quod in eo dicitur de fratribus minoribus intelligitur, nec ad alios ereditur, nisi quatenus in eo continetur expresse. quis tamen hoc opusculum facere per constitutionē Nicolai tertij videtur prohibitum. & penale. ideo vt hoc opusculū contra insultātes se cum deferat defensionem, constitutionem predictā hic suspēdit Joā. Papa quam hic de verbo ad verbum inserere placuit. &c.

IOannes Episcopus seruus seruorū Dei, ad perpetuam rei memoriā. Ex nonnunquam quod coniectura profuturum credidit subsequens experientia nocium ostendit, nō debet reprehensibile iudicari, si canonum conditor canones a se, vel a suis predecessoribus, vel aliqua in eisdem contenta canonibus reuocat. Sane dudum feli. recor. Nicolaus Papa tertius predecessor noster quandam constitutionem declaratoriam, que incipit, Super regula dilectorum filiorum ordinis fratrum minorum, quam beatus Franciscus altissimus confessor instituit, & promulgauit sub certis penis arctius interdicens, ne cōcordantie, seu contrarietates, seu aduerse, vel diuerse opiniones ab ipsius constitutionis lectoribus, seu expositoribus inducantur, nec super ipsa cōstitutione glosse fiant. nec forme per quas verbum, vel sensus ipsius, vel constructio quasi grāmatice, aliis ad literam exponatur, nec intellectus ipsius per legentem discutiatur ad aliud, quam constitutionis ipsius litera ipsa sonat. Sollicitantes autem in scriptis constitutionem eadem aliter quā superius est expressum, facientesque commentum scripturam, seu libros, ac ex certa scientia deliberate & determinate in scholis, seu predicationibus contra contenta in constitutione predicta, seu alia, seu aliquid predictorū, nō obstantibus aliquibus priuilegiis, seu indulgentiis, aut literis a postolicis quibuscū q̄ personis, dignitatibus, vel ordinibus, aut locis religiosis, vel secularibus generaliter vel singulariter, sub quadā forma, vel expressione verborum, que solet in predictis aliquibus quomodolibet suffragari, ipso facto excommunicationis sententie voluit subiacere. Nos autem attendētes qō argumentis frequē tibus, & collationibus, latens veritas aperitur, quodq̄ sub eadem litera sepe latet multiplex intellectus, necnon esset difficile volentibus constitutionem ipsam perfecte legere ac intelligere penas adiectas in constitutione eius euitare, ac viam veritatis aperire volentibus, ac periculis que ex predictis possent literarū incurrere persone, precipue scholastice in errore salubriter obuiare, presertim cum de nouo sub Rota sunt aliqua dubia circa que periclitari veritas, & erroribus via pandit, nisi liceret conferre super cōtentis in cōstitutione hac, & disputare prohibitiones, & penas predictas, tā latas quā cōminatas, & coneffe t in fratrum nostrorum, ac multorum episcoporū, archiepiscoporum, prelatorum, necnon multorum professorum vtriusq̄ iuris, & multorum sacre Theologie magistrorū presentia dū consistoriū teneremus authoritate Apostolica duximus vtq̄ ad beneplacitū sedis Apostolice suspēdēda. Et eo suspensione auctoritatis huiusmodi ne cōtra quē intendimus licentiā tribuat quod contra statutum regulam predictorum dogmatizare, scribere seu determinare, predicare, seu prauе loqui liceat, publice, vel occulte, quimodo omnibus, & singulis authoritate predicta districtius inhibemus ne authoritate premissorū, & posterorū premissorum, inhibitiōem, & penarum suspendio in dubio reuocari valeat, nec aliquem propter defectus probationis indigni, quod velit transgressor prohibitionū ipsarū in penam, seu penas incideret antedictas. Nos volentes super de opportuno remedio prouidere chartas, seu membranas suspēsiones continētes easdem appendi seu affigi maioris ecclesie Aueniōnē. hostiū, seu super hostiis fecimus quam suspensiōem predictam suo quasi sono pronūcio, & patulo iuridico publicabatur. Data Aueniōn. vij. Calendas Aprilis. Pontificatus nostri, anno sexto.

IOcaut em opusculū diuido i libros quatuor. In primo, de hereditatibus que fratribus relinquuntur. Secundus, de rebus singularibus, que in suis voluntatibus homines fratribus largiuntur. Certus, de executionibus vltimarum voluntatum, que fratribus miunguntur. Quartus, de hereditatibus, & bonis que ab intestato fratribus deferuntur: quemlibet autem libruz diuido per capitula, vt primi libri series manifestat.

Minoricarum Liber primus.

C De hereditatibus ex testamento. Rub.

1 Status fratrum minoruz in arctissima paupertate fundatur. & vita singularis. num. .

2 Deportati in insulam, licet perdāt ea que sunt iuris ciuilis, retinent tamen ea que sunt iuris gentium, & ex his causis acquirūt.

3 Seruus pene licet omnia perdat, tamen ei sit legatum pro alimentis, & iudicis officium implorat.

4 Legatum factum seruo pro alimentis tenet.

5 Fratres predicatores habent in communi, nec eorum regule repugnat.

6 Regula fratrum minorum est magis stricta, quam fuerit regula Apostolorum.

7 Testamentum, in quo fratres minores sunt instituti, est nullus si substitutus non est datus.

Dato substituto vel alio coheredē valet.

CAP. PRIMVM.

DE hereditatibus que in testamẽto fratribus relinquuntur, multa dubia oriũtur. Primo enim videndum est quis est iste singularis status fratrum minorum, ex quo ista dubia oriũtur, hoc exprimit Nicolaus in c. exht qui seminat. §. porro. de verborum signficat. lib. vi. vbi sic ait. Porro cũ regula ipsa expresse contineat, quod fratres nil sibi appropriãt, nec domum nec locũ nec aliquam rem, sit que declaratũ per eundem predecessorem Gregorium ix. & nonnullos alios hoc seruari debere tam in speciali quã etiam in communi, & alibi eodem c. §. ceterum. dicitur sic. Ceterum cum in eadem regula sub precepti districtione prohibitum est, ne fratres recipiant per se, vel per alios denarios, vel pecuniam nullo modo idque fratres in perpetuum seruare cupiant & vel minuctum id necesse habeant adimplere &c. Et istud quantum ad abdicationem proprietatis refertur per Clementem in c. exht. §. ad hec. quantum vero ad pecuniam vbi & lemens strictius loquitur in eo cap. §. denique. cum idem confessor sic ait. Summe affectaret sue regule professores esse abstractos totaliter ab affectu, & desiderio terrenorum, & specialiter a pecunia, & eius vsu totaliter expertes, sicut prohibet prohibitio de recipienda pecunia, & regula sepius repetita, &c. Ecce statum eorum in arctissima paupertate fundatum, qualis status inter seculares homines ob aliquã causam nullo iure institutionis est inuentus. Nam homines liberi, cuius status est integer, habere possunt in proprio, & in communi. Quidã tamen sunt, quorum status propter penã minutus est, vt depositi in insulam, qui licet ea que iuris ciuilis sunt perdiderint, tamen que iuris gentiũ sunt retinent, & ex his causis possunt sibi acquirere, & actiones habere. ff. de penis. l. quidam sunt. ff. mandat. si mandauero. §. is cui. & de reiudica. si victum. & ibi not. Quidam sunt serui pene, & sic eorum status in totum perimitur, & sic perdunt omnia, tamẽ pro alimentis potest sibi legari, & ipsemet potest per se, vel per alios iudicis officium implorare, vt sibi soluatur, vt ff. de ali. & cib. legat. l. is cui. & l. si seruus. & de his que pro nõ scriptis. ba. l. si in metallum. tamen fratres predicti pro nulla re temporali possunt esse in iudicio, vt j. dicetur, de his quibus vsus pecunie nõ reperitur interdictus: nõ ergo sunt in tanta paupertate propter penã in quãta sunt fratres minores propter Christum. Quidam etiam sunt, quos seruos fecit captiuitas, vel nativitas. Istis etiam ex causa alimentorũ potest legari, & in multis causis pro re tẽporali in iudicio esse possunt. vt ff. de in. l. is nulla. & eis vsus pecunie non est interdictus, vt ff. de manumiss. l. is cui nõ enim sunt in tanta extremitate, in quãta sunt fratres predicti propter Deum. De his qui in ecclesia Domini militarunt, nullum genus hominum reperio cõstitutũ in tanta paupertate. De clericis enim secularibus, religiosis non mendicantibus non est dubiũ. de religiosis vero aliis mendicantibus cõstat, quod aliqua habent in communi quoad proprietatem, vt colligitur ex verbis Gregorii Pape ix. in constitutione, quia quorundam. de verborum significat. in extrauag. Joan. dum dicit, fratres minores & predicatores in arctissima paupertate docuit pauperes famulari: & tamen constat ipsos predicatores in communi habere etiam quo ad proprietatẽ aliquid, quod eorum regule, & statui nõ repugnat, &c. De Domino nostro Jesu Christo, & de Apostolis, & quid iuris fratres habeant in rebus quorum vsus est eis permissus, illud est quod in cõcisse credere debemus per Joan. Papam xxij. qui declarauit & statuit in cõstitutionibus suis, quarũ vna incipit, Ad conditorẽ canonum. de verb. sign. in extrauag. alia incipit. Cum inter nonnullos. eo. tit. alia vero incipit. Quia quorũdam. S. alleg. In eadem tamen constitutione, quia quorũdam. dicit in quibusdam fratrũ vitam esse magis strictã secundũ regulã que fuit Apostolorũ dum sicait. Constat enim multa cõtineri in dicta regula, que nec Christus verbis docuit, nec exẽplo firmauit, vt puta qõ precepit conditor dicte regule fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniã recipiant per se, vel per interpositam personam. nec nõ de multis existentibus in dicta regula, que vtique nec Christus nec Apostoli docuerũt nec firmauerũt exẽplo. Ne obst. qõ Christus portare pecuniam Apostolis & Discipulis, dum eos ad predicandum mitteret interdixit, quod tamen antequam ad predicandum mitteret non legimus interdictũ: qz post reditum pecuniam portauerunt, vt in pleris locis Euangelica veritas & Apostolica dicta attestantur. Cum ergo sit vite tanta singularitas, non mirum si eorũ occasione singularia dubia oriantur.

1
2
3
4
5
6
7

CAP. II.

QUidam in suo testamento fratres minores vel vnum eorum instituit heredes. Primo queritur, an valeat testamentum. Ad quod sciendũ est, q decretalis, exiui de paradiso. de ver. sig. in cle. dicit, q fratres minores istarũ institutionum nullatenus sunt capaces: tamen addam, si quidem sunt instituti, & nullum habent substitutum, vel coheredem, q testamentum est nullum, & hereditas pertinet ad venientes ab intestato. vt ff. de his que pro non scrip. bab. l. si in metallum. & C. de hered. instit. li. ff. de hẽsta. milit. l. neque enim. Si vero fratres instituti habeant substitutum vel coheredem, tunc testamentum potest valere substituto adeunte hereditatem, ad quem primo pertinet, vel adeunte coherede, cui crescit portio relicta fratribus, vbi substitutus non est. C. de cad. tol. l. j. in princ. §. bis itaque.

8

ADDITIO.

8 Tho. D. C. Primo queritur. Vide plene per Aller. de Imol. in l. si quis mihi bona. §. si seruus. ff. de acq. here.

1 & Ille, apud quem remanet hereditas, in qua erãt instituti fratres minores an eam licite in foro conscientie retineat, & nu. 7. Nec tenetur illam commutare in speciem alterius rei, ibi numero. 2.

2 Obligatus ad aliquid de iure naturali, licite illud non retinet in foro conscientie.

3 Obligatio naturalis oritur ex testamento imperfecto, & minus solenni ex defectu solennitatis. & nu. 8.

4 Qui tenet aliquid contra voluntatem defuncti, cui succedit in foro conscientie illud licite non retinet.

5 Dispositio defuncti continens aliquid prohibitum a iure, dicitur continere impossibile de iure.

6 Oratio vniuersalis nullatenus predicatur de pluribus.

10 Obligatio naturalis non oritur inter coheredes ex testamento imperfecto.

11 Fratres minores sunt incapaces hereditatis sibi restituende ex re fideicommissi.

12 Heres grauatus restituere hereditatem per fideicommissum fratribus minoribus tenetur ad estimationem quam licite fratres recipiunt.

13 Relictum in fraudem fratribus minoribus quando dicitur.

14 Heres grauatus dicto fideicommisso, licet teneatur soluere estimationem fratribus, tamen non obligatur.

15 Heres ad quem hereditas deuenit ab intestato vigore testamenti in quo erant instituti fratres minores habentes clausulam, & omni meliori modo, tenetur ad estimationẽ. & in foro cõscientie.

16 Hereditas relicta fratribus minoribus iure legati, licet fratres relicti non sint capaces, debetur tamen estimatio.

17 Fratri minori si relinquitur particulariter, vel in cõmuni heris institutur, an teneat.

18 Institutio facta de ecclesia fratrum minorum tenet. & nu. 20.

19 Dominium ecclesiarum fratrum minorum, pertinet ad ecclesiam Romanam.

20 Ecclesia est vsus publicus, & in ea vtilitas publica versatur.

21 Pecunia licet offeratur in ecclesia fratrum minorum pro fabrica, secus tamen conuertenda in vsum pauperum. & nu. 18.

22 Ecclesie fratrum minorum debent esse humiles.

23 Hereditas, in qua ecclesia fratrum minorum fuit instituta requirit additionem.

24 Papa, vel procurator, vel Syndicus Ro. ecclesie, Episcopus loci vel ciuitas in qua est ecclesia, poterit acire hereditatem a qua ecclesia fratrum minorum fuit heres instituta.

25 Syndicus Ro. ecclesie Episcopus, vel syndicus cõmunis de hoc mandatum habet potest petere bona hereditatis relicta ecclesie minorum vt in vtilitatem ecclesie conuertantur.

Quilibet iudex secularis ex officio potest vnum constituere hereditatem relictam ecclesie petat.

26 Quilibet de populo poterit deferre hereditatem relictam ecclesie minorum.

27 Petens. vt quilibet de populo, quomodo concludat hereditatem ad ecclesiam relictam ecclesie pertinere.

Predicti petuntur de voluntate fratrum, alias non absque mandato sedis Apost.

28 Institutio facta de fratribus, adiecto quod hereditas vendatur, & in necessitatem fratrum conuertatur, valet. num. 30.

29 Hereditas relicta ad pias causas, vel quod vendatur, vel distribuatur inter fratres, absque heredis institutione valet.

30 Hereditas relicta ad piam causam valet, etiam si aliquis non sit heres institutus.

31 Institutio facta de aliquo sancto, cuius ecclesia, vel oratorium repertur, tenet. & Episcopus capit.

32 Laicus Guardianus altaris, ve. ecclesie, vel capelle fratrum minor. potest heres institui.

33 Guardianus fratrum minorum, & etiam clericus si institutus heres, testamentum valet.

34 Institutio facta de Guardiano fratrum minorum, transit ad successores.

Institu-

35 Institutio facta de fratribus sancti Francisci, intelligitur de fratribus minoribus, non de fratribus penitentie, nisi ex coniectura aliud appareat.

36 Fratres tertij ordinis de penitentia sancti Francisci, possunt habere in commun. & in proprio.

37 Communi vsu stare debemus.

CAP. III.

1 SEcundo queritur † Vtrum quid predicti vocati ab intestato, substituti vel coheredes apud quos dicta hereditas remanet secundū iuris rigorē eam possint licite retinere in foro conscientie. Probari potest primo sic. † Omnis qui est obligatus ad aliquid de iure naturali illud nō potest licite sibi retinere in foro cōscientie. Hoc 2 notatur not. Iun. in canonicis extra de iudic. Sed isti apud quos dicta hereditas remanet, sunt obligati ad eam reddendā de iure naturali, ergo nō possunt eam licite retinere in foro conscientie. Minorem probo. Ex testamento imperfecto, & minus solēni oritur obligatio naturalis, secundum veram opinionem nostrorum gl. vt C. de iur. & fact. ign. l. cum quis. & de condi. indeb. l. 3. ff. de regulis iur. l. cuius per errorem. ergo ex ipso testamento imperfectorum ratione heredis instituti, qui nō est capax, oritur obligatio naturalis. Secundo probatur per leges, que expresse dicunt quod iuris est relicti, sit inutile tamen ille apud quem remanet, ad id tenetur in foro cōscientie, vt C. de fideicommiss. l. ij. & ff. de fideicom. lib. l. in testamento. † Tertio probatur sic, Illud qō quis retinet contra voluntatem eius defuncti cui succedit, non potest licite retinere in foro conscientie: istud est verum, & probatur. ff. de reg. iur. l. id quod nostrum. & extra de præscr. c. quoniam sedille, apud quem remanet, de iuris rigore eam tenet cōtra voluntatem defuncti, qui voluit quod fratres minores eam haberent. Quarto, quādo aliquid relinquitur ad aliquē pium actum secundum testatoris voluntatem, qui tamen actus de se non est licitus, ille apud quem remanet, non potest licite retinere: sed de bet illud cōuertere, habita legitima solemnitate, in alium actum licitum. ff. de vsufruc. leg. l. legatum. & de admin. rerum ad ciui. pert. legatum. Ita ergo in proposito, licet ergo fratres minores non possint capere, vt heredes, tamen videtur debere vēdi hereditas, & dari eis pretium cōuertendum in vsus licitos, & sic ille apud quem remanet, non potest licite retinere. Quinto probatur, nam quando aliquis est non capax relicti absq; sui delicto, debetur ei estimatio quatenus eam capere potest. Exēplū, Luidam claudo relinquitur milita cursorū. Certe debetur estimatio, vt l. apud Julianum. §. fi. cum l. seq. de leg. j. l. fideicommissa. §. si seruo. de leg. iij. Ita ergo in proposito cum fratres minores sint incapaces absque ipsorum delicto. Et contra qui non tenetur adreddēdum illud, quod tenet aliquo iure ciuili, vel naturali, vel alio potest licite retinere in foro conscientie. hoc est notum, sed ille apud quem talis hereditas de iuris rigore remanet, est huiusmodi. ergo, &c. probo, & Dispositio defuncti que cōtinet aliquid prohibitum a iure, dicitur continere impossibile de iure, vt d. apud Julianum. § fin. de leg. j. & de condi. instit. l. filius. & l. conditiones, sed impossibilium nulla est obligatio, vt ff. de reg. iur. Impossibilium. Et not. quod nulla lege obligatur, & sic nec ciuili, nec naturali, nec aliqua lege est expressum. ff. de act. & obligā. l. §. si id quod dare. & not. per Dy extra de regu. iur. c. nemo potest. lib. vi. Cū igitur institutio facta de fratribus minoribus sit a iure prohibita, vt in c. exiui de paradiso. extra de verborum signifi. in clem. ergo, &c. hoc probatur ex ter. ibi, vbi dicitur fratres minores hereditatis, vel successionis nullatenus sunt capaces. Et not. quo dicit nullatenus, & sic nullo modo sunt capaces necrespectu ciuilis nec naturalis obligationis, quia hec 6 oratio vniuersalis scilicet nullatenus, predicatur de pluribus: ergo de necessitate intelligitur, id est nec de iure ciuili, nec naturali, & sic ille qui retinet, nullo iure tenetur. Tertio probatur, qz Princeps ex causa potest auferre dominiū rei mee. l. item si verberatum. de rei vēd. & de euict. l. Lucius. & de offic. pretо. l. Barbarius. ergo eadē ratione potest impedire, nequeratur. Cū ergo dicta constitutio impediat queri fratribus: ergo ille qui retinet, 7 retinet licite in foro conscientie: & ille apud quē dicta hereditas de iuris rigore remanet, debet de voluntate defuncti solicite inuestigare, & tunc aut illa inuestigatione remanet certus, quod testator voluit illud testamentum suum valere iure directo, scilicet testamentum tantum, aut remanet certus quod testator voluit etiam iure codicillorum, & omni modo quo potest. Aut is, apud quem remanet, ex predictis non potest esse certus: nec applicat animum suum ad aliquod predictorū, sed remanet in eo quod ius præsumit. Primo casu quando constat quod testator voluit quod valeret iure directo tantum, scilicet testamenti, & tunc is, apud quem dicta hereditas remanet, potest eam licite retinere in foro conscientie. Nam testatorem velle quod tātum valeat iure testamenti, hoc importat vt heres institutus heredi tatem capiat suo iure a seipso vt ff. de bere. instit. l. sed & si in cō ditione. §. fin. & ipse institutus a le capere nō potest, quod alij, ad quos hereditas remanet, vt venientes ab intestato, cohe redes ei restituere non teneantur, vt ff. de codicil. l. j. & C. de fideicommiss. l. eam quam. Cum ergo ex virtute dictorum verborum testator voluerit illos, apud quos hereditas remanet, nō teneri, apparet quod licite possunt retinere in foro conscientie. Et per hoc apparet responsum ad primam rationem in cōtrarium 8 factam. † Nam voluntas imperfecta inducit naturalem obligationem, verum est in voluntate imperfecta ex defectu solennitatis, quia tunc inducitur obligatio naturalis in eo quod testator voluit venientes ab intestato, non autem in eo quod testator noluerit. Sed hic voluit venientes ab intestato teneri, ergo licite retinet. Et eodem modo respondeo ad leges in contrarium adductas. Secundo casu quando constat quod testator voluit, quod valeret omni modo quo melius potest, dicā j. proxima questio. Tertio casu quando ille apud quem hereditas remanet, nō potest esse certus nec applicat animum suum ad aliquod predictorum, sed est cōtentus eo quod ius presumit testatorem voluisse valere iure testamenti tantum, & sic idem quod in primo casu. ff. de iure codicil. l. j. & l. illud. §. tractari. C. de testam. l. non codicillum. & de codicil. l. fin. vir tamen puto reperiri aliquem qui voluerit valere omni modo quo melius potest, & ideo in foro conscientie tutius est non retinere. Ita dixerunt multi magistri Theologie & predicta vera in venientibus ab intestato. In omnibus substitutis autem non est dubium quod voluntas defuncti tenet, nam voluit defunctus, quod herede instituto non adeunte, vel quia non vult, vel quia non potest, substitutus admittatur. l. cū proponas. C. de bere. instit. l. si paterfamilias. & ff. eo. si quis omiss. cau. testam. l. j. §. si proponatur. Ad rationes in contrarium, ad primam & secundam iam responsum est. Ad tertiam dico, quod talis, apud quem remanet, non retinet contra voluntatem defuncti: imo secundum eius voluntatem: presumit enim lex quod testator velit, quod si non valet testamentum, veniat hereditas ad venientes ab intestato. l. conficiuntur. in princip. de iure codicil. vel ad cōiunctos. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Ad quartam, & quintam respon. quod ibi ura loquūtur in legatis & fideicommissis, in quibus testator granat aliquem, apud quem remanet, hereditas. Unde merito ille potest cogi ad ire & eius additioni confirmatur testamentum: hoc autem loquitur in hereditate, que fratribus iure directo relinquitur, & sic a seipsis. Unde si isti sunt instituti, non est cuius additione confirmetur testamentus, & merito, non est locus dicte institutioni. Si vero, babent substitutum vel alium coheredem: idem, quia illi 9 non sunt grauati, vt dictum est ex predictis satis. † clare apparet, quod ille, apud quem dicta hereditas remanet, non tenetur illud, quod est relictum iure hereditario directo communitare in specie alterius relicti, vt sic nec fratres minores capere possint in foro conscientie, nec in foro ciuili, vt dictum est. Sed contra predicta que dicta sunt de coheredibus, quibus portio relicta 10 fratribus accrescit, videtur quod non, † per glos. C. de iur. & fac. ignor. l. si post diuisionem, vbi dicitur, quod inter coheredes est obligatio naturalis etiam ex testamento imperfecto. Ergo saltem in foro conscientie coheres tenetur. Ad quod dico quod illa gla. non est vera, & reprobatur per doc. ibidem quod patet, quia ex testamento etiam valido neuter coheredū alteri tenetur, cum vnusquisque a seipso capiat, vt l. sed si in conditione. §. fi. de her. instit. Eadem ratione, quando testamentum est inualidum, non tenetur aliqua obligatione. & hoc ex testamento, ex quasi contractu communionis. In casu nostro nulla potest fieri obligatio, cum nulla fit communio, &c.

ADDITIO.

a Dh. D. C. In foro conscientie. Vide. Ang. in consi. clxxx. & vide Bar. in l. ij. ff. de his que pro non scrip haben.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

1 DE hereditatibus fratribus minoribus iure fideicommissi relictis possunt plura queri, hoc 2 autez sepe contingit quādo testator iubet, quod si heres institutus decesserit hereditas deueniat ad fratres minores iure fideicōmissi: iuriste alias 11 iuste dicit deferri, licet quādoq; habeat iure directo. † Quero primo an huiusmodi fratres minores sint capaces. Ff. nō. nā dicta decretalis ōt, q; fratres successionū ex natura sui indifferēter ad pecuniā, & etiā ad alia mobilia, & immobilia se extēdunt,

cōsiderata paritate iuris, nullatenus sunt capaces. sed quādo alicui hereditas iure fideicommissi restitueretur, successio est. ff. ad Treb. l. restituta. §. fi. cum l. seq. Secundo probatur, quia natura huius successionis est, vt sua natura porrigat ad omnia iura, & ad omnia mobilia, & stabilia. vt ff. ad Treb. l. i. in prin. & l. fa. cta. in princ. ergo huiusmodi fratres non sunt capaces. Quod heres a quo fideicommissum vniuersale relinquitur, tenetur ad executionem.

ADDITIO.

a Tho. Dip. Jure fideicommissi. Vide Bart. in l. i. & ibi apostil. vbi etiam doc. ff. de leg. i. & Bart. in consil. v. incip. visa quadam. vol. i. & in consi. seq. incip. viso testamento.

CAP. II.

a 12 Sed quero, si licite fratribus fideicōmissum restitui non possit, vt est dictum, tan heres teneatur ad estimationē? Videtur qō non per ter. dicte decretalis. exīt que sic dicit, non licet eis valorem hereditatū talium vel tantam earūm partem qō presumi non possit hec in fraudem fieri, quasi modo legata dimitti sibi facere, aut sibi dimissa recipere, quin potius, ista fieri ab ipsis simpliciter prohibemus, &c. Ex quo patet q nec ad estimationem hereditatis tenetur. Econtra quod teneatur iure per leges, que dicunt quando quis non potest capere rem sibi relictam propter qualitatem persone sue, absq; suo delicto, tunc heres tenetur ad estimationem, vt l. apud Julianum. § fin. cum l. seq. de leg. i. & ibi not. & de leg. ij. l. fideicōmissa. §. fi. seruo. & de verb. oblig. l. multum. & ibi not. Sed ita est in proposito, heres tenetur ad estimatione. n. vt in cōstitutione Nicolai Papeque incip. exīt. §. ad hec. vbi dicitur quod quando fratribus aliquid simpliciter relinquitur, intelligitur in causam licitam, hoc est, vt vendatur, & pretium in vtilitatem fratrum conuertatur. Secundo ad determinationem predicte dubietatis videre debemus intelligentiam verborum dicte cōstitutionis, exīt superius relate. Nam procurare quod eis fratribus minoribus relinquatur, est penitus interdictum fratribus minoribus, dimissa vero recipere, nō est interdictum omnino, sed ita demum hoc 13 presumi potest, vt illa verba dicunt. In fraudem fieri intelligo, quando per hoc aliquid fieret contra paupertatis votum, vel in aliquo cōuenitur, vt puta si valor seu estimatio predicta tātam quantitatē ascenderet, qō magis saperet thesaurizatum, quam pro necessitatibus imminētibus receptum, & ideo in questione predicta dico, quod estimatio predicta magnā & mirabilē quantitatem excederet, qō fratribus non licet recipere. Ita loquuntur illa verba, sed si esset quātitas parua, & moderata, vel de magna quātitate moderata accipere licite fratres possunt, & heres ad hec tenetur. Ita loquuntur alia iura pro hac parte allegata. Vecindicant verba constitutionis predicte, ibi. tantam earum partem, &c. Hec etiam manifestantur in eadem clem. exiui. §. dubitauerunt. in eo, quod tractat de distributione bonorum nouitiorum ingredientium monasterium, & hoc etiam declaratur in constitutione Nicolai, que incipit, exīt qui seminat. §. insuper 14 nec vtensilia, vbicunq; autem dixi quod heres tenetur, non intelligas quod fratribus obligatio queratur: hoc enim voto eorum repugnat, sed in quem fundatur dicta obligatio, dicemus in secūdo lib. vbi de relictis, & legatis singularibus tractabitur, vbi etiam dicemus, que sit ista quantitas moderata, & quid fiet de superfluo, & an ipsi fratres possint predicta vēdere &c. Bar.

ADDITIO.

a Tho. Dip. Sed quero. Vide Joan. Cald. consi. ij. in tit. de testamentis.

CAP. III.

15 Ex predictis satis liquet, quod quādo fratres predicti heredes instituuntur, & in testamento dicitur, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & omni modo quo melius valere potest, quod tunc heres tenetur ad estimationem, secundum predictum modum: quia predicta verba hoc important de iure, & institutione irritata videantur rogati per fideicommissum hi, ad quos hereditas remanet restituere illi instituto, vt C. de fideicommiss. l. ex testamento, & ibi not. & l. eam quam. eodem titu. & iste est casus secundum vnam lecturam. ff. de testamen. l. ex hac scriptura, & l. ex his verbis, & ibi dixi glos. & de iniusto testāmēto. l. posthumus. §. finali. & de testamen. mil. l. querebatur. §. vtrum. licet glos. C. de libe. pret. authen. ex causa. videatur dicere, quod illa verba hoc casu nō operentur: sed illa glossa reprobatur. Ex hoc apparet determinatio illius tertij membri, quod dimissi supra distinctionem. i. cap. ij. quando ille apud quem hereditas remanet, credit defunctum voluisse testamentum valere omni modo, quo melius potest: & tunc tenetur in foro conscientie.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. I.

16 De hereditate que fratribus & ire legati relinquitur, dico idem per omnia quod ad predicta que supra dixi in hereditate iure fideicommissi eidem fratribus relicta, videlicet, vt eius heredi tatis fratres non sint capaces eadem ratione qua supra dictum est, quia transirent iura & actiones & alia bona, vt l. cum filius. §. Lucio. de leg. ij. & l. mulier. § fi. ad Trebel. eodem modo dico, quod debetur estimatio, quia heres grauatus est a defuncto, sicut quando iure fideicommissi relinquitur. d. l. mulier. §. fi. ad Treb.

CA-P. II.

17 Si alicui fratri, vel fratribus relinquatur particulariter, & in eo instituatur, an vitietur? Quod videtur a quia hereditatis non sunt capaces. Contra videtur quod fit idem quod in legatis, l. quoties. de bered. instit. Sol. cendum est quod heredis institutio ex certa re, vel quantitate habet effectum in forma vniuersali quo ad quedam, vt puta si hīs heredibus vniuersalibus non existentibus, totum sibi crescat, vt l. j. §. si ex fundo. ff. de heredibus instituendis. & quantum ad hunc effectum non valet: quo ad quedam vero habet vim legati, vt d. l. quoties. & quo ad alia de tali institutione certa, quid iuris in sequent. lib dicam.

ADDITIO.

a Tho. D. C Particulariter. Vide quod consuluit Abb. in consi. lxiij. in secundo volumi. & Barba. in l. legatum. & ibi apost. ff. de capt. diminu.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

a 18 Si aliquis in suo testamento instituat heredē ecclesiā fratrum minorum, alias locum. Primo queritur an institutio valeat? Et videtur quod non. a seruus, qui a domino regitur, non est capax eorum quorum dominus nō est capax. ff. de heredi. instit. l. nō minus. & de lega. j. l. si mihi. & tibi. §. fide acqui. hered. l. si seruus eius. & de lega. ij. l. fi. Titio. & Mevio. & debet redib. instit. l. neq; per se. eadem ratione ecclesia que regitur per fratres non debet esse capax eorum, quorum fratres nō sunt capaces: puta si aliquis heredem instituat hoc modo. Stichū seruum Titij heredē instituo. Contemplatione enim Titij videtur eum instituere: licet ipse institutus alias Stichus non sit liber homo. C. de iu. delibe. l. cum aliquis. Ita in proposito, ci vide co ecclesia fratrū minorū, cōtemplatione fratrum videtur facta institutio, sed ipsi fratres nō sunt capaces: ergo, &c. Preterea sicut idē est, instituere ciuitatē, & ciues, vt ff. de condi. & demonst. municipibus. & de rebus dub. l. ciuibus. ita videtur idē instituere fratres, & ecclesiam fratrum minorum. Preterea, aut constat quod non valet, nam hereditatis non est capax. & consideras ecclesiam pro muris ipsius ecclesie, & idem esset valet, nam hereditatis aditio requirit animum, &c. Item clementina. & etiā videtur velle, quod eiusdem conditionis ecclesie fratrum, cuius sunt fratres: sed fratres non possunt pere pecuniam, ita nec ecclesijs eorum debet offerri. vt in d. exisi. de verbo. signifi. §. denique. Ité sicut ipsi, ita ecclesie debēt esse humiles, & nō excessiue. vt in d. cle. exiui de paradi. §. hinc est etiā. ergo sicut fratres sunt incapaces, ita eorū ecclesie. Econtra q̄ valet institutio, nam de claratū est in illo. certe 19 seminat. & quod dominium ecclesiarum & fratrum minorum pertinet ad ecclesiam Romanam. Idem postea dicit Joan. Andrē. in illa extrauaganti que incip. Ad conditorem. in ecclesijs & alijs que vsu non consumuntur. Si ergo sunt ecclesie Romane, igitur ecclesie Romane acquiritur. & sic valet. Preterea ecclesia est vsus publicus. & in ea versatur communis vtilitas. & ius publicum. ff. de iustit. & iure. ergo posito quod eccle. b manēt non queretur. saltem queretur Reipub. illius ciuitatis cum in eius honorē videatur facta talis institutio. casus est mi ciuitatibus. de lega. j. l. si quis. & l. v. ucius. ff. de au. & argen. leg. 20 Solu. Dicendum est q̄ licet in religiosis. & alijs collegijs hoc sit quod ipsi non habent ius in ecclesi & ideo quod cōcedit ecclesie, videtur concedi collegijs. De fratribus hoc dici non potest, quia nullum ius habet ecclesia, sed solum simplicem c sum facti, & ecclesia, & locus videntur vti precario, & reuerti inde, cum dominus mutauerit voluntatem, vt d. c. exīt qui se minat.

mi'nat. Unde quod dicitur de fratribus non potest referri ad ec
clesiam, vt extra de priuil. c. per exemptionem. lib. vj. Licet ergo
fratrum sit, quod fratres non sint capaces, tamen hoc de eccle
fratrum non potest intelligi: ergo remanet in iure communi, secundū
quod ecclesia potest instituī, vt C. de sacrosan. eccl. l. j. & l. genera
liter. Nō obst. i. ratio, quia seruus regitur a domino iure proprie
tatis, ideo ipsius domini capacitas, & incapacitas inspicitur:
sed fratres in ecclesia nullum ius habent. Non obst. secunda ra
tio, quia cum dico ecclesia fratrum minorum, appono vt certa
ecclesia demonstraretur non vt fratrum contemplatione relin
quatur: sic cum dico, instituo Titium filium Semproniū,
cum iam Sempronius esset mortuus, vt C. de vsufruct. l. fin. in fi
ne. Nec fit hered. instit. l. his verbis. §. fin. cū fratres quo ad ipsa
temporalia habeantur pro mortuis. Non obst. tertia ratio, ali
ter enim habent se ciues ad ciuitatem, quia ciues habent ius in
ea, & iurisdictionem, sed fratres nullum ius habēt in ecclesia vn
de illa equiparatio procederet in alijs religiosis. Nō ob. quarta,
quia bene est persona que poterit adire, vt dicetur in sequen.
questione. Non obst. quinta, ideo quia fateor quod ibi non de
bet ferri pecunia conuertenda in vsum pauperum: quia illud es
set contractatio pecunie non permissa, nec per regulam, nec per
declaratores, vt ibi dicitur, sed ibi ponitur pecunia in fabricam
ecclesie conuertenda ita quod fratres ibi nihil haberent facere
de hoc docui, & reperitur prohibitum. & nec obst. quod dicitur qō
ecclesie eorum debent esse humiles, & non excelsiue, quia fateor
hoc tamen ad fabricā, & sustentationem locorum, & ecclesiarum
humilium potest quis institutionem facere, sicut ad aliam piam
causam, vt infra proxi. distinct. satis enim mihi est dicere, quod
illa ecclesia est capax, & sic valet institutio. Quid autem fiet si ec
clesia non indiget refectione vel fabrica, dicam in sequen. libro
dum de lega. tractabimus.

ADDITIONES.

a Tho. D. ℂ Si aliquis. Vide Aler. in l. si mihi, & tibi. §. regula
iuris. ff. de leg. j. & Bar. in consi. v. incip. visa quadam petitione.
& in consi. seq. incip. viso testamento. vol. j. & Joan. Cald. in cons.
xx. in tit. de testam. & omnino per do. Abb. in consi. xxxij. in j. vol.
in casus contingentia.

b ℂ Ecclesie Romane. Adde quod contra bar. cōsuluerunt mul
ti doctores. Vide Andr. Barb. in c. nos quidem. de testamen.
vbi plenissime disputat intellectum, & veritatem doctr. bar. dic.

c ℂ Simplicem vsum facti. Vide Abb. in consi. xxxij. in §. vol. inci.
quedam dicta.

d ℂ Non obst. secunda ratio. Vide Bar. in l. legatum. in fi. de vsu
fruc. leg. & ibi Aler. in apostil. & Raph. Cum. in consi. clix. in cip.
viso testamento circa medium.

CAP. II.

a ℣ Sed quid, si quis petit seu ad
dit hāc hereditatem, in qua ecclesia fratrum minorum est in
stituta? ℟ Respond. dicta quezundam videmus indu
cere, quod hereditatis aditio non sit necessaria, qō patet quia di
cunt in hereditate delata fisco non esse necessariam additionē, vt
probatur ff. de iure fisci. l. j. §. an bona, & eadem ratione hic: insti
tuitur enim ecclesia fratrum minorum, & per cōsequens ecclesia
Romana, cuius est dicta ecclesia, sed constat ecclesiam Roma
nam in predictis obtinere fisci locum: ergo. &c. Contrarium te
net glo. in verbo, an bona. in d. §. an bona, quod requiritur adi
tio per legem primam. C. de offic. procur. Cesa. & est casus s. de
fideicommiss. lib. l. iij. §. eadem constitutio. & §. seq. & idem, vbicū
que in pias causas relinquitur hereditas, vt C. de Episcopis &
cleri. si quis. ad declinanda. 8. §. & si quidē. ibi, hereditatē susci
piat. &c. quod denotat additionem hereditatis. Cum ergo neces
saria sit aditio, videndum est primo ℣ per quem fiat aditio: &
Dico, qō summus Pontifex est principalis dominus, & rector ec
clesiarum dictorum fratrum, ipsi vero fratres habent simpli
cem facti vsum, vt dictum est: ideo procurator, seu syndicus Ro
mane ecclesie poterit indubitanter adire, & petere, & vendere se
cundum formam mandati quos procuratores possunt nomina
b re fratres ex vigore literarum ℙape Martini, quas literas in
predictis, que fratribus relinquuntur, non puto corruptas, vt
plene dicam in sequen. lib. distinct. viij. & sic nomine ecclesie ad
ibunt, petent distrahent. Sed dictus syndicus non posset ha
beri: quia fratres eum nominare nollent, vel esset eis interdi
ctum tunc posset adiri Episcopus. Nam dicta fabrica, scilicet,
ecclesie constructio: ideo instituta est, vbi alius non reperitur, &
tunc Episcopus potest hoc facere, vt C. de Episcopis & clericis
l. nulli licere. & l. si quis ad declinandam. & in authenti. de eccle.
tit. §. si quis in nomine. Adire enim Papam propter hoc est ad
eo difficile quod reputatur impossibile. l. apud Iulianum. §. fi
nali. de leg. iij. & ibi not. & licet ecclesia fratrum sit exempta, ta
men Episcopus potuit predicta facere, sicut si esset relictum ad
aliquam piam causam, & nihilominus pertineret hoc ad curiam
Episcopi, vnde testator originem trahit, vt d. l. nulli. §. j. Sed si
Episcopus non faceret, vel negligeret hereditatem, adire pos
set ciuitas, in qua est ecclesia, cum ibi etiam ecclesia pertinet ad
honorem & vtilitatem ciuium. l. j. §. ius publicum. & ibi not. ff. de
iusti. & iure. & sic ad honorem, & vtilitatē ciuitatis, videtur facta
institutio, & sic ciuitas poterit adire, & petere. l. ciuitatibus. & l. si
quid relictum. de leg. j. l. Lucius. de auro & argen. leg. Vel po
test dici ex predictis quod sunt plures heredes insolidum. qō
est contra l. in condemnatione. §. vnicuique. de reg. iur. qz vnus
solus est heres. scilicet illa pia causa, & cuius hereditatis iura
exercet ecclesia Romana, ratione pleni iuris quod habet in ec
clesia instituta, & Episcopus ratione generali quam habet in in
stitutione facta ad pias causas, & ciuitatis: quia pertinet ad bo
norem ciuitatis.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ℂ Sed quid, si quis petit. Vide Barto. in consi. v. &
ibi scripsi. & vide Abb. in consi. xxxij. in j. vol incip. casus contin
gentia, in §. col.

CAP. III.

25 ℙ Er quem bona ℣ dicte hereditatis
petantur, & in vtilita
tem ecclesie conuertantur. Respon. quādo fit per syn
dicum Romane ecclesie est clarum, & quando per Episcopum
similiter est clarum. d. l. nulli. & l. si quis ad declinandum. Item
a quando fit per syndicum communis, idem: si ad hoc manda
tum habet. Puto etiam quod quilibet iudex secularis ex offi
cio suo poterit constituere vnum, per quem predicta fiant, argu.
l. iij. de alim. & ciba leg. & de administrat. tuto. l. quoties. §. fin. in
26 d. c. erūt qui seminat. §. ad hec cum fratres. ℣ Item quilibet de
populo poterit hoc deferre, sicut bona que deferuntur in fiscum
l. §. in princ. ff. de iure fisci. & in l. nulli. §. fin. C. de Episco. & cleri.
& in authen. de eccle. tit. §. si quis autem pro redēptione. in fi. ibi
& omni alij sit licentia mouendi huiusmodi questionem. &c. Re
spon. quia omnium interest. l. in pronunciali. §. fin. & l. sequen. de
oper. noui nunciatio. & extra de reb. eccle. non alie. c. si quis pre
27 sbyterorum. ℣ Quando autem aliquis petit, vt quilibet de po
pulo, concludit sic, & peto pronunciari hereditatem predictam
pertinere ad dictam ecclesiam, & piam causam, & illam possesso
rem condemnari ad restituendum legitime persone ad hoc de
putate, &c. licet enim ipse agat, non debet concludere quod sibi
restituatur, l. hoc iure. ff. de solut. & l. sed si tantum. de pact. Sicut
dicimus in coniuncta, persona, vt not. in l. vero procuratori. ff. de
solut. nullus tamen predictorum absque mandato sedis Apo
stolice poterit ad hoc se intromittere absque fratrum voluntate
dicam in sequen. libro.

ADDITIO.

a Tho. D. ℂ Per syndicum communis. Vide Bar. in consi. inci.
visa quadam petitione, in fi. & in consi. seq. incip. viso testamēto.
& vide Abb. in consi. xxxij. in j. vol. casus contingentia.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

28 ℚ Uid si fratres Minores ℣ vel a
liquis ipsorum he
res instituatur adiecta causa, qp dicta hereditas
vendatur, & in necessitatem dictorum fratrum cō
uertatur, an talis institutio valebit: Videtur, qp
nō. Nā qui instituit ille, qui est omnimodo nō ca
pax. & rogat de restituendo ei qui capere nō potest, testamentū
est nullum. vt C. de fideicōmiss. l. ea3 quam. & ibi no. per gl. & doc.
& ibi patet quia illud testamentum non potest valere. ex quo nō
potest adiri hereditas. l. nemo. de testa. tut. & de bis que in testa.
delen. l. proxime. & de regu. iur. l. nemo. &c. Contrarium puto ve
rum. Ad cuius inuestigationem oportet, qō prius alte rius que
29 stionis veritatem inuestigemus. Pone quod aliquis ℣ nullus fe
cit heredem in suo testamento, sed suam hereditatem reliquit ad
pias causas vel reliquit eam vendendam, vel distribuendā iter
fratres an valeat. Et videtur qō non, quia nō subest persona in
qua ius, & nomen heredis cadat, sicut quando instituitur heres
ille qui iam est mortuus, non valet: sed pro non scripto est l. j. in
princ. C de cadu. tol. Contrarium puto verum: nam in istis pijs
causis sufficit quod hereditas ad piā causam relinquatur, vt in
redemptione captiuorum, & in constructione ecclesie, vel alimē
tis pauperū, & similiū, vt C. de Episc. & cler. l. si quis ad declina
dum. & in auth. de eccle. tit. §. si quis autē pro redemptione. Pa
teres cōstat, qō fratres minores sunt pauperes, & in summa pau
pertate, sed quando pauperibus, & in eorum alimentis, & necessi
tatibus relinquitur videtur relictū toti ciuitati, cuius interest
vt pauperibus alimēta nō desint, vt C. de sacrosan. eccl. l. primile

gia,ꝛ est expressum ff.de leg.1.l. ciuitatibus. Non obst.q6 dicitur,quod non subsit persona:quia hoc nego,quia personam sustinebit Episcopus,vel Respublica,vt dixi §.in prori.distinct.ꝛ
30 omnia que ibi diximus hic possunt repeti. Funct ad solutionē questionis primo proposite redeo,ꝛ dico, quod talis institutio valet, licet persona fratrum minorum, quia non sunt capaces, subducatur,ꝛ pro non scripto habeatur,tamē remanet causa,propter quam institutio valet,ꝛ consolidatur, vt §.dixi. Pro hoc facit
31 fin.auth.de eccle.tit.§.si quis autem vnum sanctorum.vbi si aliquis instituit aliquem Sanctum, cuius ecclesia, vel oratorium non reperitur,tamen capiet Episcopus. Institucio aliquem sanctorum de,necessitate intelligitur institutā memoria,seu reuerentia eius scilicet vt in eius laudem,ꝛ reuerentiam hereditas expendatur. Nec obst.quod dicebatur in contrarium, quia fidei commissum non potest per se subsistere,nisi adeatur hereditas. l.ille a quo.§.si de testamento.ff.ad Trebell.sed in talem causam potest substineri institutio heredis, licet psona non sit,ꝛ sic ex tali causa institutionis poterit adiri hereditas.Sed contra predicta facit quod dictum est §.in prori.distinct. vbi dixi quod si fratres instituantur,non valet institutio,ꝛ tamen constat quod illa institutio non fuit facta ad alium finem, nisi quod hereditas in necessitatem fratrum expendatur. Respon. quod testator ad hunc finem reliquerit,est quedam presumptio verbis nō expiessa nec de necessitate intellecta,ideo institutio heredis illa causa subintellecta non sufficit,quia debet testator id quod institutio continet propria voce exprimere. vt C. de testam.l. iubemus. ꝛ ff.de testam.l.heredes palam.in prin.sed in casu nostro causam expressit:ergo,ꝛc.Sed contra predictam solutionem facit d.§ si quis autem.vbi causam non expressit,ꝛ tamen sufficit solutio, vt de necessitate intelligatur relicta hereditas ob memoriam, vel reuerentiam Sancti. Stultus enim fuisset testator qui cogitasset Sanctum,qui est in vita eterna, acceptare hereditatem, sed quando instituuntur fratres minores,potuit testator aliter sentire,vt notatur in illa constitutione, exit qui seminat.§. ad hec, de verborum significa.libro sexto.

SEXTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

32 QVero In quibusdam ecclesijs fratrum minorum consueuerunt preponi homines seculares ad custodiam altaris,seu alterius beneficij,vel ecclesie, modo pone q6 aliquis instituit heredē guardianum altaris, seu ecclesie fratrum minorum, an valeat talis institutio? Respon.cum talis instituitur, ipsum altare,seu ipsa ecclesia instituī videtur, vt expresse dicitur in text.ꝛ gl.in verb. nominatorum ff.de annu.leg.1.annua.§.Attia,sed supra determinatum est,scilicet valere talem institutionem factam de ecclesia,ꝛ idem puto de altari eadem ratione,ꝛ hec institutio debet valere,ꝛ omnia que ibi diximus possunt repeti. Noctamen hic si plus est,qui iste guardianus loci videtur executor electus, ꝛ debet talem distributionem facere,ꝛ posset actiones mouere,vendere omnia,ꝛ singula facere.d.l.nulli.ꝛ si quis ad declinandam. C.de Epis.ꝛ cler.ꝛ in authen.de eccle.tit.§. si quis autem pro redemptione. Dotor tamen fratres minores ob reuerentiam Domini nostri Jesu Christi,ꝛ beati Francisci,vt tales guardianos in fraudem non habeant,ꝛ eos instituī non procurent, hoc enim puritati eorum regule repugnaret.

CAP. II.

33 QVid si talis Guardianus ecclesie, vel altaris,esset vnus de fratribus minoribus? Respon.puto talem institutionem valere:quia subducta persona talis fratris,remanet instituta ecclesia,cuius institutio valet,sicut dixi ea.§. prori. distinct.ꝛ sic testamentum est diligenter aduertendum,an dicat testator,instituo guardianum fratrum minorum,ꝛ tunc non valet vt dictum est,an dicat,instituo guardianum ecclesie,vel altaris ꝛ tunc valet,sicut si esset instituta ecclesia.

CAP. III.

34 AN autem effectus talis institutionis trāseat ad alios guardianos eccle. vel altaris,qui pro tempore subrogantur in dictis ecclesijs? puto quod sic, vt expresse dicit text.in dicta l.annua.§. Attia,sed contra hoc facit, quod not.per Innoc.extra de offic.deleg.c.fin.sed alio casu loquitur si bene aduertatur. Item contra predicta facit ff.de leg.§.l.si Auguste.sed solue, vt ibi not.per doct.ꝛ glos.

SEPTIMA DISTINCTIO.

CAP. I.

35 QVid si instituantur Fratres Minores sancti Francisci? Ista questio habet plus dubij, quia fratres sancti Francisci sunt fratres minores,de quibus supra dictum. Item sancti Francisci sunt fratres de penitentia tertij ordinis sancti Francisci, ꝛ sic potest dubitari de quibus intelligatur,ꝛ videtur quod debeat intelligi de fratribus tertij ordinis.Nam debet intelligi in dubio eo modo quo valeat,non eo modo quo pereat,vt l.quoties.ꝛ in Li-
bigue.de rebus dub.ꝛ de verbo.obliga.l.quoties.§ finaliter.Dicimus de fratribus minoribus nō valeret,vt dictum est. Secun-
36 intelligamus de fratribus tertij ordinis, valet: quia predicti fratres possunt habere in proprio,ꝛ communi, vt dicitur de sentent.excommunicat.c.cum ex eo.in clement.ꝛ ibi not.et videtur quod de eis debeamus intelligere. Contra,quia hec appellatio fratris sancti Francisci per prius dicitur de fratribus minoribus,ꝛ per posterius dicitur de fratribus penitentie,ergo de illis debet intelligi,vt ff.si ag.vectig.vel emphyt.pe.l. fin.de lega.ij.l.legatis,ꝛ de verbo.signifi.l.in lege censoria. Preterea communis vsus loquendi sic se habet quod fratres minores appellantur fratres sancti Francisci:illi vero,fratres de pe-
37 nitentia.d.c.cum ex eo.ergo,ꝛc huic autem vsui stare debemus l.cum de lanionis.§ finam.de fun.instru,ꝛ l.librorum. §. quod tamen Cassius,ꝛ ibi not.de leg.ij.ꝛ l. Labeo,ꝛ de suppellectile.ga,ꝛ hec puto vera,nisi ex aliquibus coniecturis appareret,vt de fratribus penitentie senserit, puta si in aliqua parte testamenti,de eis fecerit mentionem, arg. de leg.1.l. qui filiabus.ꝛ princip.vel si alique alie coniecture legitime adpareant,ꝛc.

Liber secundus Minoritarū.

1 LEgatum pecunie factum fratribus minoribus tenet si non est in maxima quantitate,ꝛ conuertitur per alios in communes necessitates.

2 Legatum pecunie factum minoribus in maxima quantitate presumitur in fraudem.

3 Declaratio quantitatis pecunie relicte fratribus, an magna, vel parua sit,pertinet ad ministrum,vel custodem.

4 Legata si est quantitas inimoderata fratribus, superfluum reseruabitur pro necessitatibus futuris.ꝛ nu.6.

5 Legatum pecunie factum fratribus minoribus simpliciter intelligitur pro necessitatibus imminentibus.

7 Fratres imminente necessitate, petent superfluum extraordinarie aliter per modum eleemosyne.

8 Fratres non possunt recipere diuersa legata in diuersis testamentis eisdem facta,que coaceruata faciant summam immoderatam,sed,necessitate superueniente,recipiant que primo reperiunt ad soluendum.

9 Legata re immobili fratribus, que vsu non consumitur,non modo illicito contra eorum regulam, tunc non debent fratres.secus si aliter est licitus.

10 Edificium si legatur fratribus minoribus, vt ibi construatur locus,vel diuinum officium celebretur per fratres,vicelicet ibi frantes.legatum non vt quod iussit testator obseruetur,sed vertatur aliam causam transferatur.ꝛ nu.12.

11 Impossibile de iure videtur, quod per solum Principem erogatur.

13 Translatio legati facti de edificio relicto a fratribus minoribus vt ibi construatur locus,per quem fieri possit.ꝛ nu 15.

14 Iudex magis fauere debet voluntati eius cui relinquitur, quam eius,a quo relictum est.

16 Legatum factum fratribus de re mobili,vel immobili, ob certam causam,vel modum licitum tenet.

17 Legatum factum fratribus ad vnam causam,illa causa finita superfluum debet commutari in aliam causam.

18 Legatum factum fratribus ad vnam causam si illa cessat, commutatur in aliam,ꝛ legatum tenet.

19 Legatum generaliter factum fratribus, sine modi expressione valet ꝛ intelligitur expressus modus qui persone legitime congruet,dum tamen moderata sit summa.

20 Dominium rerum legatarum fratribus minoribus remanet apud heredem.

21 Relictum factum pro necessitate pauperum videtur factum illi ciuitati cuius pauperibus relinquitur.

Do-

22 Dominium rerum legatarum recta via non transit in legatarium quando relinquuntur per quandam consequentiam.
23 Dominium panni pro vestimentis, vini, & frumenti legati fratribus penes quem remaneat.
24 Pecunia legata in specie pro vsu fratrum trãsmutatur in aliam speciem.
25 Legata res fratribus minoribus cuius pretium conuertitur in eorum necessitatem vendi potest per heredem, per executores, per Episcopum, & iudicem secularem ex officio.
26 Iudex secularis vendit ex officio res legatas fratribus minoribus quando heredes & executores fuerunt in mora constituti, saltem vna monitione.
27 Conuentus fratrum minorum, licet non habeat dominium rerum legatarum, habet tamen actionem personalem.
28 Legari, vel donari potest vni fratri singulariter, & per guardianum, vel custodem in vtilitatem dicti fratris primo conuerti.
29 Legatum singulariter factum vni fratri non debet ad petitionem ipsius solum, sed guardiani.
30 Frater minor non potest esse executor.
31 Relictum factum fratri singulariter, vltra eius necessitatem cõuertitur in vtilitatem communem conuentus.
32 Legatum annuum factum fratribus minoribus, licet non valet, valet tamen quod ius percipiendi venditur, & in necessitatem eorum conuertitur.
33 Annui redditus computantur inter immobilia.
34 Legatum diurnum, vel menstruum factum fratribus, quomodo valeat.
35 Legatum annuum factum fratribus minoribus, vsq; ad certum tempus non valet, & fratres a dicto legato debent abstinere.
36 Legatum annuum factum in vim conditionis non valet, nec fratribus licet accipere.
37 Legans fratribus minoribus ipsis fratribus nõ est obligatus.
38 Obligatio duobus modis intelligi potest.
39 Legatum factũ pauperibus alicuius ciuitatis censetur factum ciuitati, ipsi ciuitati acquiritur obligatio.
40 Fratres minores petere possunt extraiudicialiter legata eisdẽ facta, in iudicio non.
41 Respublica, vel eius syndicus, vel quilibet de populo potest petere in iudicio legatum factũ fratribus minoribus. Item Episcopus, & inferior secularis ex officio. Fratres minores caueant ne assistant peterentibus pro eis legata eisdem relicta.
42 Innocentius Papa quartus, concessit fratribus minoribus posse constituere syndicum.
43 Adartinus Papa eandem concessionem, & ampliorem fecit dictis fratribus.
44 Leo Papa xij, aliqualiter dictas concessiones reuocauit.
45 Fratres minores possunt, absque licentia sedis apostolice constituere syndicum ad vendendum libros.
46 Fratres minores habent generalem procuratorem in curia eligendum in capitulo generali, per generalem ministrum.
47 Fratres minores habent etiam procuratores speciales, quos procuratores conuentus appellant.
Officium procuratoris conuentus quale sit.
48 Communitates terrarum per statuta possunt constituere syndicum qui relicta obuenientia fratribus minoribus petat, & alios.
49 Fratribus licet procurare, vt eis syndicus constituatur non tamen ad litigia.
50 Ciuitas potest constituere syndicũ fratribus minoribus, quem ipsi fratres nominabunt.
Leuitis in constituendo syndicum ne repugnet regule fratrum, & num. 58.
51 Syndicus potest constitui, vt etiam alium loco ipsius substituat.
52 Statutum quod quis in iudicio fratrum minorum nomine compareat, non valet.
53 Potestas syndici pro fratribus constituti a ciuitate qualis sit.
54 Innocentius cum capitulo, & custodibus, quomodo possunt facere latem eorum procuratorem, & syndicum.
55 Verba in contractibus impropriantur, vt ad materiam adaptentur.
56 Caueant fratres ne constituant syndicum ad lites. & num. 57.
58 Syndicus a fratribus constitutus non potest nomine fratrum agere contra heredem a quo factũ est legatum, & quomodo agere debet.
59 Syndicus a fratribus nominatus eisdem legatũ contra voluntatem heredis vendidit, dominium non transfertur in emptorẽ, & qua exceptione erit tutus emptor si per heeedem vendicetur.
60 Fratres minores contra syndicum per eos nominatum nullam habent actionem.

PRIMA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

1 PRimo † quero Quando fratribus minoribus legatur, seu relinquitur pecunia, an valeat: Et videtur quod non cum in regula sit expressum, ne fratres recipiant per se, vel p alios pecuniã, vel denarios vllo modo, tamen Nicolaus determinauit quod talia legata valent, si in fratrum necessitatem conuertantur per alios, prout in eleemosynis, que viuentibus largiuntur. Idem videtur expressum in dicto cap. exũt qui seminat. §. ceterum. cum in eadem regula & §. ad hec cum fratres. hoc tamen intelligi debet, † dummodo quantitas non sit tantum excessiua quod possit presumi in fraudem, vt dixi in preceden. lib. ij. distinct. hoc etiam dicitur in cap. exiui. §. cupientes. ibi, nec licet eis valorem &c. & dicto cap. exũt qui seminat. §. ad hec cum fratres. vbi solum restringit ad ea. que fratribus pro eorum necessitate sunt necessaria, debet tamen hoc intelligi in quantitate moderata.

CAP. II.

a QUis arbitrabitur † an quãtitas sit moderata? Circa hoc Nicolaus predictus in dicto ca. insuper. versi. hoc autem, loquitur secundum exigentiam personarum, ministri & custodes simul & separatim in suis administrationibus & custodijs cum talibus interdũ personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnulle alie circunstantie plus minusve actualiter requirant prouideri, ita tamen sic faciant quod semper in eis, & eorum actibus paupertas
3 perfecta reluceat, &c. Ex predictis liquet † quod declaratio, que sit quantitas moderata, ad ministros, seu custodes pertinet: nõ posset igitur eam facere guardianus, & conuentus, si super hoc emergeret dubitatio. Apparet igitur quod sine dicta quantitas sit exponenda in necessitate conuentus, sive in necessitate certi fratris, dicta declaratio pertinet ad ministrum, & custodes, si super hoc dubitetur, quod apparet ibi dum dicit, personarum qualitas.

ADDITIO.

a Thom. Dip. Quis arbitrabitur. Vide, Raph. Cum. in cons. clxix. incip. viso testamento. versic. quinetiam non dicitur.

CAP. III.

4 QUando autez esset † quantitas immoderata quid fiet de superfluo? & hic diligenter attendenda sunt, verba clem. exiui de paradiso. §. cupientes. vbi Papa sic ait. Nec licet eis valorẽ hereditatum, & alium veltantam earum partem quod presumi possit hoc in fraudẽ fieri, quasi sub modo & forma legati sibi dimitti facere, aut sic dimissa recipere, &c. Aduertendum est igitur, quod hic Papa non irritat legatum, nec heredes eorum a quibus relictum est liberat, sed limitat receptionem fiendam a fratribus. Vult enim quod fratres non possint recipere, quando talis receptio presumeretur in fraudem, vt in preceden. lib. ij. distinc. est declaratum: quod tunc debet fieri in fraudem, quando esset tanta quãtitas quod eius receptio magis saperet thesaurizari, quã ob imminentes necessitates recipere. Item expresse, sciendũ est
5 † quod relictum factum fratribus quantũcunq; simpliciter intelligitur factum ob necessitates imminentes, &c. exũt qui seminat. §. ad hec cum fratres. & de iure ciuili dispositum est quod relictum factum ob aliquam necessitatẽ imminentem debetur, non aliter. ff. quando dies lega. ced. l. nec semel. §. fi. in habitationez.
6 In proposita ergo questione † ab initio de quantitate legata dabitur fratribus per personas constitutas ad hoc secundum formam illius constitutionis. exũt qui seminat dabitur moderata, dico, quod dabitur secundum quod imminens necessitas requirit, sive necessitas que instantissime habeat tractatum, vt dicta clem. exiui declaratur. residuum vero tunc fratres non possunt recipere, & si nunquam superuenerit necessitas nunquam recipere possent, sed alia necessitate superueniente, licite illud superfluum possent recipere nec enim receptio posset presumi in fraudem, nec animo thesaurizandi, cum ob imminentem necessita-
7 tem recipitur illud: & ergo superfluum imminente necessita-

te petant fratres per modum cuiusdam eleemosyne considēter extra iudicium cum in iudicio nullo modo possint. vt j. dicetur.

3 †Quid autem si in diversorum testamentis varie quātitates fratribus relinquātur, quarum quelibet per se immoderatā quantitatem non facit, sed omni cumulatione facta efficitur quātitas immoderata, an fratribus accipere liceat. Respond. non putō: quia si omnia verba regule, & dictarum Decretalium diligenter inspiciantur, semper se referunt, vt liceat recipere pro fratrū necessitatibus vt. d. §. insuper. & §. ad hēc cū fratres. ego puto, q̄ pro sua necessitate tunc immineute recipiant que primo veneriunt ad solacēdum. arg C. de iure delibe. l. scimus. §. & si prefatā. ab alijs nō recipiant, tunc recepturi cum necessitas supervenit, vt in precedenti cap. dictum est.

SEGVNDA DISTINCTIO.

CAP. I.

4 ALiquando contingit †quod immobilia & ea que vsu nō cōsumuntur fratribus relinquuntur adiecto modo, secundum quem fratribus non licet exigere, an valeat relictum, vel saltem estimatio fratribus debeatur: Videtur secundum quod etiam in precedenti libro dictum est quando hereditas fratribus per fideicommissum relinquitur. CPreterea de legato subducitur omnis impossibilitas. l. obtinuit. ff. de conditionibus & demōst. & C. de institutio. & substitutio. l. reprehendenda. ergo ille mod⁹ qui fratribus est de iure impossibilis, reiçietur, q̄ si modus legati non potest conseruari, debet transmutari in alium modum possibilem. d. legatum. de vsufructu legato. Contrarium videtur expresse in d. §. ad hec quia fratribus ipsis interdū. vbi Papa sic ait dicens, quod si testator modum secundum quē fratribus eorum conditione inspecta recipere non liceret, exprimat in lego modo, vt si legaret fratribus vineam, vel agrum colendum, vel domum locandam, & similia verba in similibus proferret, aut in modos similes, in relinquēdo seruare, a tali legato, & eius receptione per omnem modum fratres abstineant, &c. Ex hoc enim quod dicit per omnem modum apparet quod etiam estimationem recipere non debeant. Nam modus recipiendi legatum est estimatione m recipere. l. si domus. §. qui constetur. de lega. j. l. non dubium. §. fin. de leg. iij. Sol. dicendum est, quod si modus adiectus est illicitus fratribus minoribus inspecta conditione ipsorum, quia tunc etiam estimatio non debetur nec potest recipi. in tantum enim sanctissimus Pontifex odit eum qui modū repugnantem regule adḡcit, vt pro eo talem eleemosynam omnino fratres recipere prohibeat, vt dicta verba manifeste dicūt. Si vero modus esset illicitus fratribus, non quia contra regulam fratrum minorum, sed quia sic esset in quolibet religioso, tūc tale legatum licet recipere, vt in seq. cap. dicetur. Non obst. ratio prima in contrarium, quia vbi retentio ipsius rei relicte repugnat fratribus, ipsum legatum non est modificatum aliquo modo repugnanti ipsi regule, & ideo a iure modificatur modo licito. Jn q. vero nostra secus, non obst. secunda ratio, quia hoc speciale, quia impossibilitas ō subducitur ratiōe predicta. Nō obst. tertia ratio, quia illud verum, vbi modus esset illicitus ratione regule. vt supra dictum est, & infra proxi. dicetur, &c.

CAP. II.

a 10 QUone Aliquis reliquit †fratribus edificia, vt ibi construatur locus fratrum, vel vt ibi diuinum officium celebretur per ipsos fratres ibi mirantes, an valeat tale relictum: Et videtur qō non, quia fratribus non licet recipere hoc sine summi Pontificis licentia speciali, vt extra de excess. prelat. c. j. lib. vj. Sed istud qō
11 non potest expediri nisi per solum Papam videtur impossibile de iure. l. apud Julianum. §. fin. de leg. j. & not. per glo. in verb. relicte sint. ff. de verb. oblig. l. cōtinuus. §. cum quis. & per Dyn. de regulis. quod semel Deo dedicatum est. lib vj. & istud videtur relictum sub modo impossibili. ergo secundum ea que dicta sunt, nullo modo fratribus per illum modum licet recipere.
12 Econtra videtur, quod legatum valeat, non vt illud quod testator iussit obseruetur, sed vt in aliam causam transferatur, vt memoria & salus animę defuncti seruetur. l. legatum. de vsufru. leg. & de admīst. re. ad ciuit. pert. l. legatum. §. respō. Et istam partem puto veram. Non obst. contrarium: illud vero quando modus continet impossibilitatem vigore regule, & conditionis fratrum minorum, sed hoc, scilicet capere nouum locum non est eis interdictum, ideo quia fratres minores, quia sic est in quolibet mendicante, vt d. c. j. extra de priuil. lib. vj.

ADDITIO.

a Tho. Dip. CPone. Aliquis. Vide plene per Andr. Barba. in cap. vos quidem de testamen.

CAP. III.

13 PEr quem autem fiat iste talis commutatio in aliud, dubitatur. nam quedā iura videtur velle quod posset fieri sine authoritate Principis, siue Pontificis. l. j. & l. legatam. in princi. de admi. rerum ad ci. pertin. & respon. & de relig. do. c. j. circa prin. in cle. Quedam alia videtur velle quod fiat de voluntate vtriusq; partis. scilicet cui relinquitur, & eius a quo relinquitur. d. l. legatum. de vsufru. lega. Jn eo quod dicit, adhibitis primatibus ciuitatis. hoc est his, qui regunt ipsam ciuitatem, cui est relictum, & heredibus quibus est relictum. vt d. l. legatum. & respon. de admi. re. ad ciui. pertin. Quedam iura videntur velle, q̄ fiat voluntate eius cui relinquitur. d. l. legatam. & respon. versi. si vero plures. alium opus quod ciuitas velit erogari, &c Solut. dicendum est quod quādoq; illud quod testator iussit fieri in re, vel de re quę relinquit, potest licite fieri de iure, & de facto, & tunc illud non potest in aliū transferri sine permissione principis. Jta loquuntur iura primo allegata. Quandoq; non potest fieri de iure, & tunc debet fieri transmutatio de consensu vtriusque partis, vt d. legatum. de vsufruct. lega. Quandoq; potest fieri de iure, sed non de facto, & tunc idem, quia potest fieri transmutatio de consensu vtriusque partis, puta si pecunia legata non sufficit. d. l. legatum. secundo respon. de admi. re. ad ciui. pertinent. Idem si aliud esset impedimentum facti eadem ratione: sed si partes essent in
14 discordia, tunc iudex erit medius, cuius authoritati stabitur. & cūm C. de nup. l. j. & l. in cōiunctione, quia iudex magis fauet volūtati eius, cui relinquitur, quam eius a quo relictum est. & legatam. §. si vero plures. & argu. l. de die. ff. qui satisda. cogan.
15 Hunc ad propositum dico, quod illa transmutatio fiet ad alium vsum pium per iudicem volente herede, & ministro, seu custode fratrum, quibus hoc permissum, argu. eorum que diximus in precedenti distinctione. Et si essent discordes iudex erit medius non quod ipse minister, seu custodes prouocentur ad iudicium, quia ad iudicium pro nulla re temporali esse possunt, sed quando heres prouocaretur ab alio, cui hoc permittitur, secundum ea que in precedenti libro dicta sunt, & infra dicentur. tunc ipse minister, seu custos poterit esse coram iudice super hoc voluntatem declarare. Nam esse in iudicio hoc ipsi non est prohibitum. non enim in eius persona substantiatur iudicium, sicut potest esse in iudicio, vt testis, vt extra de testib. c. nuper.

ADDITIO.

a Tho. D. CPer quem autem fiat. Vide per Andr. Barbā. c. vos quidem. de testa. vbi plene examinat doctrinam Bartoli. huc ad quem me remitto.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. I.

16 QUandoque relinquitur †fratribus res mobiles, vel immobiles ob causam. vel modum licitum, an valeat, vt puta si relinquatur, vt res vendatur ex necessitatem conuertatur. Nicolaus Papa in c. erūt qui seminat. §. ad hec q̄ fr. ibi determinauit quod valet: sed tamen, si pretium ipsarum rerum ret quantitatem immoderatā, dic, vt dixi in predicta distinctione quando relinquitur pecunia. Item non intelligas quod minium earum rerū trāseat in fratres, sicut in alios legatarios, sed cuius sit dominium dices statim in sequenti distinctione.

CAP. II.

17 SEdpone quod †dicte res relinquitur fratribus ad vnā certā causam puta pro fratribus induēdis, & tota quātitas que exactis rebus redigitur non expenditur in illā causam quid fiet de superfluo: Respōd. hoc in legato nō habemus expressum. sz in eleemosyna data inter vivos bene declarauit dictum Nicolaus in d. erūt. qui seminat. §. q̄ vero puritatē. vbi sic ait. Cum in predictis casibus ad determinatā necessitatem, vt predicitur, pecuniā per aliquem concedi contigerit pecunia erogari posset a fratribus quod si quidem de ipsa pecunia habita necessitate determinata supererit cōcedat ipse concedens q̄ residuum dicte pecunie in res alias pro alijs ipsorum fratrū necessitatibus conuertatur quod nō consentiēte pro predictis ipsum residuū si quidem fuerit, restituatur eidē. &c. Ex quibus videtur quod remanere debet dominiū residuum apud heredem siue testatus a fratribus consentire voluerit. Contrariū tamen est verum. Nam licet ille qui concedit dum viuit posset reuocare, tamē hoc heredi eius non permittitur. vt ff. de ser. expor. l. iij. & qui fideiussit manu. ad li. perue. l. ij. §. fi. & hoc etiam videtur declarari in decto capitulo, erūt. qui seminat. §. in eo vero casu ibi, non obstante

concedē

cōcedentis morte, vel heredis contradictione, cum ergo contradicere non possit, & in dictam causam conuerti non possit, qz causa est finita, debebit commutari in aliā causam eo modo quo dict. sum in precedenti distinctione.

CAP. III.

18 Onamus †quod pecunia, vel aliud relictum ob certam necessitatem, quę tamē necessitas non imminet, vt puta relicta est pecunia pro fratribus indaendis eo animo cum alijs de hoc tam fratribus prouideret. Nam ista legata alimentorum que recipiunt non possunt diu circa idem duplicari, vt ff. de alimē. & cibariis legat. alimenta. §. basilice. vel pone quod relicta est pecunia pro emendo vnum calicem, vel pro emendo paramenta cū habeant calicem, & paramenta sufficientia, quid fiet de illo relicto hoc videtur declaratum in ista constitutione, cuius de paradiso. §. quamuis etiam paramēta, quod superfluitas, aut nimia curiositas in his, & in alijs non potest eorum statui conuenire. Et ex his videtur, quod tale legatum fratres nullo mō recipere possunt, nam videtur expressus modus illicitus ex illa regula & ex conditione fratrum. Nam & in alijs religiosis fratribus ista duplicitas vasorum, & paramentorum non damnatur, vt C. de sacrosanct. eccle. mit. preterea si habeat, vt dixi in precedenti distinctione. Contrarium dico, & est casus ff. de ope. pu. l. fi. in hnc. Non obstat contrarium, quia in casu nostro non expressit testator modum illicitum ex ipsa regula, imo licitum, licet enim fratribus paramenta habere, & calicem & dicta causa efficitur illicita, ex antecedenti, scilicet quod fratres reperiuntur habere ad lia vasa, secus si testator dixisset, lego pro emendis paramentis, & vasis superfluis, quia tunc presumeretur modus ex virtute ipsius regule reprobatus.

CAP. IIII.

Ex predictis manifeste apparet decisio illarum questionum, quas tetigi in precedenti lib. scilicet, quando ecclesia instituitur heres, vel, facta ipsius ecclesie refectione, pecunia superfluat, vel ecclesia, seu locus est adeo perfectus vt refectione non egeat cum sit declaratum in dicta constitutione, eiusde paradiso. Hinc est etiam quod fratres deinceps temperatis & moderatis edificijs sint contenti, certe dicta pecunia in alios vsus conuertetur, vt ex predictis patet.

QVARTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

19 Contingit aliquando qs† ipsis fratribus aliquid generaliter absq; modi expressione relinquit an valeat? respō sic, & est declaratum in dicto capitulo, scilicet qui seminat. §. ad hec, qz fratrib⁹. vbi Papa sic ait. Vbi fratribus ipsis generaliter absq; modi expressione aliquid legetur, hoc in legato sic indeterminato relicto in omnibus & per omnia intelligitur seruare volumus, & in perpetuum presenti constitutione iubemus, quod vbi pecunia, seu eleemosyna fratribus indeterminate relicta voluim⁹, ac expressimus obseruari, videlicet vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum ita quod legans merito nec fratres ipsi essecure relicti fraudentur, &c. Ex quibus apparet quod legatum valet & intelligitur modus expressus qui persone legitime congruat. ff. de vsu, & habit. l. plenum. §. equitē. sic ergo videtur quod pretium in necessitatem fratrum conuertetur, vt supra dictum est, quod intelligitur. nisi summam immoderatam excederet, & tunc serua quod supra dixi.

CAP. II.

20 Ed mortuo testatore † ad quez spectat dominū dict. ꝓ re. Circa quod sciendū est quod res sic relicte possunt esse triplicis generis. Primo potest esse quod reliquūtur res fratribus, que vsu non consumuntur, quarum vsus non est fratribus interdictus vt si relinquantur libri theologie, et similia, & tunc non est dubiū q dominium pertinet ad ecclesiam Romanam hoc est declaratū per Nicolaū in d. c. exīt qui seminat. §. hinc cum fratres ipsi, vbi loquitur sic, Cum aliquid ꝓpter Deū ipsis offert, concedit vel donat, & ibi omniū vtentium. & libror. ac eor. modum. presentium & futuro ꝝ, que & quoz vsus fructus ordini, vel fratribus ipsis licet habere proprietatem, et dominus. Quod autē Inno. Papa quartus predecessor noster fecisse dignoscitur etiam & nos Romanā apostolicam ecclesiaz ante recepimus, & ad nos ipsam plene & libere pertinere hac presenti constitutione in perpetuuz valitura sancimus, &c. Quodque predictis rebus que vsu non cōsumuntur Federico scripsit Jo. xvij. Papa in constitutione que incipit. Ad conditorem. tamē confirmat alias confirmauit, cuius verba quantum ad hoc inferre referimus. Vol. potest esse q fratribus relinquuntur res q vsu non consumuntur, sed eorum vsus est fratribus interdictus, vt si quis reliquerit domum, agrum, & similia, que res debent vendi, & in necessitatem fratrum conuerti, & ad quem pertineat dominium illarum rerum non reperio constitutionem aliquam declarantem, Posset tamen ad hoc argumentum & similitudinem adduci qō idem Nicolaus Papa in d. c. exīt qui seminat. §. cetera rum cū in eadē regula in pecunia cōcessa ab aliquo vtente fratribus sic ait, ita tamē, q penes ipsum dantē dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecunie, cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionez ipsius, in rem deputatam plene, libere, ac integre remanētibus in ipsa pecunia nil omnino fratres iuris habeant, &c. Et quibus videtur quod dominium remanet penes ipsum heredem, in primis cum idē Papa in verbis que presenti c. retulimus, in tali legato idez per omnia quod in pecunia, seu eleemosyna fratrib⁹ oblata voluit obseruari. Sz hec ratio non videtur bona. Nam cum Papa dixit in omnibus, & per omnia statim se restrinxit, videlicet sub modo licito fratrib⁹ intelligat esse relictuz, non ergo quo ad dominium. Preterea non videtur esse idem in herede quod in defuncto vt dixi §. in prori. dist. Cum ergo nulla sit constitutio decisiua, quid iuris sit, videamus. Et videf dominū dict. ꝓ rez ad ciuitatem, vbi sunt illi fratres, quibus est relictum pertinere,

21 quod probo. † fratres minores sunt pauperes & in paupertate arctissima constituti, vt in eorum regula, & declaratores pred. cti

22 dicunt si aliquādo † aliquid relinquatur pro necessitate paupez, videtur relictum illi ciuitati, cuius pauperibus relinquitur, vt l. si cui relictum. & in l. ciuitatibus. de leg. j. Si ergo ciuitati videtur relictū, ergo in eā trāsit dominiū recta via. C. com. de leg. j. & ij. ff. de fur. l. a Titio. & insti. de leg. §. fi. autem. iūcta gl. & versi. per in rem. nec est etiam incōgruū, vt vnus legatarius a testatore noletur, alteri vero queratur. ff. de leg. iij. l. fideicōmissa. §. interdū. & de leg. j. l. seruo leg. §. si testator. & de condi. & demoñ. l. Titio. §. Titio. Contrarium tamen puto, scilicet q dominium remanet apud heredem. Nam qñ legatur res, cuius commercium nō habet legatarius proprietas apud heredem remanet, & debetur estimatio. l. apud Juliānū. §. fi. cum l. seq. de leg. j. ita

23 in proposito. Preterea † in rebus que non relinquuntur directo, sed per quandam consequentiam non procedit illa regula quod dominium transeat recto iure in legatarium. Hoc probatur ex coniunctione duarum legum, et l. i. de ser. leg. & ff. quem admodum ser. amit. l. si patrem. §. j. sed quando seruitus legatur tacite per quandam consequentiam mortuo testatore non competit ius seruitutis, nisi constituatur ab herede, vt dicta l. i. & de ser. l. seruum filij. §. fin. & ibi per Jaco. de Aret. de legat. j. Ita ergo dicimus in proposito quod dominium rei legate transeat recta via in legatarium cui legatur expresse. In eo vero cui legatur per consequentiam non transit, nisi per heredem tradatur, & sic apparet, quod remanet penes heredem, ita in proposito cum illi ciuitati non legatur expresse, sed per quandam consequentiam. Preterea hoc videtur in simili si aliquis legat filio, vel seruo, videtur legare patri, vel domino, quod patet, quia pater, vel dominus potest onere fideicommissi grauari. ff. de leg. j. l. cum filio. cum fi. Sed si legatum est tale, quod non possit queri dominium filio, vel seruo, sed eius estimatio debetur, tunc non queritur dominium patri, vel domino, sed debetur estimatio, vt ff. de leg. ij. l. debitor. §. seruo. & l. fideicommissa. §. si seruo. de leg. iij. ita in proposito, cum fratribus minoribus non possit queri dominium, nec reipu. cui per consequentiam videtur relictum esse, & huic opi. videntur adherere verba decretalis §. alle. & relate, & per hoc patet responsio ad rationem in contrarium. Ter-

24 tio contingit † quod fratribus relinquantur res, que vsu consumuntur, vt vinum, frumentum, pannus pro indumentis, & similia, quorum vsus fratribus non est interdictus, quorū dominium dicebant quidam ad ecclesiam Romanā pertinere ex verbis Nicolai Pape. §. relatis. dum dicit, vtensilia. &c. Sed Joā. Papa dicit dicta verba debere intelligi de rebus que vsu non consumuntur, & declarauit in dicta decretali que incipit. Ad cōditorem. in multis partibus ipsius decretalis dum ait, quis sane mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti patris vnius ouj, vel casej, seu frusti panis, & aliarum rerum vsu cōsumptibilium, que fratribus ipsis & ad consumendum euestigio conferuntur. ad dominium Romane ecclesie & vsum fratribus pertinere? Profecto laudabile non videtur. vt Nicolaus ait supra, Nec obstat §. dictis quod idem predecessor noster in ordinatiōe predicta etiam illorum que ad sustentationem pertinent, nisi Romane ecclesie dominium reseruetur: hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, que vsu non sunt consumptibiles, fine

quibus humana vita non est sustentabilis questicq; nō sunt pau
ce vt in eo.ca.idem Papa declarauit. Sed in hoc idem constitu
tum.dum sic ait. Statuimus quod in bonis que in posterum con
ferentur vel offerentur aut alias quomodolibet obuenire con
tinget fratribus seu ordini supradictis exceptis ecclesiis, orto
rijs,officinis,& habitationibus,ac vasis libris,vestimentis,di
uinis,& alijs dedicatis,vel dedicādis,& q̄ ad ipsos obuenēt
in futurum, ad que se non extendunt adeo in conuenientia su
pradicta, propter quod constitutionem istam ad illa extendi no
lumus.nullum ius siue dominium aliquod occasione ordinatio
nis predicte, seu cuiuslibet alterius a quocunque predecessorum
nostrorum super hoc specialiter edite, Roma.ecclesie acquira
tur,sed quoad hoc habeantur prorsus ordinationes huiusmodi
pro non factis &c. Ecce aperte liquet quod ecclesie Romane
non queritur dominium.nec etiam reipub.rationibus predictis.
Dicendum ergo videtur, quod si quidem vinum, frumentum,
& similia legantur in genere, tunc non tractatur de translatio
ne dominij ante, quam perueniatur ad traditionem, vt not. C.
communia de lega.l.ij.& Institu.de lega.§. nostra autem.sed so
lum tunc est videndum de personali obligatione,de qua ff. dice
tur. Si vero legaretur in specie,vel cum perueniretur ad tradi
tionem, cuius sit proprietas & dominium, & qualem vsum ha
beant fratres, dico,prout intelligitur ex istis constitutionibus
Joan.Pape xxij.quarum vna incipit, ad conditorem, alia inci
pit quia quorundam quarum verba hic non refero.quia longa
esset sed prout ipse declarauit,ita credo,ac determino. Illud ve
ro quod.s. dixi de rebus que debēt vendi,vt in necessitate fra
trum conuertantur,idem illud dico in pecunia legata, etiā si pe
cunia legaretur in specie, vt patet in dictis authoritatibus,non
enim ipsum corpus pecunie in necessitate fratrum consumitur,
sed in speciem aliam transmutatur,& hoc quātum ad dominiū.
Nunc vero quantum ad actionem personalem quid iuris sit, vi
deamus.

CAP. III.

1 25 Quisergo † poterit dictas † res vendere quando vēdende sunt p fra
trū vtilitate:& de hoc Nicol. in d.§.ad hec, quia fra
tribus.cum permisit de rebus vēdendis pro fratrum
necessitate sic ait,ad que ad legata soluenda, tam heredes testa
torum,quam executores se liberales exhibeāt, quam prelati, ac
etiam seculares quibus de iure,vel consuetudine prouisio ista
competeret cum expedierit se ex officio suo promptos exhibeāt
ad pias voluntates deficientium,adimplendas,& † sic mani
feste apparet,quod hoc possunt facere heredes. Nec mirum,quia
apud eos est dominium vt dixi. Item hoc facere possunt execu
tores,licet alias super vēditione bonorum requiratur specialis
permissio testatoris,l. alio.de alimen.& cib.lega. & C.quando
decre. opus non est.l. penult.& ibi not.& hec semper inest, quod
talis res vendatur,vt dictum est, & sic specialis permissio nō re
quiritur. Item hoc potest facere. Episcopus, & iudex secularis
ex suo officio,vt dicitur in d.cer.etiam ex nomine promouentis,
quod patet ex vi dictorum verborum dum dicit, le prōptos ex
hibeant,& facit etiam.l. Quintus.de ann.lega.& in aut. de eccle.
titu.§.si quis edificationem.& de alimen.& cib.lega.l.tertia, in
26 princ. Judices tamen † predicti ad hoc veniētes precedēte mo
ra heredis,vel executoris,puta si fuit his monitus, vt in auth.
27 de eccle.titu.§.si quis autem.supradictus vero conuentus † licet
non habeat dominium,vt dictum est, tamen habet actionē per
sonalem vt infra dicetur, tamen si posset possidere, haberet do
minium, & posset vendere. vt infra dicam, fratres de hoc nullo
modo se impediant:cum hoc voto,& regule repugnaret, possunt
tamen humiliter supplicare heredi, vel executori extra iudicium,
vt votum testatoris adimpleat vt ff. dicetur, sed si predicta lega
ta non relinquuntur fratribus, sed ecclesie eorum, et tunc puto
quod dominium quereretur ecclesie Romane,& tunc quid iuris
sit,collige ex bis que dixi in precedenti libro,quarta distin.

ADDITIO.

a Tho.B.C. Quis ergo. De ista decisione. Bartol. vide plene
per Alexan.de Imo.in l.j.ff.de lega.j.& Ia.ald.in l.cum questio.
in fi C.de legat.& gl.in c.j de relig.do.lib.vi.& Lud.Roma.i sing.
cercliij incip. prohibetur & sic habet quod ipsis fratribus
potest relinqui.vt vēdatur fundus,& eis subueniatur ex illis pe
cunijs.& non sunt multi dies.quod fuit alleg. in fauorem fratrū
minorum de obseruantia sancti Franc.de Padua contra preli
byterum Joan.Anto.de Curte.de Padua,per me.ac tamen in
priuilegijs Sixti iij. Summi Pontif.in mari magno aliter dispo
nitur.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

28 De his que † largiuntur singulariter quod valeat † relicta fra
ctum vni fratri, qualiter fratres in hoc se ha
bere debeant.expresse determinauit Bene
ctus Papa in constitutione quam edidit circa
statum fratrum minorum.cuius alias extat, vi
sic ait. Quilibet autem frater supradicti ordinis qui aliquid
uit determinato vsu donari vel legari, vel pro quo deponi co
tigerit postquam huiusmodi donatio legatum,vel depositu
eius notitiam pervenerit custodi,vel guardiano suo.vel eius
cario, quam cito poterit cōmode debeat reuelare fideliter.
quilibet facere debeat si habet notitiam predictā. Guardia
autem siue frater,cui donatum,vel depositum fuerit, sit hab
ad scientiam capescendam.prouideat ei seu prouidere facia
cundum donationis, legati vel depositi quantitatem, et fecu
dum fratris ipsius idoneitatem ad eius studium opportune.
his apparet quod legatum debet in fratris vtilitatem pro
conuerti.& licet hoc exprimat de libris in c.prori.exprimit et
29 de alijs necessitatibus,apparet ex † predictis quod quando
cui singulari fratri legatur,non debet ad petitionez ipsius so
30 sed ad petitionem guardiani.† Item ex predictis patet quod
ter minor? potest esse distributor, et pretorum officio fungun
fratres vt dicetur in seq.lib.

CAP. II.

31 Sed si frater † ille tot denarijs pro his
necessitatibus non in
geat, idem predictus Papa immediate post pre
cta subdidit, Si autem fratres predicti his locis n
indigerent ac vbi de libris indigerent, puisio de libris sufficie
eidez aliquid de legato donato, vel depositio huiusmodi supe
esset, guardianus omne huiusmodi legatum, vel donatum, v
depositum, vel id quod facta prouisione eius fratri erit in co
munem sui cōuentus necessitatem conuerti, seu dispensari pr
euret, & necessitati eius, cuius contemplatione donatum leg
tum, vel depositum fuerit fauorabilius studeat subuenire. Per
hoc enim vel conueniens alijs,vel infra scripte constitutioni fo
licis recordationis Bonifacij Pape octaui.que incipit, Paup
debet subueniri fratri supascripto. secundo conuenit. & quo
pate? quod relictum fratri, hoc est, conuentui & sic petendo
hoc legatum erit idem quod in eo quod relictum est conuentui
fratrum,vt ff. dicetur.

SEXTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

32 Interdum † etiam † euenit,vt fratri
bus minoribus aliqu
annuū relinquatur, an valeat,q̄ritur. Et vid
tur q̄ non vt habetur in cōstitutione,que in
Extra de paradiso.vbi sic ait, Cum ita annui
tus inter immobilia censeantur a iure, ec
modi redit? obtinere paupertati,& mendicitati repugnet, ni
dubitatio est q̄ predictis fratrib? reditus quoscūq; fiegati
siones,vel eor? vsus cū eis nō reperiat esse cōcessus libere
re,vel habere p̄sideratā p̄ditiōe ipsoz? non licet,& ecōt
verbis colligitur q̄ legatum non valet. E contra,quod inh
legatum valeat,probatur ex authoritate predicta sic, nō
bium quod immobilium possessionū fructus fratribus leg
non valeat.vt ipsius possessiones fratres retineant,sed vt vēn
tur.& in necessitatem fratrū conuertātur.vt est expressē dict
33 tum:sic † cum reditus inter immobilia computētur,de sacris
eccles.l.iubemus & in aut.de non alie.§.hec ergo.& q̄ nos ignō
& sic videtur quod tale legatum valeat,non vt ipsos annuos r
ditus ipsi fratres habere vel retinere possint:q̄ hoc est eis p
bibitum:sed vt illud ius percipiendi vendatur,& in fratrum
cessitatem conuertatur:vt dictū est de rebus immobilibus.
dicendum est quod legatum annuū non fratribus interdic
ratione rei legate.sed ratione modi a testatore expressi, scilic
quod annuatim detur qui modus regule,& conditioni eorum
pugnat,& sic videtur quod nullo modo valeat,&c.

CAP. II.

34 Peromnia † putarem idem, si fratribu
relinqueretur aliquid diurn
vel menstruum vel per alios diuisiones tempor
vt puta decennio,vel triennio.vt ff. de transactio
l.cum hi.§.si cui.& de alimen.& cib.lega.l.libertus quos.in p
l.diarijs.de annu.leg.l.penul.

CAP. III.

35 Quid si fratribus † relinquatur
quid annuum
in perpetuum,sed vsque ad certum tempus,an lic

in prohibitionem predictam? Videtur, quod non propter limitationem temporis nō videtur legatum annuū, sed dicitur vnū legatum, scilicet prestatio diuisa, vt ff. quando dies leg. cedit. l. cum fine prefinitione. Contrarium videtur, scilicet quod valeat in dictam prohibitionem per generalia verba dicte constitutionis. Salleg. Nam relictum fratribus speratur relictum pro ipsorum necessitate, vel pro alimentis & similibus: sed in relicto cā alimentorum, licet sit frumētum, temporis prefinitione tamē annum dicetur, dicta l. cum fine prefinitione. ergo. &c. Sed si relinqueretur cum temporis prefinitione vni fratri singulari, tamen dicetur legatum annuum, per rationes supradictas. Si vero relinquatur fratribus vnius conuentus, tunc facit dubium: qr conuentus non moritur. Et sic cessat ratio, que est in alimentis relictis certe persone, finaliter puto tamen quod fratres debeant a dicto legato penitus abstinere. Nam hoc statui eorum, & mendicati repugnat. Nam non viuerent simpliciter in spe Dei propter spem, quam haberent in dicto legato intra prefinitum tempus sim eo est eadem ratio quod in legato annuo simplici.

CAP. IIII.

37 QVid si non directo † conditionis aliquid annuum fratribus relinquatur puta alicui quem heredem instituo sub conditione si aliquid annuum dederit fratribus minoribus? Certe idem est quod supra, vt fratribus nullo modo liceat accipere. Hoc enim videtur in fraudem fieri, vt l. quod conditionis. de dona. causa mortis. & de condi. & demon. l. Meuius. ille tamen, vt impleat conditionem, debet auferre. d. l. Meuius. sed contra predicta videtur ff. de in rescis. l. in fraudem. vt ibi patet, &c.

SEPTIMA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

QVaLiter aūt petantur dicta relicta ab his, q ad ea pstanda tenent? Pro cuius declaratione est videndum, primo, vtrum ille, † a quo legatum relinquitur ad id prestādum sit obligatus, & cui. Nam pro rebus fratribus ipsis relictis, ipsis fratribus nullum ius seu obligatio queritur de predictis, „dictus Nicolaus tertius in dicto c. exīt qui seminat. ceterum, sic ait, nec contra personam nominatā, vel non nominatam ab eis, cuiuscunque conditionis existat, in iudicio, vel extra actionem, persecutionem, vel aliquod aliud ius intentent qualitercunque persona predicta in commissione huiusmodi habeat, &c.

CAP. II.

EX hoc patet quod obligatio fratribus non queritur. Preterea qō obligatio queratur, videtur contra principale fundamentū regule que est, vt fratres sibi nil approprient, nec domum nec locum, vel aliam rem, vt dictis declarationibus summor. Pōtificum continetur. Si diceremus quod sibi acquireretur obligatio aliquid sibi appropriarent, quod esset contra vota cum ista regula obligatio sit de rebus sine quibus vita potest iuste & tranquilla. Preterea in dict. cap. exīt, qui seminat. ſ. ad hec. qui fratribus. dicitur quod iudex ex officio suo se promittere tenebit. que verba retuli. s. in distinct. xiij. huius. ȳ. lib. sed ea que iudicis officio expediuntur, non presupponunt obligationem l. qui per collusionem. ſ. i. ff. de actio. empt. & de ann. leg. l. Quint⁹. & concludo quod fratribus obligatio non queritur, & sic heres vel alij quibus relinquitur, non sunt obligati ad talia relicta. In contrarium videtur regula generalis que est, quod legatario cō petit obligatio & actio personalis & hypothecaria, & actio in rē, vt C. communia de lega. l. j. & ȳ. & Instit. de legat. ſ. nostra autē. Secundo dicendum est, quod in hoc, an ille a quo relinquit legatum ad hoc sit obligatus, potest considerari quo ad ipsos 38 fratres, & tunc dicendū est quod obligatio potest intelligi duobus modis. Uno modo proprie & stricte prout est iuris vinculum, quo quis necessitate adstringitur, vt instituta. de oblig. in princip. & hoc modo requiritur quod sint duo, vnus qui tenetur & est obligatus, alius cui. & habet obligationem: vt ff. de accep. l. & ibi no. per gl. & hoc modo sumendo heres vel alius, a quo legatū relinquat, non est obligatus fratribus, & fratres ipsi propter paupertatem vite, & regule eor neminem tenent obligatū. vt ſ. dictū est. Secundo modo potest sumi obligatio large, & improprie ex quadā equitate, in qua quis in seipso tenetur ad dādum aliquid vel ad faciendū: & ad hoc ipse videt se obligatus, licet anime teneatur, & ista talis equitas parit officium iudicis, l. Quintus. de ann. leg. & l. hereditas. de peti. heredi. & isto modo heres vel alius a quo est aliquid relictum, potest dici obligat⁹, & per hoc competit officium iudicis. vt ſ. dictum est. Tertio modo considerari potest an ille a quo est legatum relictum, sit obligatus respectu aliorum quam ipsorum fratrum, & tunc est dicēdum quod est propie obligatus. Nam certum est quod vita fratrum minorum in arctissima paupertate est fundata, sed quando 39 aliquid † ob necessitatem fratrum, vel pauperū relinquitur illi ciuitati, in qua sunt pauperes, videtur ipsis fratribus vel pauperibus relictum. l. fi. cui. & l. ciuitatibus. ff. de leg. j. cū rei publice interfit, vt pauperes sustētentur. C. de sacro. eccl. l. priuilegia. Idem in eo quod relinquitur propter subditum studiū ipsorum fratrum, vt d. l. fi cui. & l. ciuitatibus. Ex quo concludo, quod licet ipsius ciuitatis nomen in testamento non sit insertum, tamē ipse qui reliquit legatum, obligatur ipsi ciuitati ad illud. d. l. ciuitatibus. & l. fi cui. coniuncta l. seruo alieno. ſ. fi testator. eo. ti. & l. fideicommissa. de leg. ij. ſ. plerunque. & ſ. interdum. de condi. et demon. l. Titio genero. Quicigitur ciuitati heres ad hoc obligatur ciuiliter, & naturaliter, ex qua obligatione oritur actio, vt j. dicam.

CAP. III.

DEr quos ergo † dicta legata, et quaeliter petantur. & exigantur, satis patet ex p̄dictis quod diligēter debemus inquirere vel distinguere: nā si quidē q̄rat an 40 ipsi fratres petere possent, dicendū est quod dupler est petitio. Est enī petitio extra iudicium, & statim fratres licite facere possunt. Nam dictus Nicolaus Papa in d. c. exīt qui seminat. ſ. cetex cum in eadem, sic ait. Possunt tamen fratres suas necessitates insinuare, ac ēt specificare, vel exponere p̄sone p̄dicte ac etiā rogare quod soluant. possunt etiam eam personam exhortari. ac dicere quod fideliter in re commissa se habeat, & anime sue saluti in cōmissa sibi sua executione prideat, &c. Ecce aperte liquet quod extra iudicium petere & exhortari possunt sicut qū ab herede legatur aliquid seruo p̄prio sine libertate. l. quidā. ſ. illo videlicet. C. de neces. seruis here. insti. Quedā est petitio, que fit in iudicio, & ista nullo modo potest fieri per fratres, vt probant verba predicta. s. in j. dist. c. j. Nulla enim est in eis actio seu persecutio. hoc est iudicis officium. Hoc probatur ex verbis Cle. in d. c. exīui. ſ. nostra. ibi dum dicit, cum ordinis fratres vbicunque dicti ordinis professores pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri, &c. Ecce satis liquet quod dicti fratres in iudicio pe- 41 tere non possunt. Si vero † quaeratur, an petere possit Respublica, seu syndicus ipsius. patet quod sic, qr ei competit obligatio, & actio cōtra heredē d. l. fi cui. & d. l. ciuitatibus. de leg. j. Ex hoc etiaz sequitur quod quilibet de populo hoc poterit petere. ff. de ope. no. nun. l. in prouinciali. ſ. qui in publico. & l. seq. & in auth. de eccle. ti. ſ. si quis autē, qui hoc facere, &c. Et hoc dixi plenius in precedēti lib. xiij. distinct. vbi etiam potest colligi modus formandi libellum. Caueant fratres, ne predictis sic petentibus assistant: hoc enim statui eorum repugnat, vt in c. exiui. ibi. etiam ex talibus existentibus. vt ff. ad Turpi. l. j. ſ. incidit. ex pectant eīi quod aliquis ad hoc faciendum ex deuotione moueatur, Potuerit etiam exigi istud legatum ex officio episcopi, vel etiam iudicis secularis, vt in d. declaratione Nicolai continetur, cuius verba quantum ad hoc retulimus s. in quarta distin. huius ȳ. lib. in xiij. c. incip. quis ergo poterit dictas res vēdere, &c. dic. vt ibi. & datur pecunia illi, quem iudex deputabit, vel etiam ipsis fratribus, vt in sequenti distinctione dicam.

OCTAVA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

DE syndicis vero fratrum minorum sciēdum est, per quosdā summos Pontifices fuisse cōcessum fratribus, quod nominarent quosdaz, qui administrarent nole ecclesie Romane. que cōcessiones fuerunt primo per Joā. Papam xxij. in aliquibus reno- 42 cate. ideo vt predicta clarescant primo priuilegia antiqua ad literam referamus. Et primo † Jnn. xiij. literas fratribus concessit in hec verba, Jnn. episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis generalibus & prouincialibus ministris fratrum minorum salutem, & apostolicam benedictionem. Quanto studiosius domnice contemplationi vacatis famulando, tanto quieti vestre libētius prouidemus, ne pedes, quos lauisse videmini affectu & officio omnia relinquendo, cogantur, qō abfit, iterum inquinari. Cum enim lecta a nobis vestra petitio contineat de rebus

omnibus ordini vestro concessis, vel in posterum concedendis per vos ipsos, prout exigit necessitas iuxta vestri ordinis statuta disponere nequeatis: nec velitis pro conscientie vestre puritate seruanda, ne vobis odiosa vagandi tribuatur materia, sed oporteat vos per hoc ad sedem apostolicam, ad quam rerum ipsarum spectat proprietas, habere recursum, nos quieti dicti ordinis necessitatibus vestris paterna volentes solicitudine prouidere, presentium authoritate concedimus, vt singulis vestris liceat in prouinciis eis commissis per se, vel per alios fratres suos, quibus iniunxerit committendam constituere aliquos viros idoneos Deum timentes qui pro locorum indigentia singulorum res huiusmodi concessas, vel etiam concedendas authoritate nostra petere, vendere tractare, commutare, expendere, permutare, ac in fratrum vsum conuertere valeant secundum dispositiones vestras, prout necessitatibus, vel commodis fratrum ordinis memorati, sicut vobis pro loco, & tempore videbitur expedire liceat quoque vobis eosdem viros sic constitutos a vobis amouere, aliosque ad premissa exequenda sine difficultate qualibet subrogare, quoties videbitur opportunum. Nulli ergo, &c. Data Auenioni. iij. Calend. Septemb. Pontificatus nostri anno v.

CAP. II.

43 Deinde Martinus Quart⁹ papa eisdē cōcessit sup predictis literas largiores in hūc modum, † Martinus seruus seruoꝝ Dei, dilectis filiis suis generali, & prouincialibus ministris, ac etiā custodibus vniuersis ordinis fratrum minoꝝ salutē & apostolicam benedictionem. Exultās in domino quod sacri vestri ordinis professores in Dei beneplacitis cōfirmari pōptitudine deuotionis, & opere illius studētes imitari vestigia eiusdē, & via summopere custodire, qui descendens a patre luminum, & formā serui accipiēs, se in laudis beneficium placabilem hostiam immolauit, cogitare induximus honesta remedia, quibus dicti ordinis obseruantia pura in sui vigore seruetur. Ideoq; fratres qui pro nulla re tempora li possunt in iudicio experiri, & exclusis quibuscunq; solicitudinibus libētius apertius, & quietius diuinis vacent officijs, & oferentiū, donatiū, vel tradentiū, atq; in vltima voluntate relinquentium ordini predicto, vel fratribus aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur, sicq; vos solicitudini, quam predictus ordo pro suis necessitatibus quoties imminebit necessitas, vel vtilitas suaderet, remittere ad ecclesiam Romanam vigerē tur ad quam omnium rex nobilium & immobilium, quibus fratres vti possunt, ius, ppietatis & dominium spectat, nullo modo impēsa spectat immoderate potius quā per hoc vigeri possit fratribus supra dictis benignius indulgētes, volentesq; heredum vel executorum negligētijs obuiare, vt fratris scōm modos licitos & cōgruos ipsi ordini relicta in testamentis, & elee mosynis nō fraudent ac sperātes q̄ his que pro statu prospero dicti ordinis per nos salubrius, & vberius consulent quo maiores fueritis: vt hic in parte authoritate muniti discretioni vre, de qua plene in dño confidimus speciales psonas que non sunt de dicto ordine nominande pro locorum indulgentia singulor, quas psonas per vos taliter nominatas in his administratoribus legitimis generalibus liberantur, & libere gerere, & ipsos vere & legitimos administratores, economos, syndicos, & actores esse de plenitudine potestatis presentiū authoritate constituendo decernimus, qui res ipsas & pretium rerum, & predictas eleemosynas nomine ipsius ecclesie recipiant pro eisdem, & fratrum ipsorum vtilitate, prout eis licet ex regula, vel declaratione conuertenda, sicut q̄ filij generalis & singularis nostri in prouincia, vel custodia sibi decreta vel eisdē fratribus de assensu nro extiterint requisiti p se petendi, exigēdi, recipiēdi, alienādi predicta transigendi quoq; & possidendi, conueniendi prosequendi, refutandi, contrafaciendi, agendi, defendendi & in animabus eorum de calumnia, & veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alterius iuramēti prestādi cū illis & contra alios qui, buiusmodi res mobiles, aut immobiles, aut pretium earū, vel relictas eleemosynas fratribus in testamentis occuparent, & violenter auferrent siue voluntatem fratrum quomodolibet detinerent, et generaliter in omnibus casibus pro rebus licitis ad ecclesiā pertinentibus, fratrum vsui concessis, necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus ac priuilegijs & indulgentijs & generalem, & liberam ac authoritate Apostolica, & in iudicio, & extra iudicium potestatem plenam & liberam concedimus authoritate presentium facultatem. Nulli ergo, &c. Datā apud vrbem Veterem, xv. Calend. Februarij. Pontificatus nostri anno secundo. Idem etiam concessit Nicolaus quartus, quasi de verbo ad verbum & ideo hic non refero, &c.

CAP. III.

44 Postea vero Leo Papa xij. in illa decretali, que incip. ad cōditorem canonum. predicta in aliquibus reuocauit, & hec verba, & quia prefatum Martini Pape predecessoris nostri priuilegiū dudū seruatum quo ad administrationem bonorum premissorum non extitit, nec seruatur, et ipsorum procuratorum officiū qui nominantur a ministris, & custodibus dicti ordinis Romane ecclesie iniuriosum ac multis aliis molestum, onerosum & etiā inhonestuꝫ noscitur, & strictius in hiis mus, ne deinceps pro recipiendis petendis, defendendis exquendis, seu administrandis bonis, que in posterum ordini vel fratribus offerri vel conferri, seu alias obuenire contigerit quisquā noletur a quoquā seu constituatur amodo nomine sedis Romane ecclesie procurator, nec occasione cuiuscunq; priuilegij apostolici, quicunq; administrationem quorūcunq; bonorum que obuenire fratribus ipsis, vel ordini cōtinget in posterum in iudicio, vel extra agendo, vel defendendo, vel aliquo quoquo modo assumere vel exercere dicte ecclesie nomine audeat nisi de sedis apostolice licentia speciali decernentes irritum et inane si secus a quoquam in posterum contigerit attentari non obstantibus quibuscunque priuilegijs a Martino papa predecto, vel ab alijs predecessoribus nostris ipsis fratribus, vel ordini sub quacunque forma verborum, vel expressione concessis. Per hoc autem dicti ordinis regule in aliquo non intendimus derogare, nec priuilegijs fratribus ipsis seu eorum ordini, sede ab apostolica sede concessis, nisi duntaxat quo ad premissa (gentia) preiudicium aliquod generare. Nulli ergo, &c. Data Auenioni. vi. Idus Decemb. Pontificatus nostri, anno vij. Cō gitur predicta inspicimus, non cassauit papa predictus predictam concessionem, nisi solum in bonis, que in posterum fratribus, vel ordini offerri contingerit: ergo in his, & pro his que octis fratribus erant concessa ante dictam constitutionem, vt ecclesijs, domibus oratorijs, & similibus possunt nominari procuratores secundum formam predictarum literarum fuit autem facta dicti Joan. constitutio anno Domini M. ccc. xvij. die mense, predictis. Item est aduertendum quod dicti Joan. constitutio reuocat precedentem solum in his, que fratribus relinquuntur, vnde super his que non relinquuntur fratribus, sed ecclesie fratr. in potest fieri dicta nominatio ex vigore illius generalis clausule posite in literis Marti., aliud est enim relinquere fratribus, aliud est relinquere ecclesie fratrum, vt victum eius precedenti lib. in vij. distinct. 2 pro iuribus ecclesie. fratres vel sunt agere: vt ō. patet, nec est reuocatum: ergo &c. Item diligenter est aduertendum quod ex predicta constitutione nullo modo licet dictas res fratribus relictas contra voluntatem fratrum occupare, vel detinere, & in hoc dicte regule non sunt correcte quod facit ad multa dicta & dicenda in hoc cap.

CAP. IIII.

45 Superio etiam q̄ per Nicolaū papā xij. erūt qui sem. nat. §. q; vero libros. fit mētio dā, procuratore speciali ad recipiendū pretium qui venduntur per fratres & illud in rem licitam expendi per hec verba, §. ij. vero res huiusmodi estimato pretio vel tingat cum fratribus ipsis per se, vel per alium recipere iam regula p̄hibente non liceat ordinamus, & volumus talis pecunia seu pretium recipiatur & expendatur in res tam & cuius vsum fratribus licet habere per procuratorem prefata sede, vel Cardinali gubernationem per seipsam gerenti eiusdem ordinis deputandum, &c. Et sic videtur eo q̄ dicit de Cardinalibus videtur correctum per decretal Joan. Pape, cuius verba supra proxime retuli: vbi dicitur nullus potest instituī procurator dictoꝝ fratrū nomine Ro ne ecclesie nisi de sedis apostolice licentia speciali. Unde de a necesse a quod Cardinalis conseruator habeat, de hoc speci mandatum, alias de hoc procurator citari non posset. Pe vero Nicolaus papa iij. in suis constitutionibus, quas cir statum fratrum minorum edidit in illo cap. quod incipit. Ne sus ordinarius circa venditionem dictorum librorum, fie per illos quibus fuerunt dicti libri distributi, dicti libri pos distrahi, commutari, vel vendi: seu quomodolibet alien nisi pro melioribus et vtilioribus libris: et tunc de consi licentia monasterij, et illorum per quos fuerunt distributi. Ecce ergo videtur permittere, q̄ per causa legitima possunt di. Ministri autem venditio presuppont pretij perceptio secundum modum et ordinem eorum statui congruentem: et videtur quod talis procurator ab apostolica sede nō fit ne

ens, grane esset eis procuratorē ab apostolica sede exposcere super istis in quolibet cōuentu: & ita vt audio, fratres obseruant.

ADDITIO.

a Dyn. Bip. Necesse. Vide Rapha. Cuma. in consi. clxxx. incipiēte testamento.

CAP. V.

Procurator † generalis

Et etiam quidam ordinis qui semper in curia Romana moratur, vbi ordo minorum in communi & particulari, semper habet multa facere. vnde ibidem vnus procurator de ipso ordine ad ista negotia pertractanda, qui eligitur per generalem ministrum in generali capitulo, de qua constitutione prefatus Benedictus Papa xij. in predictis suis cōstitutionibus, super statu fratrū minor. extitit, quedā etiā ad ipsius offm procuratoris pertinētia posuit. Et idem Benedictus in xij. c. de libris, scuius procuratoris officium ad nostrum examen non pertinet, &c.

CAP. VI.

Habent etiam fratres in multis locis aliquos ex bis, fratrib⁹ † qui vocantur procuratores conuentus, horum officium est quod cum in regula contineatur, quod fratres vadant pro eleemosyna confidenter, vnde cum ipsis conuentibus sit necessitas multa, secūdum quod ordo exigit, frater alle qui dicitur procurator habet illas eleemosynas procurare, potest etiam hic humiliter extra iudicium procurare vt fratribus relicta legata petantur, vt supra in precedenti distinctione dictum est. Potest etiam sibi procurare eleemosynas pro fratribus induendis & necessitatibus fratrum, licet enim in regula diceretur de fratribus & necessitatibus infirmorum ministri et custodes solicitam curam gerant, &c. & sic videbatur quod alijs non posset committere. tamen qz ordo exigit ita quod custodes & ministri hoc expedire non possunt, concessit predictus Nicolaus in dc. extr. quod ipsi ministri & custodes possunt huiusmodi curam & solicitudinem exercere. & sic semper hoc debent habere mandatum a ministris & custodibus, et illi qui tenentur ad dandi pro fratribus induendis, non debēt soluere guardiano, nec alteri de eius mādato vel ministro vel custodi, nisi guardianus habeat super hoc mandatuz a ministro vel custode, sed debent soluere ipsi procuratori, vel alteri de eius mandato, vel ministro vel custodi. & talis procurator nullo modo in iudicio posset esse, nec litigātibus pro re temporali assistere, vt de alijs fratribus superius est dictum & quod iste talis appellatur procurator, prout videtur poni in dicta constitutione. c. v. vbi sic ait. de quo communi panno, ministri & custodes, guardiani, lectores, predicatores, procuratores, & ceteri fratres omnes induantur, & in eo quod dicit procurator, intelligimus de predictis, vt puto.

CAP. VII.

Possunt etiam per † statuta terrarū, & cōmunitatū cōstitui procuratores & syndici, qui nomine ciuitatis possunt relicta & alia obuenientia fratribus petere exigere, defendere gubernare, vendere, & in necessitatem fratrum distribuere cum pleno mandato, quod iuridice arbitror esse factum. Primo, quia ipsi communitati videtur relictum, vt in pluribus partibus huius operis est probatum. Item quia concedentes possunt in ipsa concessione exprimere per quēres dicte vendantur, nec alias in necessitatem fratrum conuertant, patet in illo capitulo. ex. qui seminat, cuius verba statim scribam. Sed statutum ciuitatis est communis vtilitas omnium ciuium. l. i. ff. de legib. ergo ipsi ciues possunt constituere aliquem procuratorem, qui de relictis concessis ab eis hoc faciat, & iste procurator, vel syndicus dicitur syndicus seu procurator ciuitatis: appellatur autem in vulgari syndicus fratrum minorum qui ad ipsorum vtilitatem est constitutus. Circa quem autem syndicum plura sunt videnda. Primo, an eis liceat procurare, quod ciuitas faciat talem syndicum, & videtur quod sic ex verbis Nicolai in dicto capit. ex. Ceterum cum in eadē. vbi sic ait. Quo casu procuratur a fratribus quod ille, qui dabit eleemosynam pro se, vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed ab eo potius iuxta suum beneplacitum ad sumendum huiusmodi satisfactionem faciat in totum, vel in partem, prout sibi dominus inspirauit: si tamen ipse hoc nolet facere, vel non posset, vel quia recessus eius imminet, aut quia quibus hoc velit cōmittere notitiam non habeat fidelium personarum, seu quacunque alia occasione, vel causa declaramus, & dicimus quod in nullo regule puritas infringatur, aut quomodolibet ipsius obseruātia demaculetur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curēt dare notitiā, vel aliquē seu aliquos noiare, ac etiā presentare cui, vel quibus si eleemosynam facienti placuerit committi possit executio predictorum, ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus in scriptis, &c. Ecce ex predictis liquet, quod ciues, qui istas eleemosynas, & legata concedunt, possunt per suam legem syndicum facere ad predicta. Item ex predictis liquet quod ipsi fratres possunt procurare quod hoc fiat, quod intelligo quantum ad actus extraiudiciales, sed quantum ad iudicium et litigia pro istis temporalibus non credo quod hoc eis procurare liceat, imo, vt puto, statui eorum omnino repugnat, vt dixi s. pri ma distinctione. c. fi. Item ex predictis liquet † quod ciuitas ad predicta pōt cōstituere syndicū vel syndicos nominatim exprimendo & si nominatim non vult exprimere, potest constituere illum quem fratres nominabunt, seu presentabunt. in hac tamen forma in constituendo adhibeatur talis cautela vt constituētes verbis congruis, & statui fratrum non repugnantibus vtantur, non enim licet fratribus nominare aliquem ad litigandum, vt dictum est: dicatur ergo sic. Ille, vel quos inter fideles deuotos duxerint nominandos ad recipiendum ea que sibi relicta & cōcessa fuerunt, dans licentiam & potestatem eligendi & petendi eos syndicos, & procuratores & constituimus, &c. vt sic fratres ipsi eos non nominent. nisi ad rem eis licitam statutum tamē eis sic nominatis, vel ita concedere possunt. Item ex predicta auctoritate † patet quod dicim⁹ quod dict⁹ syndic⁹ non solum potest constitui. vt ipse predicta faciat, sed etiaz vt alium, seu alios loco suo constituat. In aliquib⁹ tamen ciuitatib⁹ sunt statuta quod fratres ministros habeant syndicos, sicut alīs religiosi, et quod eorum syndici in iudicijs audiantur. Et statutum quod alias † in iudicio nomine fratrum minorum compareat non puto valere, repugnat enim statui & regule eorum, & per consequens sacris canonib⁹ qui eorum statuta, & regulam approbarunt. Dic autem mod⁹ faciendi syndicos nomine communitatis, vt s. est dictum iuridic⁹ est & iust⁹ vt arbitror. Iust⁹ autem syndici communitatis ipsi⁹ nomine constituti potestas apparet ex his que in precedentib⁹ sunt relata. † Nam si in aliquo sit heres institutus ecclesia, dict⁹ syndic⁹ ciuitatis poterit adire hereditatem, petere, vendere, & in vtilitatem ecclesie conuertere, & in alium commutare ex causa: vt dictum est. s. in. j. lib. xij. distinct. Idem si iure legari relinquitur ecclesie: vt dictum est s. distin. xij. cap. fratres, alias filij. ij. sed si relictum esset, tunc pro tali legato: siue sit quantita: seu species competit ciuitati actio personalis: non actio in rem, cum in ciuitatem nullum transeat dominium, vt dictum est s. distinc. xiij. & distin. vj. & ideo si res legata syndico traderetur, efficeretur dominus traditione, & posset de ea disponere. prout vellet antequam sibi tradetur. sed alienando non transferet dominium, quia dominus non est. Sed si alienasset, an heres posset ab emptore recipere, alias repetere, dicam in seqū. &c.

CAP. VIII.

In multis locis † vidi, quod ipsi fratres, videlicet. Guardianus cuz capitulo, & custodes faciunt aliquos seculares suos syndicos ad lites, & causas, etiā ad vendendum, alienandum, & pretium recipiendum, & eis dant plenam potestatem, qō vtrum procedat & qualiter videamus. Ad quod sciendum est, quod prout in precedenti capitu. dixit, quando ille, qui dat eleemosynam non vult vel non potest eligere personam, que excusationem predictam faceret, ipsi fratres ipsum eligere possunt, vt supra verba relata manifeste dicunt. Sicut ergo vnus potest nominari per fratres in vna singulari eleemosyna, ita potest vnus nominari per fratres, vt eorum obuentiones recipiat, in quib⁹ certa persona per concedentem non deputatur: & istum quidam nominant syndicum fratrum, quidam depositarium, de quo fit mentio per Clement. in d. c. exiui. & c. porro cum fratres, vbi sic ait ad amicos, siue sint dati procuratores, siue deputati per eos vel nun. ij. siue depositarij, siue quouis alio nomine nuncupētur. Hunc ad propositum dico quod quando tales fratres faciunt syndicos quibus dant illam potestatem, non bene faciunt, & verba non bene sonant, possunt tamen habere sanum intellectuz vt intelligantur, quod fratres faciant talem eorum syndicum, scilicet, ad ipsorum fratrum vtilitatem, & illud quod dicti syndici faciūt syndicario nomine fratruz, debet intelligi quod hoc faciunt tanquam nominati a fratribus nomine eorum, qui eleemosynas concesserunt, ad vtilitatem tamen fratrum. Similem expositionem facit gloss. in verbo, illi heres. C. de his quibus vt indig. l. Polla. & ff. de his quibus vt indig. l. tutores. † verba enim in contractibus intelliguntur improprie, prout adaptari possunt ad materiam, de qua agitur, vt l. si vno, ff. loc. in princip. & l. si ita stipulatus. de vsu. & l. damni infecti quidam. ff. de dāno infecto. Item verba syndicatus predicti † quando porriguntur ad lites & causas, omnino reprobo: qz fratrib⁹ ad hoc nominare

non licet,vt in precedēn.c.dictū est. Unde quantum ad illa verba instrumentum syndicatus haberetur pro non scripto quantū ad illos qui ele. mosynas concesserunt, vel quantum ad heredem eius,qui solvit legatam rem:quia pillare legata possunt in iudicio defendendo,ꝛ agendo,sicut dicimus de eo apud quē res est deposita, siue sequestrata: vt ff. vt lega. nomi. caueā. l. postquam.§. Imperator.versicu. sed si nec ipsi contra ipsum vero recipientem eleemosynam nullo modo potest agi,cum apud eum remaneret libera,potestas revocandi,vt ſ.in hoc §. lib. di-
57 stin.iiij.c.ij. Item nec contra heredem a †quo legatum relictum est,si heres ipse noluit aliquem actum vel officium,vt dicit intentari possunt nomine fratrum minorum:quia ipsis fratribus non competit,vt superius,est probatum, ꝛ si qua actione iste sit electus debeat agere nomine eorum qui eleemosynas tales cōcesserunt, sequeretur quod contra eundem ipsius nomine ageretur,quod fieri non potest l.ij.de oper. noui nunt. posset tamen agere,vt quilibet de populo:vt ſ.dictum est, ꝛ heres cogeretur soluere tanquam persone nominate a fratribus, quantum vero ad alia acta que veniunt expedienda extra iudicium, vt recipere a sponte soluentibus,ꝛ res receptas vendere,ex pecunia sibi data alias emere,ꝛ in fratrum necessitatem conuertere, puto dictum syndicatum sufficere, intelligendo eum:vt ſ. dixi,quia tamen illa verba dicti syndicatus statui fratrum non conueniunt, dico fratres ab ipsorum confectione abstinere, nam Clemens in dicto c.exiuit.§.Denique,cum idem confessor dicit sic, In omnibus se gerant quod se cunctis ostendant in dictis pecunijs,sicut non habent penitus nil haberent,vt dicta verba sonāt pri-
58 ma facie.eos aliquid habere ꝛc. † Cautius ergo facerent si simpliciter aliquem, vel aliquos nominarent ad recipiendas res legatas fratribus ꝛ relictas,seu aliquo modo concessas,ꝛ conuertendas eas in fratrum necessitates secundum concedentis voluntatem,ꝛ secundum quod a iure permittitur. Istud ergo eis licet in his que conceduntur,inter viuos,vt ſ.probatum est, ꝛ etiam in his que conceduntur in vltima voluntate.eodem modo vt dictum est in dicto c.exīt qui seminat. §. ad hec quia fratribus,ꝛ tales sic nominati possunt facere omnia que. ſ. dixi.

59 ¶ Sed pone quod talis syndicatus seu sic nominatus contra voluntatem heredis rem sic fratribus relictam vendidit ꝛ tradidit,ꝛ pretium recepit.quid iuris? Respond. ex tali contractu emptor non quereretur dominium,nec ius in re ex quo agere posset.si alius possideret quia ille,qui vendidit,ius vendendi non habuit:vt ſ.est expressum,si tamē ipse emptor possidet ꝛ heres vendicat.habet exceptionem per quam potest retinere rem emptam, donec sibi restituatur pretium quod soluit, quod apparet in fratrum necessitatem expensum, hoc enim solo commodo heredis cedit merito restituendum. ff. de rei vendi.l. emptor.ꝛ ¶ de pred.mi.l.predia.l.vinum.ff.de reb.cred. Bn au-
60 tem contra †talem sic nominatum fratres habeant actionem? Respon.non hoc probatur in dicto c.exīt qui seminat.§. ceterum. vbi sic ait. ita tamen ꝙ ab omni eiusdem pecunie administratione seu dispensatione,ꝛ contra personā predictam actiōe, seu persecutione vt dictum est, fratres abstineant omnimodo. Ecce aperte liquet, ꝙ contra predictos nullam habeant actionem,nec contra aliquos pro aliqua re tempo.ali, vt dictum est. Illi tamen qui dictas res concesserunt. possunt ab eo recipere, ꝛ petere,ꝛ etiam Respublica,arg.eorum que dicta sunt.ſ.ꝛc.

Liber tertius Minoricarum.

1 ☞ Fratres minores non possunt esse executores testamenti, in quo pia causa,vel pauperes simpliciter sunt instituti.
2 Fratres minores non possunt esse executores testamēti,in quo res vendenda venit,ꝛ pretium in alios distribuendum.
3 Frater minor non potest esse executor testamenti,in quo relicta est pecunia distribuenda in necessitatem fratrum arbitrio talis fratris.
4 Item potest esse executor ad distribuendum inter fratres moniales ꝛ sorores sui ordinis.
5 Potest etiam esse executor,quando solum persona eligēda est, in quam fieri debet distributio.
6 Electio personarum, ꝛ distributio pecuniarum, si est collata in fratres minores an teneat, quod sic respectu personarum. numero 9.
7 Executore non eligente quis eligat.
8 Executore non distribuente cuius arbitrio res erat distribuenda, non succedit legitimus,sed lex ipsa distribuit.
10 Frater minor,in quibus non potest esse executor, potest tamen consilium dare,vt exequatur.
11 Executori testamenti ingressuro ordinem fratrum minorum non potest frater minor dare consilium.
12 Executor datus in testamento, qui habet exequi cum consilio fratrum minorum,quando teneatur illud requirere.
13 Executor qui requisiuit cōsilium fratrum minorum, quando teneatur illud sequi.

DISTINCTIO PRIMA.

CAP. PRIMVM.



De executionibus vltimarum voluntatū,que fratribus relinquūtur,an per eos exercere valeant? Videtur quod non ꝛ sic videtur declaratum per Clem. in dicto capit. exiui de paradiso, vbi sic ait. Cumque predicti,ordinis professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri,predictis fratribus non licet,nec competit,quin potius considerata sui puritate status scire debeant sibi interdictum quod huiusmodi executionibus,seu dispositionibus se exponant,cum hec sepius absque litigio ꝛ contrectatione, ꝛ administratione pecunie nequeant ex-
a pediri,ꝛc. Econtra videtur quod possunt, [a] quia in quibusdam casibus cessant rationes predicte,ideo quid iuris sit. per singu-
1 los casus prosequamur.† Quandoque enim executores vltimarum voluntatum vicem heredis tenent ꝛ ipsi habent actionem mouere,ꝛ in iudicijs respondere,quod est quādo pauperes vel captiui vel aliqua pia causa sunt simpliciter instituti vt C. de episcopis ꝛ clericis.l.si quis ad declinandaz.ꝛ extra de testā.cap. cum tibi,ꝛ tibi no.per Innocentium,ꝛ isto casu non est dubium, quod fratribus minoribus est executoris officium interdictum tam ex verbis,quam ex eo quod hereditatis non sunt capaces.

ADDITIO.

a Tho. Dipl. ¶ Quod possunt. Vide plene per Jaſon.l.pretorio.ff.de bis qui sunt sui vel alie.iur.in verſi.secundo tamen,vbi videas.

CAP. II.

2 Quandoque †isti executores vicem heredis [a] non sustinent,nec o-
a liquod litigium sperant, ꝛ tunc si quidem est aliqua res vendenda, vel pecunia distribuenda in illo executoris officio, non licet eis intromittere, vt verba supra relata ostendunt. Nec obstat quod posset dici quod predicti potent administrare personas nominatas eo respectu quo supra dictum est in legatis quia illud verum est pro eorum necessitate, sed fieret ista distributio pro alijs idoneis, nullo modo licet. Nam probantur in dicto capitulo exiui.§.porro.vbi sic ait papa tēdāt fratres predicti quod nullis alijs causis quam pro vel similib⁹ in via, vel alibi liceat recurrere ad amicos suffragantis pecuniam,siue deputati per eos.ꝛc. Apparet ergo
3 manifeste quod ex nullis alijs causis licet. Et his puto quālibet inqueretur pecunia distribuenda in necessitate fratrum arbitrio talis fratris minoris, quod talis executionis officium possit implere herede soluente sponte: fiet enim administratio personas supra positas vt ipse frater arbitrabitur hoc enim rum statui non repugnat:vt dictum est, ꝛ rationes prorsus cte cessant.

ADDITIO.

a Tho. Diplo. ¶ Vicem heredis. Vide Bart. in l.a filio.in ff.de alimen.ꝛ cib.leg.ꝛ ibi Alexan.de Imol. in addi. Et And. Sicu.in capi.tua nobis.extra de test.ꝛ Bart.in consil. incip.viso testamento.ꝛ vide Lud. Roma.in consi.cccclx. quo ad primum. in secundo dubio, vbi consuluit quod licet tres predicti non possint esse exequutores,si tamen fuerint equiti,valet exequutio.

CAP. III.

4 Idem dico si pecunia† veniat distribuenda iter moniales sorores monasteriorum, que reguntur per ipsos fratres. Nam Benedictus Papa xij. in constitutionib⁹ quas edit circa statum fratrum minorum, hoc videtur exponere in exīt.vt dixi in alio lib.distinct.v c.j. hoc etiam probatur in eadem constitutionis c.xxxij.que incip. Insuper quis decet Clerici famulos,ꝛc. vbi expresse permittit fratribus, vt rationi ꝛ com-

ꝛ computationibus, ꝛ distributionibus bonorum temporalium inter ipsos interſint, vt eas pertractent, vt ex multis partibus illi⁹ capituli colligit, vbi ſic ait, In ſingulis monaſterijs eiuſdē per prouinciales, ꝛ miniſtros eiuſdem ordinis minorum de conſenſu Abbatiſſe, ꝛ conuentus, ſeu maioris partis numeri eorum de auctoritate apoſtolica certus monachorum numerus ſtatuatur iuxta monaſterium ipſorum ſub penitentia obuentum, ꝛ etiam facultatem, ita quod ex his congrue valeant ſuſtentari, ꝛc. Ecce aperte liquet quod talibus diſtributionibus, ꝛ computationibus ſcilicet quantum pro quolibet detur, poſſent intereſſe. Idē etiam probatur in eo.c. vbi ait, niſi adeo ipſorum monaſteriorum facultates excreſcerent quod pluribus poſſent ſufficere competenter, ſed hic talis excreſcentia referatur capitulo generali fratrum minorum, a quo ordinari habet, quot perſonas de ipſis fructibus, vel obuentibus excreſcentibus vltra ſtatum monaſterij, ꝛc. ⁊ in pluribus alijs partibus eiuſdem capituli, predictis autem caſibus, vt §. ⁊ j. dicetur, fratres poſſe de executione intromittere intelligat habita licentia ſuperioris, vt extra, de teſtam. cum religioſus. lib. vj.

CAP. IIII.

1 5 TAndoque [a] cōmittitur eis aliquod executionis officiū, in quo nullum litigium, nulla pecunie exactio, ſeu diſpenſatio vertitur. Verbi gratia, quod decem florenj expēdantur inter decem pauperes, vel vt vnus florenus pro quolibet qui pauperes eligantur per talem fratrem. Item nulla ſit diſtributio pecunie, ſed teſtator ipſe diſtribuit, ſed per fratrem fiet ſola electio perſonarum, an poſſit fieri per eum: ꝓuto quod ſic. Nam ceſſant rationes prohibentes. Preterea ex hoc fratribus nullum commodum queritur. Eſt enī iſta electio meri facti, quod patet: quia cadit in deportatum qui non eſt capax eorum, que ſunt iuris ciuilis, l. cum pr. §. hereditatem, de legat. ij. ff. ad Trebellianum, l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ij. hoc enim, ſi fideliter fiat, meritorium eſt, ipſi enim propter ſecreta que audiunt in cōfeſſionibus melius cognoſcunt pauperes vocandos quam alij homines, hoc enim nec malum eſt, nec ſpecies mali habet, tamē hortari eum ſecundū Deum ne eligat perſonas, in quibus poſſit eſſe ſuſpitio.

ADDITIO.

a Tho. D. Quandoque. Vide Bart. in conſi. vj. poſt princ. incip. vlo teſtamento. ⁊ Ludo. Rom. in conſi. cccc ix. incip. quo ad primum in ij. dub.

CAP. V.

6 7 SEd pone quod aliquis relinquit [†] pecuniam, vel res diſtribuendas arbitrio executorum, ⁊ inter pauperes quos executores elegerūt, a ſunt fratres minores, in dicta conſtitutione continentur duo, ſcilicet electio perſonarum, ⁊ hec eſt fratribus licita. Item diſtributio pecunie, ⁊ hoc eſt fratribus interdictum. An poterunt dicere fratres non volumus pauperes eligere, diſtributionem autē pecunie facias tu, ad quem ſpectat, quod videtur quaſi vt vtile per mutuum non vtietur, imo ſeparetur, vt in capi. vtile per mutuum, lib. vj. de regu. iur. ⁊ quia ſunt duo, ergo poteſt vnum amplecti, ⁊ aliud reſpui. l. ſecunda. de lega. ſecundo, cum ſimilibus. Et contra videtur, quia ſi eligantur perſone, impeditur diſtributio, que alteri deberet competere. Aliter enim cogitur quis diſtribuere inter plures, aliter iter pauciores, ergo videtur quod nō poſſit. l. §. qui Stichum. ff. de eo quod certo loc. ibi dum dicit, a loquimur tollis electionem dum vis ſeruare reo eletionem. Secundo dicendum eſt [†] quod fratres poterunt eligere perſonas. Pro cuius intellectu eſt ſciendum, quando relinquitur perſone incerte, vt pauperibus, vel captiuis, tunc ſi executor teſtamentarius non elegit, ſuccedit legitimus, ſcilicet, epiſcopus. l. nulli. et ſi quis ad decimandam. C. de epiſco. ⁊ cler. ⁊ in authen. de eccleſiaſtic. §. ſi quis autem hoc facere. Quandoque perſona eſt certa, ſed res que relinquitur, eſt incerta, tunc executor non declarat [b] rem, ſi quidem debet eligere vnam de certis, ipſi ſuccedit in arbitrium, ⁊ electio fit ipſius legatarij executore non exigente, vt l. fina. §. fina. C. commu. de lega. Si vero executor debeat arbitrari ſimpliciter quatenus ſibi videtur tunc ſuccedit arbitrium boni viri, hoc eſt iudicis, vt l. prima, de legat. tertio. Quādoque contingit quod perſone, ⁊ res ſunt incerte, ſed qualiter inter perſonas predictas diſtribuantur dicte res, arbitrio executoris committitur, ⁊ tunc, executore ceſſante diſtribuere, non ſuccedit legitimus diſtributor, ſed lex ipſa diſtribuit, vt quilibet equaliter admittatur, qui venit ad petendum. l. qui duos. §. fin. de lega. ij. ⁊ l. cum quidam. ⁊ l. vnum ex familia. §. ſed ⁊ ſi fundū. eodem titu. et ibi per gloſſ. in verb. diri ita demum. At nunc in poſito ſi frater noſter perſonas, licet ipſe non poſſet inter eas diſtribuere, tamen diſtributionem facit lex ne aliquis poſſet conqueri, ne ſibi facultatem diſtribuendi abſtulerit, cum lex ipſa hoc fecerit. Preterea in legato illo primo debet attendi perſona, vt l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum, debet ergo electio perſonarum precedere, ⁊ preferri. Equius enim eſt, quod per electionem perſonarum, impediatur diſtributio, quā per diſtributionem impediatur perſonarum electio, vt ex predictis patet.

ADDITIONES.

a B. L. Elegerunt. Vide Pet. de Ancha. in conſ. cclij. Rom. conſi. ccxxviij. incip. pro plena diſcutione. ⁊ cccc ix. incip. quo ad primum propoſite conſultationis.

b Th. D. Non declarat. Vide plene de dicto Bartol. hic per do. Franc. de Are. in conſi. lxviij. incip. do. Joannes.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

a 10 AVtem [a] in iſtis [†] executoribus, ſi reperiantur fratres, poſſint dare cōſilium? Videtur quod ſic: licet enim Clemens ſtatuit poſt verba predicta in c. j. precedentis di. ſubdit ſic, Ceruntamen in his exequendis dare conſilium eorum ſtatui non obſtat, cum per hoc ipſis circa temporalia bona nulla iuriſdictio, actio in iudicio ſiue diſpenſatio tribuatur, que verba intelligo generaliter prout iacent, ſiue conſilium determinate [b] ſiue indeterminate petatur, ſiue de perſonis, ſiue de quantitate. Caueant tamen fratres ⁊ faciant taliter qō in talibus conſilijs ſuis ceſſet ſuſpicio, ⁊ predicta vera niſi perſonalia predicta, que conſilium ſuper diſtributione peteret, ordinem minorum ingreſſura eſſet, vt in ſequenti c. dicetur.

ADDITIONES.

a Th. D. An autem. Vide Alex. in l. j. §. ſi plures. in addi. bar. ff. de exer. in apoſt. que incip. ſeruāda eſt. verſ. ⁊ an debeat ſaltē.

b Determinate. Vide Bar. in l. quidam. §. Papinianus. ff. de admi. tut. ⁊ ibi apoſtil. Alex. ⁊ ibi ſcripſi.

CAP. II.

11 SEd ſi perſona [†] que a fratribus cōſilium peteret, eſſet ipſorum fratrum ordinem ingreſſura, tunc fratres ſuper eo conſilium dare non poſſunt, vt colligitur ex his verbis clem. j. d. c. exiui. §. dubitauerūt. vbi ſic ait, Dubitauerūt ⁊ dubitant multi fratrum an liceat ipſis de bonis ingredientiū quicquam recipere ſi donetur, ⁊ ſi ad dandū perſonis, ⁊ conuētibus eos poſſint inducere ſine culpa ſi etiam ad diſponendum de diſtributione talium rerum debeant ipſi miniſtri vel fratres dare conſilium, ⁊ paulo poſt, Dicimus de cetero debere tam miniſtros quam fratres ceteros a dictis inductionibus ad ſibi dādum ⁊ ſuaſionibus nec non ⁊ dandis, circa diſtributionem conſilijs abſtinere, ⁊c. licet verba predicta ſolum videantur referri, a quando ingrediens de bonis ſuis [a] voluit diſtribuere. Veruntamen idem puto ſi vellet diſtribuere de bonis alienis, quia forte fuiſſet executor relictus in bonis alterius, quia rationes que ponuntur in illa decretali etiam hic l. cum habēt videlicet quod fratres debeant magis habere affectum ad perſonam, quam ad bona temporalia. Preterea, ſubeſt alia ratio quia cum ſit ingreſſurus religionem, ⁊ ſic in poteſtate monaſterij ⁊ fratrum ipſorū rogamen, ⁊ ſuaſio eſſet preceptum, ⁊ ſic ille libere non diſtribueret, ideo Papa voluit quod hoc caſu a dandis conſilijs abſtinerent, argument. ad hoc. ff. de adulte. l. ſi poſſul auerit. §. ratio autem publica ordinum.

ADDITIO.

a Th. D. De bonis ſuis. Vide Jaſ. in authen. ſi qua mulier. in prin. C. de ſacroſanc. eccle.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

2 AVtem [†] ille tertius, cuius executoris officium, ⁊ diſtributio eſt iniuncta in teſtamento cum conſilio fratrum minorum, debeat eorum conſilia requirere de neceſſitate? Breuiter, omiſſis multis dictis infra in preſenti c. ſic dico, aut teſtator iniunxit quod fiat cum conſilio fratrum minorum eo ca-

su quo ipsi fratres non possunt esse executores, & de vbanitate debet eorum consilium requirere. de necessitate non tenetur. l. quidam decedens. §. Papinianus. de administrat. tutorum. ar gu. eo casu quod ipsi fratres possunt esse executores tūc debet eorum consilium requiri. ff. mand. l. idemque. §. si quis. & l. sed et pupillus. §. conditio. ff. de instito. & l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirenda hereditate. & l. eorum Titio. ff. de verbo. significa. Sed contra predicta facit ff. de administra. tutor. l. Titium, & Veruium. vbi reperitur quod etiam qui non potest esse particeps officij, non tenetur quis eius consilium requirere, sed ibi loquitur in curatore, cuius potestas est a lege licet a testatore dek. Sed hic loquitur in executore cuius potestas est ab homine, sicut potestas procuratoris & circa hec, & alia que infra dicam prorim. latius dixi in quodam commento, quod feci in l. j. §. si plu-
13 res. ff. de exerci. hec vero hic dixisse sufficiant. Sed an ille, qui ipsorum requisiuit consilium, teneatur illud sequi de necessitate. dic aūt loquimur in eo casu, quo consilium requirere non tenetur de necessitate, & tunc non tenetur illud sequi, vt patet ex his que dixi. §. i cap. prorim. etiam si testator dixit quod hoc faciat de cōsilio & consensu ipsorum. ne quod vna via prohibetur, id fiat alia. l. scire etiam oportet. §. j. ff. de excus. tuto. extra de regulis iuris. c. cum quid vna. lib. vj. Aut loquimur eo casu, quo tenetur requirere consilium quod est, quando ipse potest executor esse. si quidem est frater minor assumptus vt executor & consultor simul, tenetur illud sequi. d. l. Titium. ff. de administra. tutorum. Aut fuit assumptus vt simplex consultor, & tunc sufficit, q eius requiratur consilium nec tamen sequi debet. vt extra de arbi. c. cum olim. & argu. ff. manda. l. h. in fi. Et sic reprobatur distinctio eorum, qui dicunt, aut dixit consilium aut cum consilio. & tangitur per glo. in d. l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. & ego plenius in d. §. si plures. vbi respondi ad omnia iura, si qua possunt in contrarium facere, &c.

Liber quartus Minoricarum.

1 ¶ Fratres minores non succedunt ab intestato, nec per ipsos etiam ecclesie Rom. acquiritur, sed hereditas vadit ad sequentes in gradu.
2 Fratres minores non succedunt ab intestato, etiam in his rebus, que licite retinere possunt.
3 Fratres minores nouitij ante professionem succedunt ab intestato.
4 Professi tentes regulam fratrum minorum, libere de bonis suis disponere possunt.
5 Filius preteritus a patre professente regulam fratrum Minorum rumpit testamentum.
6 Heres institutus in testamento ingredientis religionem fratrū minorum statim capit hereditatem, aliter morte non expectata naturali.
7 Ingressus & professus religionem fratrum minorum non potest bona sua diuidere inter filios suos.
8 Bona professentium religionem fratrum Minorum pertinent ad venientes ab intestato.
9 Professus religionem fratrum Minorū, si efficitur episcopus, non recuperat bona alij quesita.
10 Frater minor episcopus, vel aliter liberatus ab ordine, quando recuperet ius succedendi ab intestato.
11 Frater minor remotus ab ordine propter eius demerita non recuperat ius succedendi ab intestato.

DISTINCTIO PRIMA.

CAP. PRIMVM.

1 2 DE hereditatibus que fratrib⁹ ipsis ab intestato obueniunt, aliqua dubia oriuntur. † Primo. an frater minor parentibus & alijs agnatis ab intestato succedat, sicut monachus, vt dicitur C. de episco. & cle. l. Deo nobis. §. hoc etiā. Istam questionem mouet ibi Jaco. de Ere. & etiam Ly. recitat opin. quorundam. Quidam dicunt quod per eos acquiritur ecclesie Romane, alij dicunt quod acquiritur eis non vt retineant, sz vt vendant. Alij dicūt quod nullo modo habere possunt. Sz istor opin. fuerūt antequam veniret declaratio clemen. in d. cap. cruui. §. cupiens. vt hec questio determinetur, dic sic, quia igitur successoribus transit non solum vsusfructus rei, sed etiam dominium suo tempore in communem beredem, fratres autem prefati nil sibi speciali vel etiam ordini eorum est in communi, declarando dicimus quod successionum huiusmodi que verisimiliter, & indifferenter ad pecuniam, & alia bona mobilia se extendunt considerata puritate voti, nullatenus sunt capaces. &c. Ecce habeo expresse quod bis fratribus, vel ordini nullatenus spectat. & sic legitimam debitam iure nature non poterit petere, vel habere cum sit tertia eius quod habituri erant ab intestato. Sed ab intestato nihil habituri sunt ergo, &c. Item ex eo quod dixit eos non capaces, apparet quod non queritur per eos ecclesie Romane, vt l. si in metallum. ff. de bis que pro non script. hab. & de. hered. instituē. l. j. & de bon. liber. l. si necem. §. si de peculatus. venit ergo dicta hereditas ad sequentes in gradu.

ADDITIO.

a B. L. ¶ Succedat. Vide Rom. consi. cclxviij. & ccxcvj.

CAP. II.

2 SEd quid si in dicta † hereditate est domus cōtigua loci fratrum minorum, vel ibi sunt res quas fratres ad vsum' possunt licite retinere, an in illis succedāt? Respō. nō vt patet ex pdictis verbis. dicit. nullatenus: ergo. &c. Et sic in nulla parte vel re. Preterea nō quis proprie succedere in rebus certis, sed in hereditate que est quoddam incorporale, iz contineant res corporales. vt ff. de rerum diuisio. l. j. in fi. & Institu. de reb. corp. & incor. §. j. & per totum titu. Cū igitur ipsi non sint capaces istius successionis. hoc est, ipsius vniuersalis iuris, ergo nec eorum, que in dicto iure continentur. & predicta vera in fratribus iam professis, &c.

CAP. III.

3 SEd Nouitij ante factam † professionē expresse, vel tacite sunt liberi homines. extra de regula. capit. non solum. lib. vi. & est hodie in fratribus minoribus expresse declaratum per Benedictum Papam xij. in dictis constitutionibus
a bus. vbi sic ait. Caueant autem Guardiani & ipsi nouitij, & magistri eorum. ac fratres alij, ne contra constitutionem infra probationis annum aliqualiter impedire presumant quo minus ipsi ad aliam religionem transire malserint, transeant. vt etiam ad seculum redeant. sicut. de sua processerit voluntate. &c. Ecce apparet quod sunt in sua libertate. ergo sicut alij liberi, & seculares possunt succedere qui non postea fecerunt professionem, & erant de istis bonis si predicta successione ei quefierint, sicut de alijs bonis proxima distinctione dicetur.

ADDITIO.

a B. L. ¶ Nouitij. An nouitius habeatur pro clerico vel laico vide Petr. de Ancbara. consi. lxxij.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

4 DE bonis † vero eorum, quos dictorum fratrum regulam imitātur vel professentur quid iuris videamus. Cōstat em qō ipsi nil retinere possint omino, & si quid ipsi ante professionem de bonis suis distribuerint, seu dispositionem fecerint, hec rata esse debent, & firma. cū ipsa regula adūciat q licet ingredientibus, & sit liberum facere de bonis suis, secundum q dūs spirauerit, hoc etiam dicitur in d. c. exiui. §. dubitauerunt. & licet in his que alias religiones ingrediuntur, consueuerint habitari an in eorum testamento quod ante fecerunt, debeant aliquid iure institutionis relinquere monasterio quod ingreditur, vt C. de sacrosanc. eccle. autb. si qua mulier. & xix. q. iij. c. si mulier. tamen in eo qui profitetur regulam Minorum hoc expressum puto. Alle tenim filius preteritus rumpit testamenti quia potest succedere, alias secus, vt l. si necem. §. j. de bon. liber. & Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthumis.

ADDITIO.

a Tho. B. ¶ De bonis vero eorum. Sed si monachus, vel frater vnius Monasterij detinet bona fide in alio Monasterio tanquam frater ipsius monasterij detinentis & emat vnam rem que tradita est abbati, vel Guardiano ipsius monasterij secundi detinentis & non apparet ex cuius pecunia Monasterij ipse emerit, de qua intelligitur, vide Pau. de Cas. & Alexan. in Lum fi. dus. §. serunm. ff. si certum petatur.

Ex

CAP. II.

6 Esti etiam Heredes †instituti ī testamē to talis fic ingredientis capient ipsius hereditatē statim, non expectata morte naturali, licet de ingrediētibus alias religiones cō

a sueuerit dubitari, in d. authen. si qua mulier[a]. Ratio, q; ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorum ab eo habet per omnia eundem effectum, quem habet mors naturalis: ergo idem ius, l. Deo nobis in prin. C. de epis. & cleric. & l. ex ea parte. §. insulam. de ver. ob. Ad quod etiam per Dy. in d. l. si necē. & vt puto istā suam voluntatem non poterit reuocare, vt statim dicam, &c.

ADDITIO.

a Tb. C Si qua mulier. C. de sac. sanc. eccle. & ibi vide Jaso. & ibi scripsi. & vide dom. Barto. Socin. in cōsi. xcij. in princi. incip. circa primum.

CAP. III.

7 Quandoque Contingit, †quod ingredientes dictam religionem fratrū minorum fecerunt † possessionem, & de bonis suis nullo modo disponunt: dubitatur primo an potuerunt bona sua dimittere inter filios, sicut possunt alij, qui alias religiones ingrediūtur. d. authen. si qua mulier. Respōdeo non puto, quia post professionem non possunt se impedire de talibus constitutionibus eum non faciant ob suas necessitates, sed ob alias, & hoc verum esse probatur per ea que dixi in preceden. libro. De executoribus vltimarum voluntatum, dixi in c. ij. & per hoc puto quod voluntatem propriam reuocare non possunt, quicquid sit de iure in alijs religiosis hic non dico, &c.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

8 Sed ad quos pertinebunt †bona ipsorū ingredientium predictam religionem, & nō disponentium: Ista est antiqua

a questio, eam tangit Inn. extra de probatio. c. in presentia. & hodie Joan. And. recitat opin. & eam tangit Spec. in titu. de stat. monacho. c. j. ij. & ij. Breuiter quid iuris sit i alijs religiosis, hic nō dico, Sed quantum ad fratres minores dico, q; eorum ordo ex predictis bonis nil debet vel possit petere, vt expresse colligitur in d. cle. j. dubitauerunt. Unde puto q; quantum ad istam materiam penitus habeatur pro mortuo, vt dictum est, quod dicta bona pertineant ad venientes ab intestato sicut si mortuus esset. Facit ad hoc. C. de bo. damna. authen. bona damnatorum, &c.

ADDITIO.

a Tb. C Cap. in presentia. Vide Lud. Ro. consi. ccxvj. incip. circa declarationem. vbi plene.

CAP. II.

9 Contingit Interdum, †quod illi qui regulam fratrum minorum sunt

a professi, transeunt ad episcopatum, vel aliam regulam, quę possunt in communi habere. Queritur primo an eorum bona alicui quesita possint recuperare: Et videtur quod sic, sicut dicimus de restituto. l. j. C. de sen. pass. & l. j. ff. de sentent. pass. Contrarium dico, quia siue dicas quod hec restitutio sit in pristinum repositio, siue quod indulgentia, seu permissio transeundi ad alium statum separatum, non recuperat bona tam alijs quesita, quam fisco, l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. & ibi no. in fi. magne glo. & ideo bona nō recuperat vt C. de sen. pass. l. j. & l. tutor. cum similib.

ADDITIO.

a Tb. C Episcopatum. Vide Felyn. in capitu. inter quatuor. vbi plene de maiori. & obedi. & Jas. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & vide Fed. de Senis consil. xx.

CAP. III.

1 Quero An talis frater †minor factus episcop⁹ vel ad aliam religionem legitime trāslatus succedat ad intestato parētibus agnatis & cognatis: Et videtur quod sic vt C. de senten. pass. l. j. Contra videtur quod non: casus est ff. ad Tertyl. l. j. §. j. vbi loquit de filiofamil. facto seruo, & postea liberato. Solu. Putarem dicē dum sic. Aut iste liberatur ab ordine authoritate summi Pontificis, & puto quod ius succedendi recuperet. l. j. C. de senten. pass. & ff. ad Tertyl. l. prima. §. filius qui mortis. Idem puto si aliter legitime ab aliquo Archiepiscopo, vel alio prelato promoueretur ad aliquam dignitatem, per hanc enim concessionem beneficij intelligo eum ad omnia restitutum, vt dictis legibus cū ius succedēdi recuperet, necest in eo statu, in quo erat añ ingressum, facit xix. q. j. cano. statutum. per quem canon. & multas alias rationes reuerēdus Pater Dominus Fraciscus de Assisio Decretorum Doctor Abbas Monasterij Campi Regij. in medium adduxit, qui istum passum ad mei interrogationem sic disputans determinauit. Si vero reperiretur alius modus licit⁹, quam expressa cōcessione beneficij, vel dignitatis, per quam ab eo ordine absolueretur tunc ius succedendi non recuperatur. d. l. j. §. j. ad Tertyl. & d. l. j. §. filius qui mortis. eo. ti. vbi tex. facit

11 istam distinctionē & bene. alias aduertatur. Hoc autem †potest contingere si aliquis ppter eius demerita ab ordine licentiare tur, & ab ordine ei permitteretur vt transiret ad aliam regulam. quod eo casu ei licet. non alias. vt per multa priuilegia Romanorum Pontificum fratribus est concessum. que hic non refero, quia longum esset. eo autem casu non puto eos recuperare ius succedendi, per iura predicta. Illa enim absolutio magis est ad penam, quam ad premium, &c.

CAP. IIII.

a Posset queri, Aliquis erat grauatus restituere, si decederet sine liberis, qui decessit instituto filio fratre minore. an talis filius facit istam cōditionem deficere, &c. Vel pone, per Italiam sunt statuta quod filie femine non succedant extantibus masculis, vtrum filius masculus frater minor facit feminam non admitti. & plura alia possent queri, que licet sint dubia propter statutū fratrum minorum, tamen q; hec ad eos non pertinent, (non est enim eorum cōmodum vel in cōmodum) ideo ad presens opus non pertinent, sed hec in alijs locis debitis sunt tractanda.

ADDITIO.

a Tb. D. C Posset queri. Adde bal. in l. filiussa. §. cum quis. in fi. ff. de leg. & in l. ij. in fi. ff. de bono. poss. contra tabu. & in l. j. §. filium eo ti. & in l. fi. C. quando & qui. quarta pars. & Ang. in aut. de non eligen. secundo nuben. in fi. prin. & in l. j. C. de condi. inser.

C Finis Tractatus Minoricarum Bartoli.

Tractatus De duobus fratribus inuicem habitantibus.

1 Filius qui ex re patris, ipso viuente percipit fructus patre mortuo, debet alijs fratribus communicare.

2 Filius qui lucratur cum pecunia patris, & opera sua partem lucri respectu pecunie communicabit, partem vero respectu persone, tanquam proprium retinebit.

Lucrum prouenies ex persona filij dicitur aduentitium.

3 Filius exercens vsuras, patre mandante, tenetur lucrum ex eis prouenies communicare: secus, si sua sponte exerceat.

4 Filius qui lucratus fuit, & dubitatur vnde, ex quibus bonis presumatur quesisse.

5 Quesitū per filiū in dubio presumitur quesitū ex bonis patris.

6 Statuto stante, q; ō vxore predecedēte sine liberis, vir lucretur dotem, & vxor filij, viuo patre, decedat, an tale lucrū alijs fratribus communicetur, & in tractatu Bal. nu. 7.

7 Donatum vel relictum filiofa. per extraneum patre viuente q; fi factum est contemplatione patris, non communicatur.

8 Donatum filiofa. quando in dubio videtur datum contemplatione patris, vel filij, si est datum ab extraneo.

9 Usufructu donato vel legato filiofa. cuius contemplatione videatur donatus, vel legatus & an communicetur.

Intellectus ad l. fi. C. de vsufruct.

10 Donatum filiofa. pacto appositio quod habeat in castrensi pecu. vel quasi, quando erit castrensis peculij, vel non.

11 Donatum filiofa. exercenti mercantiam cum pecunia patris cuius contēplatione videt donatū ad hoc, vt cōmunicetur, vel nō.

12 Causa proxima inspicitur, ad cognoscendum quādo aliquid est factum contemplatione alicuius.

13 Lucrum factum per filium f. cum pecunia castrensi, vel quasi castren. peculij, tale lucrum quando sit aduentitium, vel castrense.

14 Filio herede instituto a matre vel ascendente linee materne cuj conditione, quod ad patrem nō perueniat vsufructus, an dicta conditione non obstante, pater saltem in legitima habeat vsum fructum, & in trac. Bal. nu. 5.

15 Filius an teneatur communicare libros eidem emptos per patrem, & in tractatu Bal. nu. 33.

16 Pater si dedit pecuniam filio in studio, quando filius teneatur illam imputare in eius partem.

17 Si pater incipit expendere in studio pro filio, quod eo mortuo non debeat perficere studium de communi.

Pater ſi aliquid incepit pro filio quando heredes eius tenean
tur illud perficere, & num. 19.
18 Filius ſi licite contraxit aliquod debitū in ſtudio, patre mortuo,
illud de communi ſolui debet.
20 Pater ſi fecit expenſas in nuptijs alterius ex filijs, alter frater
debet de proprio & non de cōmuni facere, & in tracta. Bal. nu
mero. 31.
21 Veſtes vxoris alterius ex filijs facte per patrem non conferun
tur, ſecus feſtiue, & ornamenta pretioſa, & in tractatu Baldi, nu
mero 33.
22 Expenſe facte per fratrem in rebus aduentijs filij, in quibus
pater habet vſumfructum, quando imputabuntur in partem fi
lij in diuiſionibus.
23 Filio datum per patrem quando veniat communicandum.
24 Pater ſi faciat filium ſtipulari ab aliquo debitore quādo videa
tur facere animo donandi.



Iste Tractatus

in duas principales partes diuiditur. Nam quandoque inter eos contendi
tur de bis, que in vita patris contin
gunt, quandoque de bis que poſt mor
tem eius contingunt. Circa primum
plura ſunt inſpicienda. Nam quādoq;
vnus ex bis acquirit ſua opera, vel ex
aliquo euentu, quandoque acquirit, q;
extraneus ſibi donat, vel relinquit. Quandoque ipſe filius paternum patrimonium dimi
nuit, & ſic ſunt quatuor queſtiones principales, de quibus per
ordinem videamus. Primo igitur quero quando vnus ex fratri
b bus, viuo patre, aliquid ex opera lucratur[b], vtrū illud poſt mor
tem patris ſui teneatur fratribus ſuis coheredibus communica
1 re? Et circa hoc occurrit primo illud videndum, quando ex re
patris ſine vlla opera ſua fructus percipit, & tunc non eſt du
bium quod venit communicandum ſicut alie res patris, & ſicut
alia profectitia, vt C. de collatio. l. ſi donatione. de rei vendica
tio. l. emptor. in fin. C. de bon. que liber. l. cum oportet. in princip.
Predicta vera, niſi paſſus ſit pater vnum ex filijs percipere
animo eidem donandi: quia tunc quid iuris ſit, dicemus in ij.
2 queſtio. princip. †Secundo quero[c], quid ſi acquirit cum pecu
c nia patris, & lucretur negotiādo, & ſic opera ſua interuenit? Gl.
in verb. exceptis caſtrenſibus peculijs. l. cum oportet. C. de bo
nis que liber. videtur velle, quod iſtud lucrum ſit profectitium,
& totum veniat communicandum. Hoc etiam tenuit Jacob.
Balduini, & etiam Specul. de iudic. §. ſequitur. verſic. quid ſi al
ter filiorum ex pecunia paterna, & allegat pro determinatione.
ff. de vſu & habitatio. l. ſi ita, & ff. de acquir. rerum domin. l. per
ſeruum. §. ſi. Mihi autem videtur dicendum, quod lucrum, quod
fit cum pecunia patris, pro parte attribuatur pecunie patris, &
pro parte perſone lucrantis, vt inſtit. de ſocie. §. j. C. eodem tit.
l. j. & ff. eodem. l. ſi nō fuerint. vnde videtis, quod quando q; vn⁹
ponit pecuniam, alter operam, & lucrum inter eos equaliter, vel
inequaliter, ſecundum quod inter eos conuenit, vel conſuetum
eſt, diuiditur. Item certum eſt, quod omne lucrum prouenies
ex perſona filij, eſt aduentitium, vt d. l. cum oportet. poſt princi
pium. Dico igitur, quod illa pars lucri, que attribuitur pecunie
tanquam profectitia venit communicanda: illa vero, que attri
buitur perſone filij, propriam retineat vt aduentitiam: nec con
ferat. l. fina. C. de collatio. & hoc modo debent gloſſ. & doct. intel
ligi, ſcilicet. quod communicetur lucrum perceptum ex pecunia
patris, deducta etiam extimatione oneris, perſone, & opere, que
remanet precipuum apud filium. De hoc eſt gl. in verb. propor
tionibus. l. illud. in princip. C. de collatio. Nec obſtat d. l. ſi ita. §
fin. & l. per ſeruum. in fin. quas alleg. Specul. quia loquuntur in
ſeruo qui acquirit alteri, etiam ex perſona ſua, & ex ſua ope
3 ra. †Tertio quero, quid ſi filius ex pecunia patris fecit vſuras,
an illas teneatur communicare: gloſſ. in verb. ex eius ſubſtan
tia. in d. l. cum oportet. dicit quod ſic, ſicut alia profectitia. Lyn.
ibi tenet contrarium. Tu dic quod aut filius facit vſuras ſua
ſpontanea voluntate, patre non mandante, & tunc non veniunt
communicande: quia eſt rurpe lucrum, & probibitum, vt ff. pro
ſocio. l. quod autem ex furto. & famil. erciſcun. l. cetere itaque. §. j.
& quia ex delicto patri per filium non queritur. l. quod ſi vnus.
alias. quod ſeruum. ff. de acquiren. poſſeſſione. Aut fecit man
dante patre. & communicare cogitur: quia tunc patri per filium
queritur dominium, & poſſeſſio, licet fuerit delictum. l. j. §. dei
ciſſe. ff. de vi. & vi arma. & not. in dicta l. per ſeruum. pre allegata.
Preterea cum pater teneatur ad reſtitutionem, ergo alterius
fratris intereſt habere: quia pro eius parte hereditaria poteſt
conueniri. Preterea hoc videmus in ſocio, qui ſponte commu
nicat queſita dolo, quia repetere non poteſt, niſi eo nomine
fuerit condemnatus. d. l. quod autem ex furto. & ſequen. Idem
autem lucri illiciti patri fuit queſitum dominium, & poſſeſſio, &
ſit alteri fratri communicanda, nec ille frater lucra poterit ſibi
d retinere, niſi eo nomine fuerit condemnatus. Quarto quero,
4 quid ſi dubitatur, vnde filius †queſuerit: Gloſſ. in dicta l. cum
oportet. ponit duas opiniones, nec bene ſe firmat, ſed in l. Mu
tius. Mutius, in gloſſ. vnica. in fine. de donationib. inter virū &
vxorem remittit ſe ad not. in d. l. cum oportet. & Docto. Bald.
inclinat in illam ſententiam, vt ex preſumptionibus iudicetur
eſſe profectitium, vel aduentitium, quod puto eſſe verum. Tā
men ad huius declarationem diſtingue, cum queritur, an bi qui
5 circa aliqua negotia †verſantur. vt tutor, procuratus, vxor, & filius
e les. ſi tales aliquid queſierint, nec apparet vnde, quid debeat
preſumi: dic aut ſi preſumeretur ex eis bonis queſitum circa bo
nius bona quis verſatur, reſultaret preſumptio delicti, vel eius
tur, aut nec inducitur, nec euitatur. Primo caſu non eſt preti
mendum eſſe ex eius bonis, circa cuius bona quis verſatur. l. de
defunctus. C. arbitr. tutel. Secundo caſu preſumitur eſſe ex bo
nis eius. l. Quintus. ff. d. donationib. inter virum & vxorem. C.
eodem l. etiam. Tertio caſu recurratur ad coniecturas. authen.
licentiam. C. de epiſcop. & clericis. ſuper pta de corpore in authē. de
eccle. titu. §. interdicimus. Nunc ad propoſitum in filia femi
preſumptio in dubio ex bonis patris queſitum, cauſa euitande
turpitudinis queſtus, ſicut in vxore. d. l. Quintus. In filio aut
maſculo cum habeat dominium quodammodo patre viuente. &
habeat de bonis patris, nō eſt delictum, quia ibi non eſt ſuſpi
cio turpis queſtus, ideo recurrit ad cōiecturas ſicut in prelato.
6 Ct Quinto quero, quid ſi vxor filij eſt mortua viuo viro, & pa
tre, & ex forma ſtatuti, vxore mortua ſine liberis vir debet habe
re certam partem, vtrum iſtud lucrum erit commune, an erit
eius, cuius fuit vxor? Iſtam queſtionem ponit Dyn. in l. ſi cum
dotē. §. transgrediamur. ff. ſolu. matrim. vt videtur tenere quod
vxore mortua viuo patre lucrum ſit cōmune inter heredes pa
tris. per l. j. ſecūdo reſpon. C. famil. erciſcun. & ibi hoc tenet Dy.
pro quo eſt text. & gl. in verb. confertur. in l. dotem. ff. de caſtren.
pecul. Mihi aūt conſiderandum videtur quod talia lucra fiunt
propter onera matrimonij, & ideo aut pater ſuſtinebat onera
matrimonij, & ſic vera opinio predicta. Videtur enim profecti
tium ex re patris. Aut onera matrimonij ſuſtinet ipſe filius de
te de lucro ſuo, & tunc lucrum ſit ipſius filij. Videtur enim ex re
ſua opera ipſius filij processiſſe, & ſic eſt aduentitium. ſed pro
parte ſuſtinuit pater, pro parte filius, dictum lucrum dicatur
profectitium, & aduentitium pro rata oneris quod ſuſtineret. ar
ff. de vſufruct. l. ſed & ſi quis. §. j. & §. quod ſi ex re, & ff. de ſtipul.
ſeruo. l. ſi ſeruus communis. Deuij. §. fin. pro hoc facit regula
iuris, ſecundum naturam.

7 **Secundo principaliter** [illegible] quādo extra
neus vni ex filijs donat vel relinquit filioſa, patre viuente, vtri
iſtud debeat poſtea inter fratres cōmunicare, vel eſſe ei⁹ pro
puum? gl. in l. ſed & ſi quid. in princ. ff. de vſufru. & ibi doct. hoc
ſimpliciter conſiderandū cuius contēplatione ſit datū vtrū
templatione patris ſit profectitiū, & ſic ſit cōmune, alias tra
ptium ipſi⁹ filij, vt ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. ſed ſi plures. in
arrogato. de vſufruct. l. ſed & ſi quid donetur. & ibi gl. in verbo.
8 diſtinguemus. & no. in d. l. cū oportet. qō eſt verū. Sed quia
dubio. ſi non apparet cuius contēplatione: Rideo, videt in du
bio cōtēplatione filij. l. ſi. C. de vſufr. & in gl. In cōtrariū videtur
qō in dubio ſit relictū vel donatū contēplatiōe patris. vt l. ſi fi
lius. de cōdi. & demō. Dy. in hoc diſtinguit in l. ſi filiofamilias.
ff. de do. cau. mor. Aut ſit mētio patris, & preſumit eius cōtēpla
tione, vt d. l. ſi. & argu. C. de iure delib. l. cū aliquis. Aut nō ſit mē
tio patris, & preſumit contēplatione filij, d. l. ſi. C. de vſufr. que ſe
ſtinctio nō placet per d. l. fin. de vſufr. vbi innuitur qō ſuit facta
mentio patris. Preterea adiectio patris ſit magis ad demo
ſtrationem quam ad aliud, adeo quod ſi in patre erretur nō vi
tiaretur legatum, vt ff. de bere. inſti. l. bis verbis. §. fin. & ideo
puto diſtinguendum. Aut ſit mentio patris & patrie poteſtatis
aut patris, vnde primo caſu. Aut diſpoſitio cōfertur in tempus
patrie poteſtatis & preſumitur contemplatione patris vt d. l.
lio. de condi. & demon. Aut cōfertur in tempus ſui iuris, & pre
mitur contemplatione filij. C. de inſti. & ſubſt. l. ij. ff. ad treb. vbi
pure. in princip & l. mulier. in princ. Secūdo caſu, quādo ſit mē
tio patris tantum: Aut eſt tale quid qō non poteſt acquiri niſi
ſolum patri, & preſumitur contemplatione patris, argu. ff. de ſtipul.
Platarchus de regimine principum per decem titulos. Pri-
mo enim est tyranni potentes ꝛ excellentes homines ciuitatis
perimere ne contra ipsum possint insurgere, videmus eñ quod
proprios fratres et consanguineos occidunt, quod signum est
pessime Tyrannidis. Secundo, sapientes discriminant ne co-
gnoscentes eorum mala arguant ꝛ populum contra ipsum pro-
uocent. Tertio quod nedum disciplinam ꝛ studium permittant,
sed etiam operantur ne fiant sapientes, semper enim timẽt per
sapientiam rẽprehendi. Quarto quod specialitates ꝛ congrega-
tiones etiam licitas non permittunt timent enim ne contra ip-
sum insurgant. Quintò habet per ciuitates multos exploratores
res enim cognoscat se male gerere semper credit quod ho-
mines de eo male loquantur, ꝛ contra ipsum machinentur, et
er hoc tales relatores libenter audit. Sexto quod tyrãnus cõ-
servat ciuitatem in diuisione vt quelibet pars de alia timeat ꝛ
contra eum non insurgat. Septimo, curat subditos facere pau-
peres. vt sic occupentur circa curas eorum, vade viuant, ꝛ con-
tra eum non contingat aliud machinari. Octauo procurat bella
ꝛ mittere bellatores ad partes extraneas ita quod interim nõ
cogitent contra eum ꝛ quia propter bella homines depaupe-
rantur, ꝛ a studijs auocantur, quod tyrannus querit, ꝛ etiam vt
habeat bellatores pro se quando expedit. Nono quod custo-
diam sui non facit per suos, sed per forenses, timet enim de ci-
uibus. Decimo, cum in ciuitate sunt partes, semper adheret vi
ni, vt cum illa aliam fugat. Ita dicunt dicta Plutarchi q̃ exa-
29 minemus. † Primum excellentes, ꝛ etiam fratres perimere est
actus tyrannicus: verum est, nisi ex iusta causa, vt fecit Romu
lus de Remo. vt leg. fin ff. de rerum di. quis enim dubitat quod
si aliquis in ciuitate potens sit turbosus, ꝛ seditiosus, de ciuitate
debet expelli a quolibet iusto iudice, vt ff. de pen. l. capitalium.
§. olent. ꝛ l. si quis aliquid. §. authores. eodem tit. de offic. pfid.
l. §. fin. tunc enim cum iusta causa fieret, non esset actus tyranni-
cus. Secundum, scilicet perimere prudentes similiter intelligẽ-
dum est sine iusta causa. Tertium quod disciplinam, et studium
permittit istud intelligo de studijs ipsi ciuitati congruentibus
vt ff. de excusatio. tutorum. l. si duas. §. est autem. Si vero peri-
mat studium ad quod ciuitas non est apta, non est actus tyran-
nicus. ut constitutio. ff. §. hec autem tria. Quartum quod non
permittunt congregationes, etiam licitas si semel delinquit, cer
te potest de iure dissoluere. vt ff. de re milita. l. tertia. §. si plures.
Veli enim pretextu religionis aliquos congregari, ꝛ statim ci-
uitatem turbare. Et qualitate ergo personarum comprehendit
an iustas sodalitates diuidere sit actus tyrannicus. Quintum,
scilicet vt habeant in ciuitate multos exploratores, hoc potest
esse actus iusti rectoris, si ad finem debitum fiat, vt ff. de offic.
prefec. vrb. l. j. §. penultimo. Rectus enim inde habet explora-
tores, ꝛ corrigit delicta ꝛ alia que iniuste fiunt in ciuitate, ty-
rannus vero habet exploratores eos a quibus status eius posi-
set leedi tunc refert ad propriam vtilitatem. Sextum quod ty-
rannus studet Ciuitatem seruare in diuisione, hic est actus ty-
rannicus. quoniam ad iustũ iudicem principaliter spectat quie-
tem ciuium procurare. l. j. §. quies. ff. de offic. prefec. vrb. ꝛ ff. de of-
fic. prefid. congruit in principio ꝛ in authenti. de mand. princ. §.
Deinde competens. vbi hoc magis expresse ponitur. Septimũ,
quod curat subditos facere pauperes hoc est simpliciter actus
tyrannicus. Nam rectus iudex nil potest sibi debite accipere,
nec debet subditos affligere grauaminibus realibus, vel perso-
nalibus. C. ad legem Iuliam repetundarum. l. iubemus, ꝛ l. fin. ꝛ in
authen. de manda. princip. §. illud tamen. Octauum, quod pro-
curare bella intrinseca simpliciter, est actus tyrannicus: bella
vero intrinseca quandoque possunt esse iusta, bellum vero in-
iustum simpliciter est actus tyrannicus, vt in vsib. feud. in titu.
hic finitur lex. capitu. Domino guerram faciente. in princip. Mo-
num, quod custodiam suam non facit per cives: hic autem actus
potest esse iustus, potest enim populus ita esse indomitus, ꝛ ita
peruersus, quod dominus etiam iustus non potest de eo confi-
dere, quod magis contingit in ciuitatibus, que de nouo recu-
perantur, ꝛ per iustos dominos, ꝛ ideo Imperatores quando-
que expellebant homines de vna ciuitate, ꝛ ponebant alibi, vt
C. de iure fisci. l. prima, libro decimo. sicut videmus iustos domi
nos, quandoque facere munitiones, ꝛ fortilicia in ciuitate, ꝛ ista
quidem iure reguntur, sed talia in domino iusto causalia sunt, in
tyranno communia. Decimum, adherere vni parti. ꝛ aliam op-
primere est simpliciter actus tyrannicus, cum vltimus finis ci-
30 uitatis sit quies, ꝛ pax ciuium vt dictum est. Omnia ergo ipsa
dicta sunt signa ad probandum tyrannidem. sed principaliter il
la duo scilicet conseruare ciuitatem in diuisione, ꝛ depauperare
subditos, ꝛ eos affligere in personis, ꝛ rebus: quod optime pro-
batur in capitulis supra relatis. Et predictis apparet quem es-
se tyrannum.

31 **Nono** † quero si aliqs est Comes, Dux, Marchio, vel
Baro, qui habet iustum titulum ꝛ probetur ty-
rãnus exercitio quid dꝫ facere superior. Respondeo, quod eum depo-
nere, quoniam qui talia agunt detinent populum in seruitute. Iꝫ
ad superiorem pertinet populum de seruitute eximere, vt C. de
offic. prefe. Afri. l. j. In nomine Domini nostri. in princ. vbi di-
32 cit, fortissimos tyrannos deiecimus. Sed in † quam legem inci-
dunt hi, qui absque iusto titulo regnant? Certum est quod tenẽ-
tur lege Iulia maiestatis. l. iij. ff. ad leg. Iul. maiestatis, de, isto vero
33 tyranno, † qui habet iustum titulum sed exercitio, apparet tyrã-
nus, dico quod ex eo, quod subditos affligit in corpore, incidit
in legem Iuliam de vi publi. Item ex eo, quod ciuitatem tenet
in diuisione, ꝛ sic iudicia non patitur fieri vt oportet, incidit in
eandem legem de vi publi. vt eodem titu. l. qui dolo malo. Item
k ex eo k quod nouas exactiones et noua vectigalia imponit in
eandem legem incidit. vt eod. titu. l. fin. cuius legis pena est de-
portatio. Institu. de pub. iud. §. item lex Julia de vi. ꝛ sic amit-
tit omnia, que sunt iuris ciuilis. l. quidam. ff. de pen. ꝛ sic tanꝫ
infames perdunt dignitates, ꝛ iurisdictiones, expresse dicitur
ad l. Jul. de vi priua. l. §. in princip. Item ex hoc incidit in legem
Juliam de ambitu vt ff. ad l. Jul. de ambitu. l. j. §. j. ꝛ in consti. l.
final. C. nouis vectigal. Item forsan incidit in penam capitalem,
vt. C. de exact. tribu. l. j. li. x. Dico etiam, quod si existentes in tali
tyrannide, quoquo modo publice. vel occulte machinantur con-
tra principem. vel eius officiales ipso iure sunt rebelles Impe-
rijꝫ et dignitatem perdunt secundum legem nouam Theodosij
Imperatoris.

34 **Decimo** quero, quid dicimus † de hijs que videmus fe-
cisse summum Pontificem, ꝛ Imperatores ꝛ
legatos? Nam quosdam quos clare cognoscebant esse Tyrãnos
quos per Tyrãnidem detinebant ꝛ eos episcopos, scilicet sedis
apostolice. Vel Imperij constituebant Vicarios, vt fecit Cle-
l mens. vi. in Ciuitate Bo. de domino Thaddeo de Populis, ꝛ
ꝛ eius filijs. Hoc idem fecit Carolus Imperator cum Tyra-
nis in Lombardia. hoc idem dominus legatus cum multis Ty
rannis fecit in Marchia Anconitana? Respond. presumen-
dum est quod tanti domini hoc fine magna causa non fecerunt, ꝛ
potest esse dupler causa. Prima, propter aliqua magna, ꝛ ar-
m dua[m], que eis expedire incumbat. sicut enim diligens nauta
proijcit viliora, vt saluet pretiosiora, vt ff. ad legem Rho. de ia-
ctu. l. qui leuande. ꝛ diligens paterfamilias debet preeligere vt
res pretiosiores saluas faciat, vt no. ff. commodati. l. si vt certo.
§. quod vero senectute. Sic etiam dominus iustus cuz vno Ty
ranno pertransit, ꝛ eum Vicarium facit, vt ea que sunt magna, ꝛ
ardua, reformare posset. Secunda ratio potest esse charitas, ꝛ di
lectio eorum qui sunt sub Tyranno: sicut enim videamus natura
liter Physicos facere, quãdo vna infirmitas nõ potest sine ma
gno periculo persone curari, tunc ipsi procurant sustentare na
turam, ne infirmitas procedat vlterius, ex quo contingit quod
natura semetipsam adiuuat, ita quandoque Rectus Princeps
facit videns quod quandoque vnus Tyrannus nõ potest depo
ni sine magno exterminio eorum, qui sunt sub Tyranno propter
bona eorum ipsum Tyrannum facit Vicarium, vt ex hoc ille Ty
rannus minus timeat, minus populum grauet, ꝛ interim casus
occurrit, per quem suadente iustitia, sine populi detrimento de-
ponetur Tyrannus, propter autem dictum titulum superue-
nientem dicti Tyranni non desinunt esse Tyranni, si predicta
Tyrannica opera exercent. hec enim que dicta sunt in cõmissio
ne eis facta non veniunt, vt ff. de condition. indebiti. l. si procu-

ratoꝛ.ff.que in fraudem creditoꝛum.l.si pater.

35 **Undecimo** quero,an processus facti per supra dictos Tyrannos,qui iustũ habent titulum,valeant? ¶ Et dico,quod aut fecit,processus contra suos exititios,& rebelles,& non valent,quia non debuerunt comparere coram iudice sibi notorie inimico,vt dictũ est in precedenti.Ea vero que ipse fecit contra intrinsecos ꝛ,valent donec ipsi tollatur cum ipsa dignitate,l. Barbarius.ff. de officio preto.& C.de sentẽtijs & interloc.l.si arbiter.& de test.l.prima.& ext.de restitut. in integrum.capitu.sciscitata.& ibi per Innocentium de re iudicata.capit.ad probãduꝫ.& hec vera,donec toleratur.Sed quid,

36 si iam ꝯceptus est processus ex quo ferenda venit sentẽtia declaratoria contra ipsum Tyrannum,an facta pendente processu ante sententiam teneant? Respond. quãdo fit processus ex quo ferenda venit sententia declaratoria, vt quia faciat aliquod delictuꝫ propter quod ipso iure priuatus est iurisdictione,vel dicitur seruus,vel infamis,tunc facta post processum inchoatum nõ valent,vt C.de testamen.l. prima in fine. Nec vsque adhuc aliquis,status controuersiam mouit,vt ff.qui,& a quibus.l.questium. Si vero fit processus ex quo priuandus venit per sententiam tunc interim gesta per eum valent quia interim dignitatem retinet, ff.ad municip.l. Lucius.§.in questionibus.& not. C.de rebs post.l.j. lib 1.& eodem modo,si quid contraheretur, vel ipsi Tyranno solueretur,valeret,vt not.per Innocẽ,de electio.capitu.nihil. quod intellige nisi facit contractus submit-

37 tende ciuitatis,vt j.dicam.& per hec dico,quod si aliquis est in nobili potestate,& habet iustum titulum,licet respectu exercitij sit Tyranus,tamen habet beneficium. extra de baptis.capit. j.in clemen.donec in dignitate toleratur, secus si esset defectus tituli,vt ¶ nota. Item dico,quod postquam talis habẽs tituluꝫ deuenit ad Tyrannidem per modum exercitij, si aliquid sibi plus iurisdictionis concedi fecerit a populo non valeret,quasi populus per metum faceret,vt dictum est in precedẽ. Tẽ omnis contractus, quem faceret de ipsa ciuitate submittendo, vel obligando eam non valeret,non enim loco domini est: cum ipsam ciuitatem spoliat ma libertate vt ff.de vsucap. pro empt.& qui fundum.§.in tutor.expressius extra de iureiurando.c.intellecto.facit de electio.c.fundamenta.§.per.lib.vj.

38 **Duodecimo** quero de Tyranno tacito,& velato,vt est ille,q sub quodã velamine non iuste principatur in ciuitate. Istud autem velamen contingit duobus modis scilicet per titulum quem facit sibi concedi. Secundum est, quod supradictum est, quod tyrannus proprie opponitur Regi,sed de Regia potestate est quod sit ꝑpetuus, item quod habeat omnem iurisdictionem,vt patet ex capitulis, supra relatis. ex his duobus duo velamina Tyrannica sunt inuenta. Primum quod quidam faciunt sibi cõcedi iurisdictionẽ, & finito tempore,reformari, & sic regimen eius magis videatur

39 iudicis quam tyranni. Sed circa hoc dico, † si quidem habeat iurisdictionem,& sibi faciat concedi in ciuitate propria, titulus est nullus: nam nullus potest talem iurisdictionem habere. vt C.de assessoribus.l.in consiliarijs.fallit in vrbe Romana,vbi ꝙs potest esse pretoꝛ.l.ij. C.de offi.pret.& Senatoꝛ per annum tantum,& non vltra.d.c.fundamenta.in fin. Item fallit in defensore ciuitatis,vt in authen.de defen.ciui.§.13 interim. sed illi non habent merum,& mistum imperium, sed nudam iurisdictionem. & sic de tali qui nullum titulum accepit, esset dicendũ idẽ quod

40 dictum est supra de tyranno ex defectu tituli.† Sed si poneres ꝙd res ciuitatem ex priuilegio vel consuetudine,taliter quod potest ꝑ populi concedentis non posset in dubium reuocari,& sic titulus primo loco concessus valeret,tunc videndum est an ex eo quod fecit reformari sit tyrannus,quod videtur de iure commuꝛi,quia talis reformatio non valet,imo incidit in legem Juliaꝫ de ambi.vt C.ad l. Jul.de ambi.l j. Sed si poneres quod tanta esset potestas dicti populi,quod posset contra dictam legem dispensare,tunc videndum,an tempore primi regiminis,ita se fortificauit quod populus habeat necesse eum eligere prosequenti tempore,& tunc vere tyrannus est electus per metum ex defectu tituli. Si vero esset sponte electus,sed modo exercitio esset tyran-

41 nus dic vt in precedẽ. Secundum velamen est † quia quidam tyranni faciunt sibi fieri aliquem titulum,cui nulla quasi iurisdictio inest,puta facit se creari vexilliferum,vel cõfallonerium vel facit sibi committi custodiam ciuitatis, vel facit se fieri Capitaneum stipendiariorum, vel gentis armigere.& ex hoc non dicit se esse tyrannos,cum ad tyrannum debeat spectare omnis iurisdictio sicut ad Regem non enim potest dici principalis qui nullam vel modicam iurisdictionem habet,certe ex illo titulo tyrannus non est,sed ex hoc quandoque in tantam venit potentiam quod officium ciuitatis ordinat prout vult quod officiales ei obediunt, vt domino, tunc dico si opera tyrannica facit vel fieri facit, vere tyrannus est: nam principaliter in ciuitate regimina obediunt,& non iure principantur:quia opera tyrannica facit,et sic est tyrannus.Sed hoc qualiter poterit probari,cum talis fingat velatus tyrannus,& per se non facit,in Palatijs raro intrant,& suis scriptis & nunciꝯs regimina obediunt? Respondeo,dura ꝓbatio est,cum quando fiunt predicta,teites non vocentur,& cõsiderans decretalis in certo casu statuit,ꝓbari per alicuius iuramentum,vt extra de rescript c.j. libro sexto sed hoc non ꝓbatur generale esse ibi enim iurans nullo alio preiudicio grauatur, ideo puto hoc aliter probandum. Sciendum est eñ, quod licet quidam actus per se directo probari non possunt,probãtur tamen,vt dixi in libro de alluuionibus, que licet videri nõ possunt cum crescunt,ex eo tamen quod factum est sequitur de necessitate quod flumen attulit. Item licet filij generatio non videatur plena tamen probatione est quod natus est in domo ex muliere cohabitante cum viro,vt ff.de bis qui sunt sui.vel alle.iudicem l.filium.cum enim probatio faceret fidem iudici,ista statim fidem iudici adducunt ita in proposito si aliquis probauerit ciuitatem esse in diuisione, est enim vna pars expulsa fotis,& quod in ea fiunt maleficia & enormia. nec puniuntur,& quod ciues multum grauantur,& similia pertinent ad actus tyrannicos de quibus dixi mus. Item quod ille talis qui habet illum titulum est potentior homo qui sit in ciuitate,& est publica fama quod facit dicta fieri,satis puto probatam tyrannidem. Predicti eñ actus ab alio quam a predicto potẽtiore procedere non possent. tum eñ cum fama predicta ad fidem iudicem inducũt,cui congruit quod dicimus in eo qui iuste principat, sufficit quod sic habeat & sic reputet.l. Barbarius.ff.de offi. ꝓto. eadẽ rõne multi facti

42 ℣ quis tanꝯ tyrannus habeat,& reputet. An autem facta ꝑ dicti tyranni valeant? dico idem quod dixi de tyranno manifesto,qui facit fieri ꝑ officiales electos a ciuitate, & ꝑdicta vera q̃ maior pars populi opprimitur,grauatur,vel male contenditur. Si enim aliqui extra ciuitatem tenerentur, vel aliqui in ciuitate essent male tractati ad honores non vocati, in alijs autem ciuitas bene regeretur & ad communem vtilitatem bene attenderetur, tunc talis habens talem titulum, vel similem per excellentiam non esset tyrannus simpliciter loquẽdo, sed per tale regimen communis vtilitas attenditur, quod directe est oppositum tyranni sed in his que fierent contra extrinsecos,& inimicos illius hominis sic precellentis,licet bene regat Respublicam,puto dicendum idem ac si tyranno factum esset, nullus enim prohibet quod quis respectu terrarum dicatur tyrannus, respectu vero communitatis iustus iudex, vt C. si qua ꝓcũ,posse.l.j. Propter quod sciendum est, quod sicut raro reperitur vnus homo sanus ꝑ omnia, quin in corpore aliquos patiatur

43 defectus,ita † raro reperitur aliquod regimen,in quo simpliciter ad bonum publicum attendatur,& in quo aliquid tyrannidis non sit,magis enim diuinum esset quam humanus stilli qui principãtur nullo modo proprium commodum,sed communem

44 vtilitatem respicerent. Illud tamen † dicimus bonum regimen,& non tyrannicum, in quo plus prevalet communis vtilitas,& publica, quam propria regentium, illud vero tyrannicum, in quo propria vtilitas attenditur. Et istud dicit Egidius in tertio,libro de regi princip.c.xj.& istud est precipue ad-

dum quando tractatur de probando, an aliquis sit tyrannus.

45 Tertium velamen est † quando qui nullum titulum habet sibi concedi patitur, sed regimina ciuitatis, ita ordinata, omnia procedunt secundum velle,suum, istos esse tyrannos potest probari eo modo quo supra proxime dictũ est, scilicet quod sit homo potentior, habens maiorem sequelam. Item quod est publica vox, & fama, & facit predicta fieri, & multa oppressa quod tempore tyrannidis fiant, propter que prauitas tyranni latere non potest,& facilius apparebit modus probandi. De his aut.m. que fiunt tempore talis tyrannidis,dico quod supra proxime dixi. An autem in vicinia,vel certa parte ciuitatis posset esse tyrannus,supra dixi,

ADDITIONES.

a Tho. D. Primo quero. Dicit Bal.in l.decernimus.C.de sacrosan.eccle.quod Bar.fecit istũ tracta.Tyrannidis valde verbosum,& addit multa breuiter ad dicta Bart.hic: ibi videalle. de Rosat.& adde quod de potestate tyrãnidis nunqnam pretenditur secundum Bal.in d.l.decernimus.& Aler.in sua disputatione que incipit,Sigismundus.posita in l.imperium. ff. de iurisdict.om. iudi.& quid si metus affuit tempore contractus a tyranno illatus si postea tradit rem ex intervallo, videtur sibi esse metum ex quo non est purgatus,vide Ange.in l.qui in alterna.in §.Celsus.ff.de acquirenda hereditate.& ibi vide Bart. an requiratur protestatio.& ibi vide apost.& ibi vide plures quæstiones

ſtiones per Barth.Soci.in conſi.xxij.incip.ſequendo. in fin. ꝛ dicit S.Thomas de Aquino.in tracta.a principibus.quod omnes principes Italie ſunt tyranni.preter Ducem Venetiarū.

b Tyros. Tyros grece caſeus dicitur,a tyreo qđ cogere,coagulare,que eſt, ideoque neque fortem neque anguſtum eſſe ſignificat.ſeclusa metaphora,quare viderit Bar.quod de Tyro ciuitate ſubiungitur,mihi ad rem, ſuperbam quippe nouit qui hiſtoricorum monimenta vel legerunt,vel etiam ab alijs audierunt.

* Tyrannus. Seneca in proverbijs dicit, quod tyrannus diſtata a legefactis, non nomine: ꝛ circa tyrannos vide pulchra poſita per Parid.de Put.in tracta.de Synd.in titu. de exceſſ. regū.Rer autem.ꝛ ſeq

c Tho.Et tenetur. Vide Bart. Soci. in conſi.xxij.inci.ſequendo ordinem ꝛ Raph.Fulgin.in conſi.clxij.

d Primo quero. Vide Barth.Soc.in conſil.xxij. incipien. ſequendo.

e Currere. Vide Bart.in l.naturaliter.ꝛ ibi Alexā.in additio. ff de viue.

f Cecidit inſpectio. Vide Bart.in l.prohibere. ff.plane.ff.de vi.ꝛ armis.ꝛ in l.cum te.C.de his qui metu ꝛ Bald.in l.decernimus.C.de ſacroſanc.eccle.ꝛ Bet.de Ancha.in conſi.ccc.

g Sed diſtrahit. Vide Barto.in l.creditor.ff.de ſol.ꝛ Bald.in conſil.ccccij.in ij.volumi. factum tale proponitur.ꝛ in l.fal.ſus procurator.C.de fur.ꝛ in l.nouiſſime.in princip. ff. quod fal. tutore.ꝛ in l.ſi te bonis.vbi Pau.de Caſt.ꝛ Jaſ.C.de iur. delibe.ran.ꝛ Felyn.in ca.de off.c.deleg. ꝛ plene per Phil. Decium in conſi.xxv.incip.pro tenui facultate.ꝛ Jmol.ꝛ Docto.in d.l.creditor.ꝛ ibi vide apoſtil.Alex.ꝛ meam,in verſiculo,illam queſtionem.

h Sibi autem videtur. Vide Bart.in l.ſi vrbana.in fine.ff. de cond.inde.ꝛ ibi Alex.in apoſtilla.ꝛ ibi dominum meum do. Jaſ.plene ꝛ Felyn in cap.ſi.in.ſi. vbi plene.de acculation.

i Si legem. Vide plene per Alex.in conſi.vij.incip.quoniam. in ſi.in j.v.l.

* Preconium. Et quando preconium factum a tyranno inducat timorem metum. Vide etiam per Alex.de Jmol.in conſil.vij. jnvolqui allegando Bar.hic hec dicta ſequitur.

k Tho. Item ex eo. Vide Alex.in l.imperium.ff.de iuriſdictio.omnd.

l De Populis. Vide Raph.cōſi.clxij.incipien.viſa copia privilegiorum circa finem.ꝛ Bar.l.filio pterito.verſi.ſeptimo eſt videndum.ff.de inſt.rup.teſta.vbi dicit,ita fuiſſe determinatum Bononie per do.Alexandrum de Populis, tunc dominū Bononie.ꝛ in l.an.ꝛ.q.ff.de iur.codic.

m Reliqua magna ardua. Vide plene per Felyn.in cap. poſtulaſti.de reſcript.ꝛ vide Alex.de Jmo.in conſil.cxxij.in iij. vol. in vltima col.Et adde illud conſil.eſt domi.And Barb.Et adde Phlip.Franc.in capt.ſi gratioſe.in vj.ꝛ vide apoſtil. meam ad Bart.in l.auctoritate.C.vnde vi.

n Contra intrinſecos. Vide Felyn. in cap. cum omnes. de conſtitu.ꝛ Jaſo.in l.Barbarius.in j.limita.ff.de offic.pretor.


o Tenet. Vide Jaſo.in l. Barbarius. verſicu. quinto limita. ff.de offic.pret.

p Valent. Quod illegitime factum eſt a tyranno aduenientе iuſto domino debere caſſari, Bart.per illum ter.ꝛ idem Bald ꝛ Paul.de Caſt.in l.decernimus.C.de ſacroſanct. eccle. Pb.lip. Dec.plene in conſi.cxc.incipien.in cauſa,in qua agitur.

Explicit tractatus de Tyrannia do.Bar.a Saxoferra.

Tractatus Repreſaliarum.

1 Repreſalie a quo tempore frequentari ceperunt.
2 Repreſalie ſtate accipi poſſunt, tamen ſunt, quando conceditur licentia capiendi perſonam vel res alterius pro altero.
3 Repreſalie vt ſint licite in foro conſcientie, requiritur authoritas ſuperioris.cauſa iuſta concedendi.ꝛ intentio iuſta,ꝛ recta.
4 Repreſalie de iure ciuili licite ſunt duobus concurrentibus,ſcilicet authoritas ſuperioris.ꝛ iuſta cauſa.
5 Repreſalias ius concedendi inductum videtur de iure diuino, ꝛ de iure gentium.
6 Ciuitas poteſt bellum indicere ob tutelam vnius ciuis.
7 Liberi debitoris poſſunt capi quādo alia remedia ceſſant contra debitorem.
8 Statuta concedentia repreſalias vltra caſus a iure communi permiſſos,quando fieri poſſint,ꝛ valeant,ꝛ nu. 10.
9 Statutum Florentie,quod mercatore fugiente,vxor,ꝛ liberi teneantur valet.
10 Terre que ſubmittūt ſe protectioni ciuitatis certis pactis nō dicuntur ſubdite,ſed federe equali ꝛ libere ſunt.
11 Statutum concedens repreſalias in ſubditos, an exerceri poſſit extra territorium.
Statutum quod filij cedētis foro, vel rumpentis quando poſſit contra filios extra territorium exerceri.
12 Statutum quod homines vnius ville, vnus teneatur pro alio non comprehendit illum qui de nouo eſt effectus homo illius ville in debitis antiquis.
13 Statutum quod vnus homo ville teneatur pro alio,intelligitur de debitis contractis intra territorium ſtatuentis.
14 Repreſalie per pactum,quando licite fieri poſſunt.

a 

Repreſaliarum [a]Materia, nec frequens,nec quotidiana erat tēpore, quo in ſtatu debito Romanum vigebat Jmperium,ad ipſum enim tanquam ad ſummum Monarchum habebatur regreſſus,ꝛ ideo hanc materiam leguz Doctores, ꝛ antiqui iuris interpretes minime pertractauerunt.

1 Poſtea vero peccata noſtra meruerunt quod Romanum Jmperium proſtratum iaceret per tēpora multa,ꝛ reges ꝛ Principes,ac etiam ciuitates,maxime in Italia,ſaltem de facto intēporalibus dominum non agnoſcerent.propter quod de iuſtitijs ad ſuperiorem non poteſt haberi regreſſus,ceperunt repreſalie frequentari,ꝛ ſic effecta eſt frequēs,ꝛ quotidiana materia. Egō itaque Bart.a Saroferrato ciuis Peruſinus minimus legum Doctor, cum ſpeculationibus ad ius ciuile ſpectantibus operam dans ad communem vtilitatem, ꝛ maxime vniuerſalis ſtudij Perſini,ſuper iſta materia libellum compoſui,quē correctioni cuiuſlibet melius veritatem intuentis ſuppono.mihi enim ſatis eſt.quod hic libellus alijs, quos Deus ſui gratia ſublimi manu, ingenio altius inueſtigandi materiam tribuat, ipſum itaque libellum ordine ſ. ſcripto tranſcriptum vniuerſitati predicte tradidi anno domini a natiuitate Mcccliij. die pen. menſis Februarij.

De Repreſalijs tractaturi, requirit de aliquibus qſtionibus,principaliter quas poſtea per particulares qſtiones clare examinabimus. Prima queſtio eſt,an repreſalie ſint licite. Secundo quare poſſint concedi. Tertio,quem iudicem repreſalie poſſunt concedi. Quarto qualiter concedantur. Quinto quibus concedantur. Sexto,cōtra quos concedantur. Septimo,conceſſe contra quas perſonas exerceātur. Octauo,contra quas res. Nono,qualiter exerceantur. Decimo, de remedijs exactis,ꝛc.

Queſtio prima, an repſalie ſint licite. Circa quā queritur,an ſint licite in foro cōſcientie. Secundo,an ſint licite in foro ciuili. Tertio,an ſtatuta poſſint fieri licite vltra caſus a iure pmiſſos. Quarto,an ſtatuta que circa hanc materiaz repreſaliarum fiunt poſſint exerceri extra territorium. Quinto,an per pactum repreſalie poſſint licite fieri.

Ad primum an repreſalie ſint licite. Reſpō.ꝛ ad declarationem huius tractatus ꝛ totius queſtionis premitto quod repreſalie poſſunt ꝛmultum late accipi pro omni eo quod habet poteſtatē. perſonam, vel res alterius capiendi,ꝛ ſic comprehenderent eum, qui habet poteſtatem capiendi ipſum principalem debitorem, vel res ipſius, quod hic non intendo tractare,ſed ſolum quando conceditur licentia capiendi perſonam,vel res alterius pro altero.ꝛ iſta ſunt que in vulgari noſtro vocantur repreſalie, de iure vero communi vocantur pignorationes,vt in authen. vt non fiant pignora. ꝛ extra de iniur.ꝛ dā.dat.cap.j.li.vj. Ubi vero vt Piſis aliter. Ubi autem habēt alia noīa,de quibus non curo,qz imponunt ad placitū. Prout ergo hoc nomen capitur vel exigatur, quero
2 ꝛan ſint licite in foro cōſcientie. Et videf quod non: naz alia que peccauerit,ipſa morief,ꝛ filius non portabit iniquitatem pris. Eccleſiaſtici xviij.ſic patet quod alius p alio non pōt capi.preterea,non lz in foro conſcientie facere id quod repugnat naturali rationi,ſz iſte repſalie naturali rōni repugnant,vt extra de iniur.ꝛ dam.dat.capi.j.lib.vj.ergo non ſunt licite. In contrarium

quod sint licite, videtur authoritas Augustini in libro questionum. Justa bella solent diffiniri, que vlciscuntur iniurias, si gens, vel ciuitas plectenda est que vindicare neglexerint quod a suis improbe factum est. xxiij. q. v. c. Dominus noster. Secundo ad hoc vt repreſalie sint licite in foro conscientie sequitur primo authoritas superioris secundo causa iusta concedendi quia dene gauit iustitiam, d. c. dominus noster. Tertio requiritur quod intentio sit iusta & recta eius qui habet repreſalias. vnde Augu. in li. contra Faustum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominandi, & si qua sunt si milia. hec sunt que in bellis culpantur, & sic licet esset authoritas superioris & iusta causa, tamen animus iniquus faceret repreſalias illicitas in foro conscientie. Hec sentit Sanctus Thomas in secunda secunde quest. xl. c. In foro autem ciuili de tali animo non curatur, qui a de cogitatione non curatur, l. cogitationis. ff. de penis. In predictis tamen est standum Theologis.[b]

Ad secundum an repreſalie sint licite in foro ciuili? & videtur quod nō, vt in authen. vt non fiant pig. posita. C. ne vxor pro mariti. authen. si omnino. & in authen. vt nulli iudi. §. quia vero. posita C. de actio. et obligatio. authen. imo. & ad idem C. de decur. l. prouidēdum. lib. x. vt nul. ex vica. pro alie vica. debi te. l. j. lib. xi. & extra de iniur. & dam. da. cap. j. lib. vi. & C. ne fil. pro pa. t. authen. habita. ibi, ex pueria consuetudine. &c. Et videtur, quod sint licite, cum gens et populus iustitiam requisiti facere neglexerint, vt xxij. questione ij. can dominus, vbi hoc est expreſſum. & facit quod not. C. de Jude. l. nullus & ff. de incen. rui. & nau. l. ne quid. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. belliſſime. & quod ibi not. Sol. & Docto. omnes
4 * communiter in sententiam istam inclinant, quod si quidem est infra illum hominem vel populum qui iustitiam facere & debitū reddere negligit, potest haberi recursus ad superiorem, tunc repreſalie sunt licite duobus interuenientibus. Primo requiritur superioris authoritas. non enim licet alicui sua authoritate ius sibi dicere. vt iura vulgaria dicunt, & est expreſſum. xxij. q. v. cā. j. Secundo, quod superioris authoritas interponatur sibi ex iusta causa. nam ista decreta nisi exnatura rei & iusta causa interponantur sunt ipso iure nulla. l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicom. libert. & l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat. & per totum. Causa autem legitima esse videtur, quod dominus gens vel populus requisitus iustitiam facere neglexerit. d. capi. olim. eodem titu. in authen. habita. ne fil. pro pat. in fin. & Jacob. de Belui. in q. sua disputata quam ponit in authen. vt non fiant pig. Hoc idem videtur tenere Sanc. Thom. de Aquino, vt dixi in precedenti. q. si
5 bene aduertantur predicta, mihi videtur, quod ius concedendi repreſalias non iure ciuili, vel canonico sit inductum, sed magis iure diuino. d. c. dominus noster. & de iure gentium quidam permittunt bella licita. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. & quod ibi no. & bellum licitum est ex causis predictis, quod etiam procuratur, quia de iure gentium est quod id quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, videtur feciſſe iuste. vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. corpus intelligo, siue loquamur de vno individuo, siue de vno corpore misto. Unde ob tutelam vnius ciuis, potest ciuitas indicere bellum. sicut vnus particularis potest indicere bellum contra omnes ob tutelam persone sue, & suarum rerum, vbi superioris copia, vel aliud remedium haberi non potest, vt dictis iuribus. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. belliſſime. & quod no. in d. l. nullus. C. de iudic. & ff. que in frau. credito. l. nit pretor. §. si debitorem. cum similibus. ergo, &c. & predicta puto iurigentium. & ve
7 ritati ciuili consonare. & in vbi alia remedia ceſſant cōtra debitorem, possunt capi homines liberi, in quibus debitor ius habebat vt puta liberi. casus est singularis. ff. de acquiren. heredi. l. pro herede. §. si quid tamen. & ibi not. in si. gl. mag. Si ciuitas, vel dominus iustitiam facere negligēs, vel recusans, est debitor iustitiam postulantis. ergo homines subditi illi domino, vel populo capi potuerint. Preterea propter delictum domini negligentis facere iustitiam potest indici bellum contra totam terrā, & omnes gentes subditas sibi. vt in authen. si vero dominus tē poralis. C. de heret. & sic concluditur repreſalias esse licitas ex causis legitimis. De istis autem causis dicitur latius infra in secunda questio. princ. sufficiant pdicta quantū ad hūc passum.

Ad tertium c tan statuta possunt fieri licite vltra casus iure cōmuni permissos? Dico quod si statuta fiunt cōtra terras, vel villas sibi subditas quod tunc possunt fieri licite repreſalie, per statuta etiam extra causas predictas a iure communi permissa. Unde si ciuitas statuit, quod quilibet de villa possit capi pro debito alterius, vt C. de omni agro deserto. li. lib. xj. sicut quandoque statuitur, quod vxor teneatur pro viro vt C. in quibus cau. pign. ta. contrahi. & sic patet. quod statuta communis Florentie, que dicunt quod
d mercatore fugiente, d teneantur vxor & liberi, licet non sint heredes, procedunt de iure communi, & intelligo terras subditas
9 simpliciter ita quod sint de comitatu. Terre vero que subiun
e tunt se ptection ciuitatis certis pactis subdite nō dicunt sed dicuntur terre libere federate fedele inequali de quibus loquitur lex. nō dubito. ff. de capt. & postlim. reuer. & in illis puto ut
10 quod in alijs terris omnino liberis. Si vero statuta fiāt in vna ciuitate contra aliam terram liberam circa repreſalias concedendas tunc aduertendum quia in causis concedendarum repreſaliarum vertitur iustitia facta, seu iustitia denegata a terra cōtra quam repreſalie conceduntur, & circa hoc non possunt fieri statuta. Non enim vna ciuitas potest facere legem super alteram, quia par in parem non habet Jmperium, & quia non potest extra territorium suum statuere, que sunt iurisdictionis alterius, non sue, vt dicunt iura vulgaria. Secundo vertitur in causa si superioris copia haberi non possit. & circa hoc similiter nō possunt fieri statutum, puta si statutum diceret quod repreſalie concedantur, nec teneatur quis ire ad superiorem vt extra de iureiur. & ibi Innocen. & argu. l. penultime. ff. de aqua pluuia arcen. Tertio vertitur in causa superioris authoritas, id est, authoritas ipsius ciuitatis concedentis repreſalias. & tunc circa hoc potest facere statutum an in talibus predictis concedatur, & quo ordine. Item cum ista causa, & ista instantia sit sua. potest circa hoc statuere. & quelibet ciuitas statuta facere circa ordinationem, que in foro eius agitur. possit. ff. de testib. l. vlt. §. fi. C. de iura. calum. li. j. & quemadmodum testamenta aperi. l. j.

Ad quartum an † statuta, que circa repreſalias fiūt in subditos possint exercere extra territorium. Exemplum. Dicit statutum Florentie qui rumpit seu foro cessit. an filij vigore illius statuti possint exigi extra territorium? Respon. si quidem talis filius erat natus tempore quo pater rumpit fefellit, seu foro cessit in ciuitate Florentie. &
f tunc si quidem extra territorium Florentie f aliquis vellet exercere dictū statutū faciēdo executionē facti, hoc non posset. quia nec sententia vnius iudicis extra territorium executioni mandari debet absque literis primi iudicis. l. a diuo Pio. & ibi plene dixi. ff. de re iudic. & extra de foro compe. c. Romana. & ibi hentes. lib. vi. Sed si vellet quis extra territorium agere contra talem filium condictione ex illo statuto. ordinarie hoc posset. quia actio vbique sequitur eum, contra quem competit, vt C. de prescrip. lon. temp. l. si ficut contra vnum ex cōtutoribus potest agi contra tutorem vbicunque sortitur fo. l. heres absens. & secundum
g iunctō §. fi. ff. de iud. Credo tamen quod si talis filius sortiretur originem propriam alibi. licet esset de Florētia ratione originis paterne, vel haberet domicilium alibi antequam pater rumpe
g ret g quod tunc ciuitas illa, in qua sortitur forum ratione originis, vel domicilij, similiter ex vigore talis statuti ciuis eius. nec incola subij ceretur sibi. posset eum defendere, quasi preuenisse. & statutum communis Florentie non potest habere effectū circa talem ciuem subtrahat absque facto suo. argumē. eius quod no. C. de incolis. l. ciues. lib. x. Si vero talis filius natus fuerit ea quam pater rupit. vel foro cessit, tunc statutum non tenet quia verba statuti dicunt de filio eius eo tempore, quo rup. l. in delictis. §. fi extraneus ff. de noxalibus. & l. Titus. & vide
12 amen. milit. Et idem dico, si statutum dicat quod homines vnius ville teneantur vnus pro alio. Nam ille, qui de nouo electus est homo illius ville, non tenetur pro debitis antiquis. & C. de decu. l. prouidendum. lib. x. & quod not. per Dyn. ff. ad mu
13 nicip. l. incola. Item est aduertendum quod predicta statuta facta in subditos quod vnus teneatur pro alio, debent intelligi si simpliciter loquantur de debitis contractis intra territorium ciuitatis. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. auth. iudi. posſi. cap. vt animarum. extra de constitu. lib. vi. & ideo statutum Florentie si simpliciter loquitur de filijs rumpentibus, vel fore dentium, non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentie. cum ibi forte non haberent bypothecam, vel stationem

Ad quintum an per pactū repreſalie possint licite, respondendū est. si quis
14 est pactum priu. tox, tunc non valeret vt expreſſum est in auth. vt non fi. pigno. §. j. non enī potest vnus pacisci, vt alius prestet. exigatur, vt ibi dicitur quod intelligo etiam si vnus pacisceretur vt exigatur alius in quo habet ius, vt patronus in liberto. & minus in vasallo & similibus vt C. ne fil. pro pat. l. fi. nisi esset talis dominus, qui possit condere legem vt §. dicam. licet per pactum fieri non potest. Iudex tamen homines sic conditionatos in subjectum capere potest, vt dixi supra in q. circa finem

Si vero esset pactum vniuersitatis, tunc si talis est vniuersitas, que nō potest legem condere, tunc idem quod supra dictum est de pacto priuatorum. Si vero talis sit vniuersitas, vel domin⁹ quis, vel que potest legem condere, tunc per actum potest fieri quod vnus pro alio exigatur. Nam pactum eius qui potest legem cōdere est lex, vt ff. de publicia. l. Cesar. & C. de donat. inter virum & vxo. l. penulti. quod est notabile ad multa, & specialiter ad ea que dicti ff. de re iudic. l. iuū. §. si actor. Et ex predictis patet quod statutum ciuitatis, vel domini cōcedentis represalias non possit fieri bodie in extraneos, vt in precedēn. dictum est, & mens per statuta ciuitatis contra quam conceduntur possunt fieri licite vltra ius commune contra suos, &c.

ADDITIONES.

a Lb. D. C. Represaliarum materia. Iste est tract. Bart. de quo memmit idem Bart. in l. nam Seruius. in princ. ff. de neg. gest. & in l. pronunciales. ff. de verbo. significa. vbi dicit intendere facere tract. de represaliis. Adde quod istum tract. composuit Bar. anno Domini ɔCcclxiij.

b CTheologus. Vide Rapha. Cumanin consil. cxl. incip. domini iudices in si princ.

* CComes. Adde & vide ad hoc dictum Bar. correctum in consilio in 2. parte.

c Lbo. D. CAd tertium. Ad dicta per Barto. hic adde plures concordātes per Alex. de Imo. in consi. xlij. in j. vol incip. super premisso themate. & do. Jas. in l. si quis. §. legis. C. de inoffi. testam. in l. de quibus. ff. de legi.

d CFugiente. Vide Alex. in l. sepe. ff. de re iudic. vbi plene examinata dicta per Bart. hic.

e CSubditeno, dicuntur. Nota quod dicit Bar. hic, & idem pōnit & sequitur do. Andria. Socin. in cōsi. lv. & Pet. de Anchar. post Paul. de Leaza. in clemen. ne Romani. §. sane. de elect. in 6. vbi referūt fuisse de facto Bononie, & 3 ede. de Bēnis in consilio cxxxnicipien. Factum tale est quedam domus. & plura ponit Felin. in cap. Rodulphus. de rescript. & in cap. cum Bertholdus. de re iudica & vide etiam Fel. in cap. postulasti. ij quarta declaratione, de foro competenti, & multa ad hoc scripsi in tractatu de Venete vbis libertate, & eiusdem Imperij dignitate, & priuilegijs, in rel. priuilegio, in responsione ad xiij. argum. quod illustrissimum dominium etiam de facto nunquam fuit suppositum imperio Romano, quicquid scribit Blanchus Forliuiensis & Paulus Diaco.

f CFlorentie. Vide Jas. in l. de quibus. ff. de legib.

g CRumperet. Vide apostil. ad Barto. in l. j. C. de summa Trinit. & fide catho. in versi. vltimo quero.

h CPredicta statuta. Vide do. Philip. Dec. in l. j. ff. de bon. poss. contra tabu. liber.

1 ℣ Represalie, vt concedantur, primo adeundus est iudex cause, & denegata iustitia requiritur iudex concedens represalias, vt scribat.

Judex non audit requirentem quod scribatur iudici rei quod faciat iustitiam, alias concedentur represalie, nisi primo constet de iustitia denegata.

2 Quitas non potest statuere quod fiat requisitio per literas quod fiat iustitia alias represalie concedentur.

3 Requisitio iudici qualiter fieri debeat, vt represalie possint concedi.

4 Potestas concedens represalias succedit loco deficientis superioris, & supra num. .

5 Pupilli, & miserabiles persone non coguntur litigare in foro aduersarij quinimo iudex eorum scribit iudici alterius ciuitatis vt aduersarium ipsorum cogat alibi litigare.

6 Persone miserabiles que dicantur.

7 Actor de iure canonico etiam potest trahere reum ad litigandum extra propriam diocesim.

8 Quitas ad petitionem suis ciuis, potest requirere aliam ciuitatem, vt compellat aduersarium in ciuitate propria litigare.

9 Represalie, vt concedantur quis requiratur, vt iustitiam faciat, ad hoc.

10 Litigauit si quis in ciuitate, que habet iudices prime, & secūde appellationis & cōtra iustitiā succubuit, qualiter ei succuratur.

11 Represaliarum remedium est extraordinarium, & odiosum.

Represalie nō conceduntur pro modico, & nisi totaliter iuris partis tollatur.

12 Copia superioris quomodo intelligatur quod non possit habere ad hoc, vt procedi possit ad represalias.

Secunda quæstio principalis est de causis cōcedendarū represaliarum, & quæ inter cetera requiritur, quod dominus, gens, vel populus requisitus iustitiā facere neglexerit, seu recusauerit, & superioris copia haberi nō possit: ideo queritur primo quis debeat requirere populum, dominum siue gentem, vt faciant iustitiam. Secundo queritur an possit requiri, vt alterius iudicis iurisdictionem prorogetur, vel arbitros eligat cū ibi nequeat litigare. Tertio queritur quis requiratur, vt iustitiam faciat. Quarto queritur, que iustitia sit sufficiens causa concedendarum represaliarum. Quinto quomodo intelligatur quod superioris copia haberi non possit.

b 1 Ad primum † queritur quis † debeat requirere dominum populum seu gentem, vt faciat iustitiam. Respond, potestas eius qui cōcedit represalias succedit in loco superioris deficientis. si esset, vt dictum est supra in quest. Sed superiorem si esset quis, nō posset adire, & cōqueri de iniustitia iudicis nisi primo ipsum iudicē requisīsset, vt in authen. vt diffe. iud. & de mand. Princip. §. sit tibi quoque tertium. ergo & modo ista pars ad hoc vt possit petere represalias, debet prius adire iudicem primum, & ab eo iustitiam petere vt dictis legibus, que sunt mirabiles ad hoc. imo dico, quod si pars iret ad iudicem suum, & diceret domine, scribas tali iudici, qō faciat iustitiam, alias concedat represalias quod iudex eum

2 audire nō debet. d. §. sit tibi quoque tertium. Dico etiam quod ciuitas non potest de hoc facere statutum videlicet, quod sufficiat requisitio per literas, & sic vt faciat iustitiā nam ante, quā iustitia non sit denegata, non pertinet ad cognitionem superioris, & per consequens nec alterius ciuitatis vbi deficit superior, & sic non potest de hoc facere statutum facit quod dixi supra in quest. iij. Item quilibet reus, vel actor, debet primo iudicem requirere. Ex predictis apparet, qualiter debeat fieri dicta requisitio, debet enim actor offerre libellum cum omnibus solennitatibus debitis quando causa requirit libellum, vel implorare officium iudicis pro executione, quando causa habet paratam executionem, vel reus debet modo debito exceptionem opponere, in casu quandoque requiritur quod vnus iudex scribat alteri iudici scilicet, pro exequenda sententia ab eo lata, vt extra de foro competē. c. Romana. & dixi supra in quest. iij. Item in alio casu quem vide. § priori.

Ad secundum queritur. an possit requiri, vt alterius iudicis iurisdictionē pro

4 roget, vel arbitros eligat cum in dicta ciuitate nequeat actor litigare secure, respondeo vt dixi §. priori. † Potestas enim qui concedit represalias, succedit in locum deficientis, superioris. Videndum est ergo, si superior hoc facere deberet. Et reperio

3 † de iure ciuili hoc debere seruari pro pupillis viduis & miserabilibus personis, maxime si aduersarij potentiam perhorrescunt. C. quando imperatores, pup. & misse. per cog. l. j. in fin. Pro

c istis ergo personis & ciuitas earum proprie possit scribere alteri ciuitati, vt aduersarium dictarum personarum cogeret alibi litigare cum tales miserabiles persone ipsius aduersarij potentiam perhorrescant, quod si non faceret, statim apparet iniustitia.

6 tia. C† Que autem intelligantur miserabiles, declarat plene

7 Azo in summa illius tituli. † De iure vero canonico est latius introductum vt vbicunque quis litigium haberet cum domino, vel cum vniuersitate terre, seu ciuitatis, seu quomodocunque aduersarij potentiam perhorrescat, etiam si non sit de dictis personis miserabilibus, posset per superiorem trahi extra propriam diocesim, vt extra de rescript. cap. statutum. §. cum vero libro vi. plus videtur quod vbicunque actor, & reus sunt diuersarum ciuitatum actor potest trahere reum per superioris rescriptum extra propriam ciuitatem, dum tamen non trahat eum in ciuitatem ipsius actoris, vt d. capi. statutum. §. cum autem actor. quasi presumatur semper, quod forenses cum ciue, in ciuitate propria

8 non litigant secure, per quam decretalem dico, † quod vna ciuitas ad petitionem sui ciuis potest requirere aliam, vt compellat aduersarium extra ciuitatem propriam litigare, & maxime ad petitionem miserabilium personarum, vel cum aduersarij potentiam perhorrescunt, vt dictum est, & super hoc credo ciuitates posse facere statuta. Et hic modus videtur mihi multum equus, & iuri, & rationi consonus.

d 9 Ad tertium a queritur, † quis requiritur, vt iustitiā faciat, respō. vt dictū est potestas concedendi represalias succedit in locum deficientis iudicis superioris: sed de iure antequam adeatur superior, debet primo requiri iudex ad quem spectat prima causa: & ipso negligente, debet requiri prorim⁹, superior qui primo precipiat, vt iustitiaz faciat, qui si non faciat, adeundus est Princeps, vt d. in authen. de man. Prin. §. sit tibi quoq; tertium. & si non est prorimus superior, adeundus est Episcopus antequam eatur ad Principē, vt in authen. vt diffe. iud. in princip. Ex hoc videtur quod antequam quis adeat iudicem terre sue pro petendis represaliis debet adire primum iudicem, & ipso negligente, superiorē, scilicet

populum,vbi populus dominatur,vel dominum,vel regē, vel principem:hoc autem non est indistincte verum. Iam illud qō dicitur de adeundo Episcopo.non arbitror opportunum esse, quia vsus talem constitutionem non admittit.nec Episcopi tali iurisdictione vtuntur in partibus istis. Simile not. extra de treuga ⁊ pace.c.j. ⁊ de rebus eccle.non alie.c.j.li.vj. Ꝫn eo qō dicit authen.hoc ius potrectum.C.de sacrosanc.eccle.nō est de necessitate seruandum,facit quod dicta constitutio,vt diffe ind. nō reperitur approbata ab ecclesia: ergo,ꝛc.in c. ecclesia sancte Marie.extra de constit.sed illud quod dixi de adeundo primū superiorem de populo, vel domino videtur esse verum p dicta iura quādo populus iudex primus requisitus denegat facere iustitiam nil faciendo.ita loquuntur dicta iura. Si vero iustitiam ✳ denegat pronunciando, vel aliquid faciendo contra iustitiam, ✳ tunc si est iudex appellationis, ille proximior debet adiri,ante quam ad auxilium ciuitatis.vel terre propie. vel domini propriꝰ redeat.vt ff.de appel.l.j.§.si quis in appellatione. Si vero iudicem appellationis non haberet,vel appellari nō posset tunc recurreretur pro represaliꝭ ad iudicem suum.est enim quod imputetur illi populo vel domino,cui appellationis iudicē non constituit,ipse vero populus,vel dominus adeundus est.quia contra vel preter leges preteritas nō pōt facere lite pendente, vel finita,vt C.de transact.l.causas.⁊ in auth.in me. litis non fie.sa. for.⁊ dixi plene ff.de iusti.⁊ iure.l. omnes populi.eorū tamē est culpa,vt dictum est.Ex predictis patet, quod si in ciuitate esset aliquod statutum quod manifestam iniquitatem contineret,ita quod si ciuis alterius ciuitatis ibi litigaret.certum est eum posse,non est necesse qō iudex illius ciuitatis requiratur.sed directo poterit quis requirere iudicem suum,qui requirat illam ciuitatem, vt ciui suo iustitiam faciat, ⁊ iniquitatem illius statuti quantum ad ciuem suum tollat: arg.C. de sacrosanc.eccl.authē. cassa.⁊ extra de heretic,cap.statutum ciuitatis.libro sexto.Sed circa predicta dubitatur, pone quod ciuitas vna habet iudices prime,⁊ secunde appellationis, cōtigit quod quis litigauit in causa principali,⁊ in prima,⁊ secūda causa appellationis succubuit contra iustitiā.qualiter succurretur huic? videtur enim destitutus omni auxilio.Iam ad Principem nō potest haberi regressus:quia non licet tertio prouocare:ergo nec ad ciuitatem propriam habere recursum,sed dicendum est,quod si quidem esset sententia lata ob gratiam partis,⁊ inique,tunc posset peti restitutio,⁊ sic posset peti coram maiore,vt ff.de minorib l. prefecti. argumen.C.de accusat.l.absentem, ⁊ ita poterūt peti represalie coram iudice proprio. Si vero sententia esset lata ob gratiam, vel dictum eorum qui regunt ciuitatem,tunc ipsi parti tenerentur ad interesse: quod apparet, quia criminaliter puniuntur.l. penult.C.vt lite pend. ⁊ de his, qui pen.no.l.j. ⁊ sic per consequens tenetur actione in factum ad interesse, vt ff.de fal.l. qui nomine.⁊ ff.pro socio.l.nec quicquam. Si vero sententia esset lata iniquum solum ex iudicis motu.tunc non video remedium contra partem, vel ciuitatem: quia non est quid eis imputetur, sed est remedium contra ipsum iudicem,qui iniquam proprio motu tulit sententiam,de quo remedio dicam.j.ꝛc.

Ad quartum queritur,que iustitia sit sufficiens causa cōcedendarū represaliarū:

Respondeo,quod primo videndum est,quod non sit circa modicum:istud enim remedium represaliarum cum sit odiosum,vt extra de iniur.⁊ damno dato.cap. primo libro sexto. ⁊ est subsidiarium contra ius commune.vt dictum est, nō debet dari pro modico.vt l.scio.ff.de in integrum restit.⁊ ff. de dolo.l.si oleum. §.finali.cum similib. Secundo aduertēdum est,quod per predictam iustitiam ius partis totaliter ledatur, secus si ledatur aliqualiter.C.de prec.Imperator.offer.l.quoties.vt si totaliter iustitiam nō facit.vt C.de ser.fugit.l.mancipia.in fine.⁊ ff.de dam. infe.l.quarta.§.in eum.vel probationem non recipit,vt l.si quādo C.de testib.vel sententiam diffinitiuam iniustam tulit,vt C. de pe.iud.qui male iud.l.j.⁊ ȳ. Si autem partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriam, tunc recurremus ad distinctionē que fit an ab interlocutoria possit appellari.vt eo casu esset sufficiens causa,quo possit appellari de iniustitia ad petendas represalias.alias secus. Qualiter autem hec iniustitia probetur, dicam infra,ꝛc.

Ad quintum queritur, quomodo intelligatur, quod superioris copia haberi non possit: Respondeo quadruplex non potest haberi copia superioris de iure,nec de facto,quia nō est ⁊ tunc est clarum:vt dicto c. dominus noster.xxij.quest.ȳ.⁊ quod no.C.de Iudeis.l.nullus. ⁊ ff.qō vi aut clam.l.si alius.§.bellissime.cum gl.sua Quadruplex potest haberi copia de iure sed non de facto.Exemplū,Imperator est modo in Allemania.⁊ de iure est superior,tamen de facto in partibus istis eī non paretur. Vel pone, Ꝫn Barbaria est rector p sancta matre ecclesia,tamen de facto nisi potest propter occupationem tyrannorum,scilicet quod videtur superioris copia non haberi.Quandoque tamen non potest haberi copia de facto.nec de iure. Exemplū, ✳ Aliquis tyrānus occupauit multas terras de facto, non de iure.nō est dominus.⁊ puto recurrendum ad ea que not. Innocent.in c.nihil extra de elect. videlicet qō aut tyrannus ille sua authoritate occupauit,⁊ tunc non habetur pro superiore,⁊ non valeret qō ab eo fieret, vt C. de sacrosanc.eccles. decernimus. Aut fuit electus ab habentibus potestatem facere per vim, vel metum, ⁊ tunc aut hoc non est notorium,sed pro vero domino se gerit,⁊ sic reputatur communiter,⁊ tunc habetur pro superiore vt l.Barbarius.ff.de offic.preto. Aut est publice notum quod est tyrannus non dominus,⁊ tunc non habetur pro superiore nec debet requiri.debet enim sic reputari, licet non sit, vt C.de testib.l.j. ⁊ per alia iura que alleg. Innocent. in d.c.nihil. ꝛc. Quandoque copia superioris potest haberi de iure,⁊ de facto, sed haberi non expedit quia forte expenderetur plus quam sit id, de quo contenditur, vel forte passus iniuriam est pauper, ⁊ tunc etiam puto quod non sit necesse quod adeatur superior, imo sit procedendum tanquam si superioris copia non haberetur, argument. C.de anno.⁊ trib.l.mediterranee.lib.x.⁊ ff.de pignoratitia actio. l.si seruos. siue ex parte iudicis, siue ex parte superioris adiri non possit idem iuris videtur, vt l.j.ff. de diuerl.⁊ tempo. prescrip.ꝛc.

ADDITIONES.

a Tho. D. Haberi non possit. Not.quod vbi dominus negligens habet superiorem a quo sperari potest iustitiam represalie non tenetur licite vide Felyn.in c.postulasti,in ij.declaratione de foro competen.⁊ ponas hic.

b Ad primum. Vide plene per Bart. Socin.in consil.cxv.in.j. vol incip.cum in presenti. Adde qō dicta Bar.in hac questione ij.⁊ iij.refert.⁊ sequitur dominus meus Soci. in consi.cxvij. vo.⁊ dupli.⁊ in consi.cccxxj.vol.ij.

c Pro istis ergo personis. Vide do. Hart. Laud.in tract. de principibus,vbi sequitur dicta per Bar.hic.

d Ad tertium. Vide Bartho. Socin.in consi.cxv.incip.cum in presenti.

✳ Pronunciando. Adde,qō hoc idem consulendo voluit Com. qui refert Bar.hic concord.in consi.lxij.vol.ij.

e Ad quintum queritur. Vide do. Jas.in l. Barbarius.in limita.ff.de offic preto.

✳ Exemplum. Adde tu.⁊ vide Aller.de Imo.in consi.cxxvij. versi.excedit.vol.j.qui allegat Bar.hic.

1 Statutum.vel constitutio permittit represalias, cōdictione illius iuris additur iudex.

2 Represalie de iure communi petuntur manu regia. Represalie permittuntur de iure diuino,⁊ de iure gentium.

3 Represalias concedens non debet habere superiorem.

4 Potestas ciuitatis non recognoscentis superiorem de facto,nō concedit represalias, nisi statuto caueretur, sed regentes ciuitatem.

5 Ciuitas que subest alicui Regi,vel Principi,non potest represalias concedere.

6 Superioris copia ex parte concedentis represalias quis haberi non possit,vt ciuitas subdita illas concedere posit.

Tertia principalis questio est, per quem ille cez represalie possunt concedi. Circa quā queritur. Primo,quo iure adeatur quis,vt represalias concedat. Secundo, quis est ille iudex, cuius potestas debet imploriari pro represaliꝭ concedendis,ꝛc.

Ad primum queritur, quo iure adeatur quis, vt represalias concedat respon.⁊ fuit quidem per statuta terrarum, vel constitutiones dominorum quibus est concessa potestas,tunc iudex adhibetur condictione ex illo statuto,vel constitutione, vel iudicis officium implorabitur.secundum quod ex illo statuto vel constitutione precipitur l.vnica.ff.de condictio.ex lege.⁊ ibi plene dixi. Qualiter autem circa hoc statutum factum est probabiliter illud ignoro,vt extra de constitu.c.j.lib.vj. Si vero querimus de iure communi,tunc aduertendus est quod de istis represaliꝭ concedendis nulla iuris ciuilis cōstitutione cautum est,⁊ rationes,⁊ iura que ad hoc cogunt sunt magis de iure diuino,⁊ de iure gentium,quod licite permittuntur, quam de iure ciuili, vt dixi supra j. quest. Sed illo iure gentium non erat actio,ne ꝑ ista formule agendi sed omnia expediebantur manu regia.l ȳ.in princip.ff.de orig. iuris. Unde dico quod etiam hodie vbi ex iusta causa represalie postulantur de iure communi, non dicitur intentari actio vel ef-

vel officium iudicis implorari, sed magis dicitur requiri manus regia, seu potestas regia, secundum instituta iuris diuini, & gentium, quod a iure ciuili non est immutandum.

Ad secundum queritur, quis est ille iudex, cui potestas debet implorari. Respon. si quidem per statuta edita ab his qui habent authoritatem hoc aliquid est gestum, illi deuendi. Sed si de iure communi loquamur, tunc sicut ex parte illius, contra quem represalie concedentur, requiritur, quod superioris copia haberi non possit, vt dictum est, & sic ex parte concedentis represalias requiritur quod sit talis, qui superiorem non habeat, quod probatur: nam concedere represalias est indicere bellum, licet quadoque iustum bellum non inducatur vniuersaliter ex parte indicentis, vel eius, contra quem indicitur quod vni permittitur alios casu, scilicet particulares homines, & sic in dubio est particularis ex vtraque parte, vt dicam in viij. q. iiij. posset etiam esse vniuersale ex vtraque parte, sed bellum iustum non potest indicere nisi ille qui superiorem non habet, vt ff. de capti. hostes. ergo nec concedere represalias: ita tenet Innocē. extra de restitu. spol. capitulum. Ex hoc sequitur, quod si est aliqua ciuitas que solum de facto non recognoscit superiorem, & regitur per populum, secundum suos ordines, & statuta, quod potestas, & rector illius ciuitatis non posset concedere represalias, nisi eis specialiter aliquo statuto esset permissum. Deberet ergo adiri pro represaliis ipse populus, vel ordo vel apud quem est omnis communis potestas, & hoc puto verum. Item ex predictis sequitur, quod si est aliqua ciuitas que subest alicui Principi, seu Regi, qui nec ipsa ciuitas, nec aliquis officialis Principis, vel Regis, potest concedere represalias, sed ipse solus Princeps vel Rex. Dico tamē quod in omnibus casibus, in quibus dixi supra ij. quest. v. quod superioris copia haberi non intelligitur ex parte contra quam conceduntur in illis intelligendum est superioris copia non haberi ex parte concedentis, & in illis casibus ciuitas subdita Regi, vel Comes Regi subditus posset represalias concedere. Sicut enim in quibusdam casibus propter vrgentem necessitatem permittitur aliquibus quod ius sibi dicant, vt ff. que in fraudem creditorum. l. ait pretor. §. si debitorem. & ff. quod. vi aut clam. l. si alius. §. bellissime. & not C. de Judeis. l. nullus. ita in proposito ex dictis causis poterit ciuitas, vel dominus subditus concedere represalias: quia superioris copiam nō potest habere

1 Represalie ad hoc vt concedantur, sufficit quod petantur manu regia, nec aliqua solennitas iuris ciuilis requiritur.
2 Represaliarum concedendarum causa vera esse debet, & contra quos conceduntur, ius saluum sue defensionis, & numero, z.
4 Represaliarum sufficit ostendere solam concessionem absque processu.
5 Caute i vt fiat processus, & in scriptis redigatur antequam concedantur.
6 Ordo impositus per statutum in petendis represaliis, ille seruatur.
7 Statutum si concedit potestatem officiali concedendi represalias, tunc libellus datur, citatur pars, & lis contestatur.
8 Mandatum habens potest comparere ad defensionem eorum, contra quos represalie postulantur. Item quilibet de populo.
9 Represalie si petantur quilibet de populo ciuitatis comparere potest, ne concedantur.
10 Defensiones que opponantur ad hoc, ne represalie cōcedātur.
11 Represalias iuri petendi quo pacto quis renunciare potest.
12 Iustitiam denegatam modus probandi.
13 Iudex populus, vel gens faciens iustitiam, vel denegans iustitiam, obligatur parti ad interesse.
14 Libellus, quando represalie petantur quid contineat.
15 Represaliarum causa conceditur captura, & detentio ex primo, & secundo decreto.
16 Liber homo in casu necessitatis pro debito alieno capi potest.

Quarta questio principalis est qualiter, & quo ordine represalie concedantur. Circa quod queruntur plura. Primo quo ordine concedātur ab eo, qui non recognoscit superiorem. Secundo, quis sit ordo quando petuntur ab his, quibus est cōcessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius domini. Tertio queritur, parte requisita quis potest cōparere ad defensionem ne represalie concedantur. Quarto, si aliquis compareat quibus defensionibus vti potest. Quinto, qualiter iniustitia denegata probatur. Sexto, an cum represalie cōceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo, aut secundo decreto, &c.

Ad primum queritur, quo ordine cōcedātur quando petantur ab eo, qui nō recognoscit superiorem. Respon. vt in precedenti, questione dixi. Isto casu non dicitur intētari actio, vel officium iudicis implorari, sed magis dicitur requiri manus regia, seu potestas regia, in instituendo iuris diuini vel gentiū, sed illo iure olim erāt in potestate regia, vnde nullus ordo, nulla solēnitas requirebat, sed illud erat quod regi placebat, dicta. l. ij. in principi. ff. de origi. iur. facit ff. de cōstitu. princip. l. prima. in princip. Unde in proposito dico, quod nulla ciuilis solennitas requiratur, nec libellus, nec alius ordo, nec scriptura, solum ergo illud requiritur, quod ius gentium requirebat, scilicet quod causa propter quā represalie conceduntur fit vera, alias fieret iniuria, & de iure gentium alterum alteri insidiari nefas est. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Item qō eis, cōtra quos conceduntur, fit salua defensionis facultas, qō est de iure naturali, vel gentium, quod per Principem tolli nō potest, vt extra de re iud. c. pastoralis. §. ceterum. in clemen. Unde credo, quod ille qui haberet represalias sibi concessas a domino Papa, vel populo cum non habetur superior, non habet de alio processu, vel ordine docere, sed sufficit solam cōcessionem ostendere, & omnia alia presumuntur recte acta, cum omnia in potestate concedentis essent, & sacrilegū instar est, & c. l. sacrilegū. C. de diuer. rescript. & l. secunda. C. de cri. sacrile. & hoc verum in territorio cōcedentis. Sed periculum est primo quia gens illa, contra quam fit hec cōcessio represaliarum poterit eodem iure vti contra concedentes, per titu. ff. quod quisque iur. & de hoc dicam infra. Secundo quia si ex aliquo pacto probetur de hoc cognoscit coram arbitris vel alio iudice non subdito ei cui concessit dominus probari quomodo iuste esset processum, ea iustitia que de iure gentium requiritur, vt supra dixi, alias appareret quod iniuste essent cōcesse, & ideo tutius est, quod processus fiat super hoc, & redigatur in scriptis vt cesset omnis scrupulositas, &c.

Ad secundum queritur, quis sit ordo, quando represalie petūtur ab aliquibus quibus est concessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius domini. Respon. si quidem per statutum imponitur, ordo ille est seruandus, super hoc enim ordine potest statui, vt supra dixi in questio. ij. Sed si circa ordinem nihil est statutum, tunc procedit questio. Pone statutum est quod aliquis officialis habeat potestatem concedendi represalias cuilibet iuste petenti, quis ordo seruabitur illo casu: Et certe talis officialis habet potestatem a iure ciuili, quia talia statuta sunt iuris ciuilis. Omnes populi. ff. de iusti. & iure. & ipsius officialis officium implorabitur, & sic secundum ordinem ciuilem erit procedendum, vnde dandus erit libellus, pars citanda & parte comparente lis contestanda secundum formam autb. offeratur. C. de li. contest. parte vero non comparente procedendum erit sicut contra contumacem de iure proceditur, quod declarabo infra in vl. questio. huius questio.

Ad tertium queritur quis, parte requisita, potest cōparere ad defensionē, ne represalie concedantur: Respon. partem requiri intelligo gentem, vel populum, contra quem represalie postulantur, quo casu ad defensionem potest comparere persona quelibet habens mandatum ab illa gente, vel populo, & de hoc non est dubium. Secundo modo potest comparere quilibet de populo illo, vel gente, contra quem, vel quam represalie postulantur, quoniam omnium interest, vt ff. de oper. nou. nunc. l. in prouinciali. §. primo. Tertio, (vt puto) poterit comparere quilibet de populo illius ciuitatis, a qua petuntur represalie. Nam eorum interest, ne represalie indebite concedantur, ne forte ciuitas, contra quam cōceduntur, eodem iure vtatur, & faceret capi homines illius ciuitatis represalias concedentis.

Ad quartum queritur, si compareat aliquis, quibus defensionibus vtatur ne represalie concedantur? Respondeo, quedam sunt defensiones, que causantur ex defectu iuris petentis, de quibus in precedenti dictum est, Quedam sunt que causantur ex defectu persone petentis represalias, de hoc dicetur infra. Sunt etiam quedam alie defensiones. Primo, vt puta si paratus est emendare quod improbe factum est, vt preallegato cano. dominus noster. xxiij. questio ij. quod intelligo, si de hoc satisfiat idonee argum. C. de bo. author. iud. pos. auth. & qui iurat. Secūdo si esset dubium, an esset denegata iustitia, tunc potest petere quod super hoc dubio, an sint concedende represalie cognoscatur, cum ibi non possit litigare secure, secundum ea, que dixi supra ij. q. ij. per easdem rationes. Sed pone, vt de facto sepe accidit in his, qui eliguntur rectores alicuius ciuitatis, & promittunt non petere represalias, an poterit contra eos excipi de

tali promissione: Videtur q̄ non, sicut non valet pactum quod quis non possit laudū reducere ad arbitrium boni viri. Tu dic, vt supra dictum est septus. ¶ Sta enim petitio represaliarum succedit in loco deficientis iurisdictionis superioris: & ideo represalie fi petantur, quasi iniquefit condēnatus, vel iniuste, & fic habet recursum ad ciuitatem suam sicut haberet ad iudicē appellationis, & tunc potest sibi opponi de pacto: sicut enim potest iuri appellandi renunciari vt C. de tempo. appellat. l. fin. & ff a quib. appel. non licet. l. j. §. si quis ante sententiam, ita & huic iuri quod succedit in locum eius. Si vero petat represalias propter aliam iniustitiam sibi factam, vel iustitiam denegatā, & tunc non potest opponi de primo pacto, quia tam nō valet pactum, per quod remittitur delictum futurum. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & l. conuenire. de pact. dot. &c.

12 **Ad quintum** queritur, qualiter iustitia denegata probetur: ℟ Respondeo per acta, per testes: puto etiam quod potest requiri iudex primus, vt actorum copiam faciat: quod si non faciat, istud est iniustitiam facere, vt C. vt lit. penden. l. ū. Est etiam alius modus multum expeditus videlicet, quod, factis omnibus requisitionibus debitis, vt supra dictum est, tunc ille, qui patitur iniustitiam, vel sepati dicit, adeat iudicem a quo intendit petere represalias, qui iterum mittat nuncium, vel ambasiatorem, quod huic iustitiam faciat, nec relationi talis nunciī, vel ambasiatoris stabitur, vt in auth. vt differ. in. j. §. i. vbi dicitur, quod statur literis eius, cui hoc fuerit commissum: sic ergo idem erit in proposito &c.

Ad sextum queritur, an cum represalie cōceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo
13 aut ex secundo decreto. Circa quod sciendum est, quod iudex, gens, vel populus qui facit iniustitiam vel denegat iustitiam, obligatur parti ad interesse, vt Instit. de oblig. que ex quasi delicto in prin. & ff. de var & extraor. cog. l. si iudex. C. de testibus. l. quando. in fine. C. de ser. fug. l. mancipia. in fi. ff. de magist. conue. l. j. in princip. de damno infec. l. quarta. §. in eum. Unde libellus,
14 † qui datur quando represalie conceduntur, primo debet cōtinere qualiter facte fuerunt requisitiones debite, & fuit iustitia denegata, propter quod partis interest in tanta quantitate, quare petit dictos officiales commune, & homines ipsius condemnari in quantitate predicta sibique concedi licentiam capiendi & detinēdi homines dicte terre, & res ipsorum vsque ad satisfactionē dicte quantitatis: tunc si quis compareret, & ordinarie litigaretur, sententia que daretur pro actore dicte represalie, haberet vim executionis rei iudicate, & illud posset fieri quod fieret de rebus que in causam iudicati caperentur, & ordo
15 est manifestus. Si vero nullus compareret, † tunc debet dari primo licentia capiendi vel detinendi, vt ex primo decreto, vt tedio affecti veniant responsuri, tunc si in contumacia perseuerauerint, perquisita veritate, dabitur licentia capiendi ex secundo decreto, sicut in alijs causis iura sunt vulgaria. Nec mirum, si in causam iudicati capiuntur liberi homines, in quos ciuitas illa contra quam cōceduntur represalie ius habet: quare hoc sit
16 † talias in casu necessitatis. l. pro herede. §. si quid tamen. ff. de acquir. hered. in fi. glo. mag. & ibi not. Sed si statutum aliter disponeret, tunc illud esset seruandum. Possunt enim super his, que expedienda sunt super concedendis represaliȝ statuere, vt in precedentibus dictum est, &c.

ADDITIO.

a Tho. Dip. Manus regia. in ho. quod dicit Bar. hic, quod ille qui non recognoscit superiorem, non teneatur seruare ordinem, & quod nulla solennitas requiritur, nec libellus, nec alius ordo, nec scriptura & quod habens represalias ab eo non debet alio processu docere, sed sufficit solam concessionē ostendere, omnia alia presumun ur tanquam manu regia facta. Ita dicit Bal. in consi. cxij. in ū. vol. incip. quatuor ad probādum. in prin. & alleg. Bar. hic & inducit dominos Venetos qui non recognoscunt superiorem, qui concesserunt represalias contra dominos de Scala testas de Arimino.

1 ℟ Represalie conceduntur incolis, qui munera, & grauamina cum ciuitate soluunt.
2 ¶ Priuilegia alicuius artis, quis non habet, si artem non exercet.
3 Represalie conceduntur ciuibus non subiectis, & factiones cōmunis non facientes ex priuilegio.
4 Licet nō faciēs factio es ex cōtumacia, si petit represalias, ciuitas potest illas ei denegare, alius autem conqueri nō potest.
5 ℟ Represalias petēs, phat duo, scilicet se incolā, & munera subire.
6 Prelaturam habens in ciuitate, an dicatur ciuis.
7 Ciuitas an possit concedere represalias ciui suo ex conuentione contra ciuitatem originis. & num. 9. vbi quod sic.
8 Ciuitatis potestas est maior in ciuem quam potestas patris in filium.

10 Represalie non conceduntur forensibus.
11 Represalie non possunt concedi ei qui post factam iniustitiam effectus est ciuis, vel incola.
12 Potestas, stipendiarij & scholares habētur pro ciuibus in loco vbi exercent officium, stipendium merentur, & studentes quo ad omnia.
13 ℟ Represalie, quando, & quo casu possunt predictis concedi.
14 Statutum quod ciues vnius ciuitatis tractētur, vt ciues, quo modo intelligatur, & quando represalie talibus concedi possunt contra tertiam ciuitatem.

Quinta principalis questio, quibus represalie sunt cōcedende: circa quod quo runtur plura. ¶ Primo an represalie sint concedende, & an sint cōcedende incolis. Secūdo an ciuibus nō subiectis iurisdictioni seculari, vel non facientibus factiones communis. Tertio queritur an ciuibus nostris ex conuentione possint concedi represalie contra ciuitatem originis, vel econtra. Quarto queritur an ei qui postquam passus est iniuriam factus est ciuis, sint represalie cōcedende. Quinto queritur, quid de his, qui pro ciuibus habentur ex lege vel statuto. Sexto queritur, quid si ciues vnius ciuitatis in alia ciuitate debent tractari, vt ciues illius ciuitatis, an ibi possint petere represalias contra tertiam ciuitatem, vel non, &c.

a **Ad primum** queritur, cum represalie fint cōcedende, an sint cōcedēde incolis: ℟ Respō-
1 si quidē est talis incola qui munera, & grauamina ciuitatis quę colit subīt, tunc ei sunt cōcedēde represalie ex causis legitimis.
⚹ si vero nō subīt ibi munera, & grauamina, nec ad ea scribi se facit, tunc ei non sunt concedende represalie. Hoc probatur per regulam iuris, qui sentit onus, debet sentire commodum, & econtra, vt C. dē furt. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda ff. de reg. iur. l. secundum naturam. extra de reg. iur. c. qui sentit. lib. vi. Secundo per l. qui sub pretextu. C. de sacrosanct. eccles. & C. de collegiat. l. j. lib. xi. Tertio quia illi proprie dicuntur municipes, qui munera simul subeūt, vt ff. ad munic. l. j. in prin. ergo & ei qui nō subit munera, non competunt priuilegia municipum. Quarto,
2 † qz nō habet quis priuilegia alicuius artis, vel ciuitatis, vel officiī, nisi qui re ipsa illud gesserit, vt C. de consul. nemini. lib. xij. Facit ff. de erecu. tut. l. fi. in prin. & C. de testa. mil. l. ex corpore. & C. de test. mil. l. scriniarijs. & l. ne quidam. Quinto, qui terrauē & incolam tacite celebratur quidam contractus vtro citroque obligatorius, est enim incola obligatus ad munera. ff. ad munici. l. j. in princi. & l. incola. iam est ciuitas ad defensionem, & protectionem ipsius, & idem in quolibet domino, vel rectore. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. presi. ille autem, qui non implet contractum ex parte sua, non potest petere, quod sibi impleatur, vt ff. de actio. empt. l. Julianus. §. offerri, vnde ille qui munera non subīt non potest petere represalias.

Ad secundum queritur, an ciui non subiecto iurisdictioni seculari, vel non facienti
3 ti factiones communis, sint represalie concedende: † ℟ respon. Quidam sunt ciues non subiecti iurisdictioni, & nō facientes factiones communis ex priuilegio, vt clerici, vt C. de episcopis. l. ū. auth. statuimus. & authen. item nulla comunitas. Item priuilegiati propter dignitatem secularem. vt C. vt seniores. l. & ff. de vac. mu. per totum, & istis sunt concedende represalie. Item priuilegium in eorum fauorem concessum redūdet in eum. l. quod fauore. C. de legib. l. nulla. ff. eo. facit auth. sed episcopis dignitatis. C. de epis. & cler. & in corpore, vnde sumitur, facit etiā C. de decur. l. neque Dorotheum, libro x. vbi Imperator interpretatur legem, que dicebat, q̄ filij sequantur matrem, si non sequuntur patrem. Ex quo intelligatur, si non sequuntur patrem priuilegio. d. l. neque Dorotheum. versi. Et est de clericis ex
4 pressum lxxvi. dist. c. Maximianus. Si vero ex quadam contumacia non faceret factiones, tunc ciuitas sua, a qua petere represalias, posset ei denegare, vt ff. ex quib⁹ caus. maior. l. sed & si per pretorem. §. sed & si dum decreto. si tamen ciuitas faceret alius non posset de hoc conqueri, argum. C. de iure emphyt. l. & quod not. ff. si ager vectig. vel emphyt. l. j. & ū. vbi dicitur q̄ propter pensionem non solutam licet domino volenti emere pellere, quasi dicat, extraneus non potest de hoc conqueri, & hoc dicit glo. parua. in l. ū. ff. si ager vectig. Sed dices tu, quare in precedenti questione dictum est incolam non subeuntem munera esse repellendum a petitione represaliarum: ℟ Respon. sola voluntate in ciue perficitur obligatio inter eum & ciuitatem, que mutari non potest. l. assumptio. ff. ad munic. sed incola non nisi recipiatur a ciuitate l. j. in princip. ff. ad munic. ibi recepti in ciuitatem, &c. potest enim ciuitas nō eum recipere. argumen. ff. de leg. l. fi. Vides ergo quod ille qui petit represalias, vt ciuis, debet probare se ciuē, & ad hoc consulo, quod fiat specialis articulus.

Si vero

5 Si vero petit represalias, debet probare duo, scilicet, se incolam, & se subire munera. vel feciſſe eſtimum. & ſimil. Hic autē poſſet dubitari, vtrum forenſis qui habet in hac ciuitate prelaturam vel occaſionem vel eſt hic monachus, dicatur ciuis huius
6 ciuitatis, & quid de aliquo cap. faciente hic reſidentiam, & hoc plene dixi l. lectu. ff. ad municip. l. i.

7 **Ad tertium** queritur, tan ciuibus noſtris ex conuentione poſſint cōcedi represalie cō tra ciuitatem originis, vel contra? Et videtur quod non, per regulam poſitam ff. de vſufructu. l. ſi ſeruo. §. regulariter. & de verb. oblig. l. liber homo. in princip. vbi dicitur quod ex quo facto queritur mihi ius ex eodem, ſi agatur, & fiat metu, non obligabit in propoſito ſi per aliam ciuitatem huic ciui fieret iniuria, ciuitati originis quereretur ius concedendi represalias: ergo ex eo quod iſta ciuitas facit cum illo ſuo ciue originario, contra eum non poteſt agi, & ſic represalie concedi. Secundo probatur, quia duabus ciuitatibus ad idem concurrentibus prefertur ciuitas originis, vt ff. ad municip. l. aſſumptio. §. filius. & no. C. ō incol. l. cunctos. lib. x. ergo hic in faciendo iuſtitiam prefertur ciuitas originis, & ſic contra eam non poſſunt concedi represalie. Tertio ſic. Non eſt dubium, quod ciuitas originis poterat ſtare in ius cum eum antequam efficeretur ciuis ex conuentione alterius ciuitatis, & alia ciuitas de hoc non potuiſſet conqueri, vnde cius per conuentionem poſtea factam non poterit iuri originalis ciuitatis ſeu originis preiudicare, ipſa ciuitate originis non conſentiente, vt ff. de pac. l. fina. & l. ſi vnus. §. ante oia. eodem tit. C. res inter al. acta. per totum. Quarto probatur a ſimili, fructuarius poteſt nunciare nouum op⁹ aduerſus omnes preter dominum vt l. i. in fi. ff. de ope. noui nūcia. ita ciuitas, que habet ciuem ex conuentione poterit concedere represalias aduerſus omnes preterquam aduerſus dominum. ff. de publicia. l. penult. Quinto, quia ſi quam iuſtitiam ciuitas originis fecit, videtur ſibi magis feciſſe, quam alij ciuitati, vt. ff. ad legē Aquil. l. legis Aquilie actio debitori. Sexto, videtur caſus. ff. ad municip. l. de iure quod de his, que queruntur inter ciuitatem & ſuum ciuem ſolum coram iudice ſue ciuitatis agitur. Et ſic concluditur quod ſicut ſi ciuis originis faciat iniuſtitiā, alia ciuitas non poteſt ſe impedire. Item ecōtra, quod ciuitas originis non poteſt ſe impedire de his, que facit ciuitas extra conuentiones. Septimo, quia represalie ſunt quoddam remediū extraordinarium, ſed tale remedium non debet dari contra ciuitatem originis, quia ciuitatis poteſtas eſt maior in ciuem ſuū, quam poteſtas patris in filium. l. ū. ff. de iuſti. & iure. & l. poſtliminium. §. filius quoque familias. de capti. Sed contra patrem auxilium extraordinarium non datur, vt C. qui, & a quer. quos. l. fin. ergo nec contra ciuitatem originis. Econtra videtur, & vna poſſit contra aliam represalias concedere. Primo, quia quādo ſunt duo, qui habent vnum ſubditum, quilibet poteſt defendere eum cōtra iniuriam, que eiinfertur ab alio. Exemplum, Pater habet filium ſubditum & ciuitas ſimiliter. d. l. ū. ff. de iuſti. & iure. & l. poſt limi nium. §. fi filius. de capt. ſed ſi pater deliquit in filiū ciuitas punit eum, vt ff. & C. ad leg. Pom. de parri. Et ſi ciuitas procederet cōtra eum filium, pater admitteretur pro ſuo intereſſe ad defenſionem filij, vt C. de accu. l. ſi cuiuſdam. & arg. ff. de appel. l. nō tantum. & l. Lucius. eo. tit. ita in propoſito vna ciuitas cōtra aliam ad defenſionem ſui ciuis poterit concedere represalias. Secundo ſic. Quādo ſunt plures qui habent in re, licet vnū ius ſit potentius altero tū etiā ille qui habet ius debilius, poterit agere contra illum qui habet ius potentius, ſi rem illam damnificat. l. ité. §. ſi. & l. ſeq. & l. ſi dominus ſeruū. ff. ad l. Aquil. ita etiā in propoſito ciuitas, que habet illum ciuem ex cōuentione, licet habeat illud ius debilius quam ciuitas originis, tamē pro eo defenſione poterit ſibi concedere represalias. Tertio ſic, Licet duo ſint domini eiuſdem perſone, tamen ſi vnus in illam delinquat poteſt ab alio coerceri, vt ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi commu
9 nē ſeruū. ita in propoſito. Quarto ſic, Pro propulſanda iniuria poteſt quis conuocare amicos, vt de vi & vi arm. l. ū. §. eum igitur. & ibi no. & no. extra ō homic. c. ſignificaſti. ergo multo magis paſſus iniuriam poterit conuocare ciuitatem, cuius eſt ciuis. Soluitur. Dicendum eſt quod vna ciuitas cōtra aliam poterit represalias concedere, quod probatur, quia poteſtas concedendi represalias ſuccedit in locum ſuperioris, vt dictum eſt ſupra in queſt. i. & ū. nō eſt dubium quod ſi ciuitas mea mihi faciat iniuſtitiam, poſſum adire ſuperiorem, vt ff. quod met. cauſa. l. metū. Animaduertendū & de dolo. l. ſed & ex dolo. §. i. ita ergo in propoſito, & ad hoc cōcludebāt omnes rationes facte pro hac parte. Preterea poteſtas ciuitatis, vel alia quecunque tunc attēditur, cum bene gerit, vel iuſtitiam facit, non cum aliquem ſpoliat vel facit iniuſtitiam, vt ff. pro empt. l. qui fundum. § ſi tutor. & de furt. l. interdum. §. qui tutelam. & ibi not. vnde in propoſita queſtione quando ciuitas facit iniuſtitiam ciui ſuo, non vtitur poteſtate, quam habet in eum. Sicut ergo contra ciuitatem extraneam, ita contra illum poſſunt licite represalie concedi, aliis cō currentibus, de quibus in precedētibus dictum eſt. Et per hoc apparet reſponſum, quaſi ad omnia allegata in cōtrarium. Non obſt. ff. ad municip. l. de iure, quia illud eſt verum quod primo ō bet agi coram illo iudice, tamen ſi denegat facere iuſtitiam, vel facit iniuſtitiam, & non habetur copia ſuperioris, recurritur ad remedia represaliarum.

Ad quartum queritur, an ei qui poſtquam paſſus eſt iniuſtitiam factus eſt ciuis, ſint represalie cōcedende? Ad cuius declarationem primo ſciēdum, quod represalie non poſſunt concedi forenſibus. Ham
10 conceſſio represaliarum eſt quod immodo iuris gētium, vt dixi ſupra tertia queſtione. ū. & iij. queſt. i. ſed illud quod quis facit ad tutelam corporis ſui, fit licite, vt l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. & intelligo, ſuum corpus, ſiue loquamur de corpore indiuiduo, ſiue de corpore miſto, vt de vna ciuitate, vel collegio. Iſta enim appellantur corpora, vt ff. qō cuiuſq; vni. no. l. i. in princ. & de colle. illic. l. i. & ſuper rub. no. vnde ciuitas pro eo, qui eſt ō corpore ſuo defendendo ab iniuriis poteſt concedere represalias, nō pro eo qui eſt extra corpus ſuum. Pro hoc eſt quod in decretis ij. q. i. c. multi. circa medium, ibi, quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare, quaſi dicat de his qui ſunt extra noſtrum corpus nō p
11 tinet ad nos iudicare. Hoc premiſſo ei, qui tempore denegate iuſtitie erat forenſis, licet poſtea efficiatur ciuis, vel incola, non poſſunt de iure concedi represalie. intelligitur de ciue tempore facte iuſtitie nec tale ius tranſit ad nouam ciuitatem. ff. de ſer. corrup. l. doli. §. fina. & l. i. §. ſi ſeruus. ff. de poſi. & de actio. & oblig. l. quecunque. & ibi ſunt concord in glo. & c.

b **Ad quintum** queritur[b] quid de his qui pro ciuibus habentur ex lege, vel ſtatuto quo ad quid. vt poteſtas. ſtipēdiarij ſcholares. & ſimiles? Circa
12 quod eſt ſciendum, quod poteſtas alicuius ciuitatis efficitur ciuis illius ciuitatis, ſeu pro ciue habetur, vt lib. x. C. de incolis. l. ciues. & ibi not. per glossam. Item milites ſeu ſtipendarij habentur pro ciuibus in locum vbi ſtipendium merentur. & ibi forum ſortiuntur, vt ff. ad municip. l. municeps. & not. in d. l. ciues. &
c ff. de iud. l. heres abſens. §. i. in ij. gl. magna. Item ſcholares in terra ſtudij, licet ibi nō efficiantur ciues, vt l. lex Cornelia. §. domum ff. de iniu. & C. de incol. l. ū. lib. x. ff. de iud. l. heres abſens §. primo. in glossa ſuper verbo, domicilium. & tamen in dicta terra habentur, & proteguntur a rectore ipſius terre, vt ciues, vt l. prima conſtitutione. ff. §. penultimo. & C. ne fil. pro patre. auth. habita. Aduertendum etiam quod predicti non habentur, vt ciues quo ad omnia, ſed quo ad qd. Nam poteſtas vel rector huius ciuitatis non poteſt hic conueniri, niſi pro his que hic contraxit, vel ratione officij, vt l. ū. §. legatis. ff. de iudi. ibi, vel ſi qui iudicandi cauſa accerſiti ſunt, conſuncto §. omnes. in ead. l. Et idem intelligo de ſtipendiarijs & ſcholaribus. Et ita debet intelligi quod not. in d. l. heres abſens. §. i in ij. gl. mag. ff. de iudi. ſcilicet quod ſcholares ſortiuntur ibi forum pro his que ibi cōtra
13 xerunt. Hoc premiſſo, ſicut predicti habent ius ciuis limitare, ita habent limitare ius petendi represalias in terra predicta. Nam ſi poteſtas in his quos ſecū ducebat cauſa officij, vel milites in his que cauſa militie, vel ſcholares in his que cauſa ſtudiorum ſecum ducebant vel reducebant paſſi ſunt iniuſtitiam, vel iuſtitia denegata fuit eis, quia quo ad illos ciues non ſunt: ergo, &c. vt ſupra proxi. dixi.

Ad ſextum Queritur, ſi ciues vnius ciuitatis in alia debent tractari vt ciues illi⁹ ciuitatis ex pacto vel ſtatuto an ibi poſſint petere represalias contra tertiam ciuitatem. Circa quod ſciēdum eſt qō per predicta verba, ſcilicet tractentur vt ciues, non efficiuntur ciues: argu. ff. de verb. ſignifica. l. mortis appellatione. & quod ibi no. per gl. & Ja co. de Aret. Item predicta verba hoc important in his que ibi tractare poſſunt, alias de iure addatur iſta qualitas, ſcilicet, quod tractentur vt ciues, quod prodeſt ad multa propter ſtatu
d ta, que faciunt differentiam inter ciues, & forenſes. Hoc patet extenore ipſorum verborum quia nullam poteſtatem dant, ſed ſolum modificant quod tractentur vt ciues. Simile dicit lex qō tutor loco domini habetur, quod intelligitur in his, que de iure facere poteſt, vt ff. pro emp. l. qui fundum. §. ſi tutor. Sed ſi alias in dicta ciuitate non poterat petere represalias, ergo nec modo poterit. Dico tamen quod poſſent eſſe verba ita late cōcepta & poſſet eſſe tanta confederatio duarum ciuitatū, quod eſſent quaſi, vt vnum corpus & quelibet ciuitas poſſet de ciue alterius ciuitatis, ſicut de proprio ſuo ciue facere, vt ff. de capt. l. nō dubito & tunc poſſet petere ibi represalias, ſicut ciuis illius ciuitatis, hoc autem factum eſt.

ADDITIONES.

a Tb.B.¶Ad primum. Vide Bart.in l.j.ff.ad municip.in vſi. ꝟ.ex iſta.ꝛ ibi vide Alex.in addi.ꝛ ibi apoſtil.meam.ꝛ Bar ſ.in j.qui.ff.vꝟ.queſt prin.ꝛ Alex.de Imo.in conſi.xli in vꝟ.vol. incip.ex multis que in themate.in j.col.ꝛ ſeq.ꝛ Bapti.Seue.in l. j.C.de ſumma Tri.ꝛ fide cathol.

✳ B L.¶Subꝟt.Adde quod hoc dictum refert,ꝛ ſequitur preceptor meus Soc.conſi.ccxcꝟ.

b Tho.Dip.¶Ad quintum queritur. Vide Bart.in l.ſi marit⁹. ſ.j.ff.de adult.ꝛ ibi Ale.in addi.ff.de addult.ꝛ vide apoſtil meã Bar.in l.heres abſens.ſ.proinde.ꝛ ibi Alexan.in additio.ff.de iudic.

c ¶Scholares.No.quod dicit Bar.hic quod ſcholaris non pōt in loco ſtudiꝟ conuenirꝟ ex cōtractibus alibi geſtis.ꝛ vide Phil. Franc.in c.Romana.ſ.nec etiam.de foro comp.lib.vi.

d ¶Differentiam. Vide in l.ſi maritus.ſ.legis Julie.de adult. ff.de adulte.

1 ¶Repreſalie contra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit,quando concedi poſſunt.

2 Officialis qui fecit iniuſtitiam de qua durante officio poterat conueniri,ſi conueniretur in loco proprio, debet ad locum officꝟ remitti.

3 Repreſalie,contra officiales ꝛ poteſtates faciētes iniuſtitiam, quando concedi poſſunt.

4 Conſilium vt officiales ¶Poteſtatis non teneantur pro iniuſtitia per ¶Poteſtatē facta,ꝛ contra eos repreſalie nō concedūtur.

5 Repreſalie contra conſules,ꝛ priores ciuitatis facientes iniuſtitiam concedi poſſunt.

6 Repreſalie poſſunt concedi contra ſingulares homines ciuitatis.

7 Homo liber pro alio capi poteſt neceſſitate exiſtente.

8 Repreſalie poſſunt concedi contra terras ſubditas ſimpliciter, non ſi ſunt ſubdite quo ad quedam.

9 Repreſalie poſſunt concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iuſtitiam.

SExta principalis queſtio eſt, contra quos repreſalie concedantur. Circa quod queritur primo,an cōtra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit,vel iuſtitiam denegauit poſſint concedi repreſalie. Secundo, an contra officiales dicti poteſtatis, ſeu rectoris poſſint repreſalie concedi. Tertio, an contra conſules,ſeu priores ciuitatis poſſint repreſalie concedi. Quarto⁹ queritur,an contra ſingulares homines qui nihil habent facere in regimine,vel in officio ciuitatis poſſint repreſalie cōcedi. Quinto,vtrum repreſalie poſſint concedi contra homines terrarum ſubditarum quo ad quedā non tamen ſimpliciter. Sexto, vtrū repreſalie poſſint concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iuſtitiam.

Ad primum queritur an contra rectorem ciuitatis forenſem,qui iniuſtitiam fecit repreſalie poſſint concedi. Ad quod dicit Jacobus de Belui.in queſtione ſua quam ponit authent.vt non ſi.pign,quod contra eum concedi poſſint, argumen.ff.quod quiſque iur.l.j. extra de ſenten.ex communicatio.c.Romana.ſ.caueant.lib.vi.Mihi autem videtur ſic dicendum,aut poteſtas facit talem iniuſtitiam pro qua non poteſt conueniri durāte officio,vt ff.de iudi.l.pars literarum de iureiuran.l.nec magiſtratibus.ꝛ tunc contra eum non poſſint concedi repreſalie. Ratio, quia nec iudex ſuperior habet durante officio,in cuius locum ſuccedit ius cōcedendi in eum repreſalias,vt dictum eſt,ꝛ finito officio,non poſſunt ſimiliter concedi,niſi requiſito iudice,qui habet eum ſyndicare, ſicut in quolibet alio primato debitore,vt dictum eſt ſupra vꝟ.queſt.iiꝟ. Iudex autem terre proprie ipſius rectoris debet requiri,vt infra dicam.Aut rector ille fecit talem iniuſtitiam,de qua durante officio poteſt conueniri,ꝛ tunc durante officio, poterunt repreſalie contra eum concedi eadem ratione precedentibus ſolēnitatibus requiſitis. Iudex autem ciuitatis proprie illius poteſtatis ſeu rectoris non debet requiri,quia ibi talis cauſa nō debet agitari.imo ad locum officꝟ oporteret remitti,vt C.vbi de ratiocin.agi.opor.l.ꝟ.ꝛ C.vt omnes iudi.tam ciui,quam crim.poſt depo.admi.ꝛc.l.vnica.ꝛ in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.ſ. neceſſitatem.

Ad ſecundum queritur, an contra officiales, poteſtates ſeu rectores,poſſit cōcedi repreſalie: Jaco.de Belui.in predicta queſtione dicit,q3 ſic. Ego dico,quando q3 ſunt aliqui officiales,qui expreſſe iuerunt rectorem ad talē iniuſtitiam faciendā ꝛ cōtra illos ſine dubio poſſunt cōcedi repreſalie,vt l.nullā.C.de exec.ꝛ exac.lib.xꝟ.

a Quidā ſunt⁹,qui expreſſe cōtradixerūt,ꝛ cōtra illos non poſſunt repreſalie concedi,vt C.de appel.l.quoniam iudices.ꝛ Lon-
4 nes iudices.in fi.de decur.lib.x. Et ideo cōſilium eſt officialis, quando talia occurrunt,quo proteſtantur q3 non conſentiunt, ꝛ quod illa,que fiunt,non fiunt de iure,ꝛ de hoc fiat inſtrumentum, hoc ibi videtur requiri.d.l.quoniam iudices. Quidā ſunt officiales,qui nec conſentiunt,nec cōtradicunt,q3 forte ſunt abſentes,vel ignorantes,cōtra illos nō poſſunt cōcedi repreſalie. l.j.in princ.ff.de magi.conue.ibi, preſentes, ꝛc.in gloſ.ibi poſita, in verb.eos.Quidā ſunt officiales preſentes,qui non contradicunt,nec conſentiunt,ꝛ tunc eſt aduertēdum quod quidam ſunt officiales ad ea,que ſunt mere facti,nec conſilia requiruntur,vt notarij,berouarij,ꝛ ſimiles,ꝛ tunc etiam contra hos non poſſunt concedi repreſalie qui nō poſſunt reſiſtere domino ſine dedecore,ideo reſiſtere nō tenentur.l.vnica.ſ officiū.C.vt omnes iudic.tam ciui.quam crimi. Nec obſt.quod glo.ibi in verb.debito tamē honore,dicit eſſe correctum, quia verum eſt in caſu illo q3 quilibet poteſt reſiſtere fugienti, non autē alijs caſibus ſic notatis.Quidam ſunt officiales,qui adhibentur ad conſentiendum,ꝛ contra iſtos,ſi non contradicunt, poſſunt concedi repreſalie.d.l.quoniam iudices.cum ſimi.ꝛ hoc,ſi ſciuerunt: alias ni eſt quid eis imputetur. Sed ſi dubitatur, an officialis fuerit preſens, vel abſens,ꝛ vtrum fuerit ſciens, vel ignorans, qui preſumatur in dubio,cogita per te ipſum.

5 Ad tertiuꝫ †queritur,an cōtra cōſules,ſeu priores ciuitatis iuſtitiā denegantes poſſunt cōcedi repreſalie: Jac.de Bel.in q.predicta diſputata per iura allega.ſ.in hac q.j.dicit quod ſic,quod intelligo verū cōtra priores.vel conſules preſentes: ſecus cōtra abſentes.vt d.l. prin.ff.de mag.conue.tūc enim contra illos abſentes non poſſunt cōcedi repreſalie,tanquam contra conſules,ſeu priores,ſed tanquam contra quoſlibet alios de populo,vt dicam ſ.proxime.

b Ad quartum bqueritur,an cōtra ſingulares homines, qui nihil habēt facere in officio,vel regimine ciuitatis poſſunt repreſalie cōcedi: Jaco. Bel.in predicta diſputatione dicit, quod nullo modo poſſunt contra tales repreſalie concedi: quia pro debito ciuitatis non tenentur homines ſingulares, vt ff. quod cuiuſque vniuerſitatis.ſicut municipū.ſ.ſi quid vniuerſitati.quod met.cauſa.metum.ſ. animaduertendū.ꝛ de dolo.l.ſed ex dolo.ſ.j.ꝛ de regul.iuris ſ.refertur.ꝛ extra de ſent.ex.excommu.c.Romana.ſ.rurſus
6 tatem libro ſexto.† Sed mihi videtur contrarium per ea,quod minus noſter.xxiiꝟ.q.ꝟ.vbi dicitur gēs.vel ciuitas plectitur,tota ergo gens ciuitatis plectitur. ¶Preterea,licet ſententia excommunicationis non poſſet ferri in vniuerſitatem,vt d.Romana tamen fertur ſententia interdicti, que ligat in quolibet populo etiam innocentes,vt c.ſi ſententia.extra de ſenten.excom.lib.vi.Si ergo pōteſt hominibus ſingularibus propter delictum interdici eccleſiaſticum ſacramentum, ꝛ ſepultura.multo magis poſſunt eorum bona temporalia auferri,ꝛ poſſunt capi propter quod interdicitur ei vti propria libertate.hec enim animam non ligant. ¶Preterea,concedere repreſalias eſt quoddam bellum particulare,indicere vt ſupra dictū eſt,a concedentibus,ſed in illo bello etiam innoxij capiuntur,ergo,
7 ¶Hoc probatur in d.c.dominus noſter. ¶Preterea,licet aliquis capitur,ſit innocens, tamen ciuitas habet ius mercatum cauſa neceſſitatis poteſt capi,vt diximus ſ.j.q.ꝟ.pro hoc.vſ. feud.ꝛ de ſtat.contra libertatem eccleſie.ſ.i.ꝛ ſ.ſi vero dominus.ꝛ C.de ſacroſanct eccleſ.auth.caſſa.ibi,bona eorum pertum noſtrum imperium ab omnibus occupentur.ꝛ C.de hered. ꝛ auth.ſi vero dominus,ꝛ ſic contra omnes poſſunt concedi repreſalie de conſuetudine obſeruatur. Sunt tamen quidam qui dicūt non poſſunt vigore repreſaliarum, ſic generaliter concellarum de quibus dicemus ſ.in ſeq.q.princi.

c Ad quintum c'queritur vtrum repreſalie poſſint concedi cōtra homines terrarū ſubditarum,quo ad quedam,non ſimpliciter? †Reſpon.quedā ſunt terre ſubdite alicui domino,terre,vel ciuitati, vel principi ſimpliciter,ſed in quibuſdam ſunt priuilegiate, vt habeant certa iuriſdictiones,ꝛ exceptiones,vt ſunt multe in multis regnis: contra iſtos poſſunt concedi repreſalie: quia vere ſubdite ſunt argumen.l.Titius.C.de operis libert.ꝛ de liber.cauſ.l.ſi.Quedam ſunt terre, que ſimpliciter ſunt libere, ſed ſe ſubmittunt quo ad quedam,ꝛ ſunt multe terre ſubdite huic ciuitati,ꝛ contra iſtas non poſſunt concedi repreſalie propter delictum ciuitatis vel domini,qui eas habēt ſubditas:quia ille ſunt libere,vt ff.de capt.l.non dubito. ¶Propter delictum tamen ipſarum terrarum ſubditarum poſſunt concedi, ſicut ſi poſſet eis iuſtum bellum indici,ſi denegarent tranſitum per territorium eorum.vide q.ꝟ.c.notandum,ꝛc.

Ad ſecundum

6 **Ad certum** queritur, vtrum † represalie possint cō cedi cōtra certum genus hominum ci uitatis denegantis facere iustitiam? Ad quod dico, sicut inder qui exequitur sententiam, debet capere res que non sunt in cō troversia, si potest, ita concedens represalias (quantum potest) cum minori scandalo potest cōcedere, vt capiatur certum gen hominum, vel res, vel quod quilibet homo ciuitatis contra quē cogitur soluere certam quantitatem, cum transit pro persona, vel pro estimatione rerum. Et hec omnia vidi obseruari de facto secundum diuersitatem locorum.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Quidam sunt. Vide per Bar. in l. quoniam indices, & ibi Aler. in addit. C. de appell.

b ¶ Ad quartum. Vide per Paul. de Cast. in cōsil. cccxiiij. incip. super eō quod primo loco, in secundo dubio, & ibi videas omnino, qui concludit in ciue, quod represalie non extenduntur ad filios, & personas natas post represalias, & vide Aler. de Imo. in li. quis iniquum. §. fina. in addit. Bart. que incip. facta. ff. quod quisque iur.

¶ Ad quartum. Vide Bart. in l. nō dubito. ff. de cap. & postlim. reuer. & ibi Alexan. in addit. & ibi vide me am apostill. facit quod consulit Bal. in fauorem forensium, in consil. cxj. in j. vols. incip. quatuor. in fine.

1 ¶ Represalie concesse contra ciuitatem possunt exerceri contra eius incolas subeuntes tamen munera.

c 2 Homines de Florentia, & homines Florentini idem important.

3 Represalie an possit concedi contra ciues alibi morā trahentes.

¶ Ius Florentinus alibi habitans, dicitur Florentinus, si sui subeunt ibi munera.

4 Represalie non possunt concedi contra ciuem ciuitatis concedentis qui etiam sit ciuis ciuitatis, contra quam conceduntur.

5 Represalie non conceduntur contra mulieres, vt personaliter capiantur.

6 Represalie contra clericos exerceri non possunt.

7 Represalie non exercentur contra scholares, nec contra nuncios nec famulos eorum.

Non exercentur contra scriptores, & bidellos, & numero 8.

Non exercentur contra patrem scholaris visitantem filium in studio, & num. 9.

10 Scholarem esse probatur ex qualitate rerum, quas defert ex cō suetudine eundi & redeundi.

11 Represalie non exercentur contra ambasiatores.

Ambasiatorem quem esse probatur per literas. Nō exercentur contra testes, qui causa testimonij accedunt, vel contra eos qui inuiti trahuntur nec contra eorum famulos, & num. 12. Contra euntes ad nundinas in loco nundinarum nō exercentur, in alio loco, & num. Non exercentur contra euntes ad indulgentiam nec contra eorum famulos & num. 14. Nec contra tenētes hospitium in loco vbi sunt indulgentie. & num. 15. Nec contra applicantes vi ventorum in aliquo loco. & num. 16. Nec contra eos qui in ius vocari non possunt de iure communi & num. 17.

Circa primum principalis questio est, si represalie simpliciter concedantur cōtra homines & personas alicuius terre contra quas possonas possint exerceri. Circa quod queritur plura. Primo, an contra incolam ciuitatis possunt represalie exerceri. Secundo, an contra ciues illius ciuitatis alibi morā trahentes. Tertio, an contra ciues illius ciuitatis, qui sunt ciues, vel incole illius ciuitatis concedentis. Quarto, an contra mulieres possunt represalie exerceri. Quinto, an possunt exerceri contra clericos. Sexto, an possunt exerceri contra scholares. Septimo an possint exercen cōtra ambasiatores. Octauo, an contra euntes ad nundinas possint represalie exerceri. Nono, an contra euntes ad indulgentiam. Decimo, an contra nauigantes, qui vi ventorum impelluntur in aliquem locum. Undecimo, an cōtra eos, qui in ius vocari non possunt represalie exerceri possint. Modo veniamus ad singula per ordinem.

b **Ad primum** queritur, an contra incolas ciuitatis exerceri. Ad † declarationem huius questionis premittendum est represalias concessas simpliciter, vt contra homines Florentinos, vel cōtra homines, & personas de Florentia. Et sciendū est, quod ista verba homines de Florentia, vel homines Florentinos, idem important. vt ff. de excusat. tuto. l. sed & reprobari. §. amplius, & ibi not. per glos. super verbo, Lumanus, sed ista verba homines Florentinos b, referuntur ad municipes ciuitatis, vt ff. ad ¶ Municip. l. j. ibi, Campanos, ¶ Puteolanos, &c. in versic. sequēti. Sed verbum municipes, est genus ad ciues, & incolas, vt not. C. de incolis. l. ciues lib x. & probatur. ff. ad municip. l. fi §. municipes. apparet ergo quod virtute illorum incole comprehendantur, quod intelligo de incolis subeuntibus ibi munera vt ff. ad munici. l. j. ibi, recepti in ciuitatem. &c. & dicit supra, quarta questio. j. secus si munera non ibi subeunt, & hoc esse verum apparet, quia ¶ potestas ciuitatis si non vult, quem admittere, potest. l. fina. ff. de legibus. Sed illud quod quis potest acceptare antequam acceptet, non dicitur in bonis suis. ita incola antequam recipiatur ad munera, non dicitur proprie ciuis illius ciuitatis. & sic contra eum non poterunt represalie exerceri, &c.

c 2 **Ad secundum** queritur, † an contra ciues illius ciuitatis alibi morantes trahētes possint represalie exerceri semper, retēto eodem themate quod represalie, sunt concesse cōtra Florētinos vel bon. ciues de Florentia: est dubium, vtrum ex eo, quod ciues de Florentia alibi habitant, desinant esse Florentini, vel de Florentia: Videtur quod non, quia origo non mutatur l. assumptio. ff. ad municip. Nec obstat. ff. de verborum significatio. l. prouinciales, quia subauditur ibi tantum secundum primam lecturam glosse, & hec est vera opinio. Vel secundum alios, aut represalie sunt concesse contra homines de vna prouincia, vt contra ¶ Sarchinos, & tunc qui non habitat in prouincia, dicitur prouincialis. d. l. prouinciales. aut contra homines de vna ciuitate, & procedit precedens opinio. Ita sentit glo. in verbo. non eos. in dicta l. prouinciales. que opinio non placet, non enim video rationem diuersitatis inter ciuitatem, & prouinciam, vel secundum alios. Aut habitat in alia ciuitate eiusdem prouincie, & tunc remanet Florentinus aut in alia ciuitate alterius prouicie, & tunc secus. d. l. prouinciales. Et ita sentit glo. in verbo, non mutat. C. de adopt. l. in adoptionem. i. quidam, quod non placet eadē ratione. Alij dicunt, aut loquimur secundum propriam significationem vocabuli, & remanet Florentinus, vt d. l. assumptio. aut secundum communem vsum loquendi, & non est Florentinus, quia ibi nō habitat d. l. prouinciales. & ita dicebat dominus Jacobus de Aret. Oldra. sed communis vsus loquendi preualet omni propie significationi, vt l. libz orum. §. quod tamen Cassius. de legatis tertio ergo talis alibi habitans non poterit capi pro represaliis. Alij dicunt, quod hec verba, Florentinus, & de Florētia, debent intelligi de eo, qui ibi conuersatur, & morat. argumē. l. j. §. bestias ff. de postulat. & magis debemus inspicere accidens quam originem, & ita consuluit dominus Lamb. de Ramponis 3 bus. Ego † alias in discursu lectionis, in d. l. prouinciales. ff. de verborum significat. dicebam quod ille talis qui alibi morat, non potest capi tanquam Florentinus, qz ipse non fuit in culpa, argum. l. j. in princip. ff. de magi. conue. quod esset verum sine dubio, secundum opin. Jaco. de Bel. quam reprobaui supra vj. quest. princ. quest. quarta, & isto modo videtur sic dicendum qō Florentinus siue de Florentia est, qui inde est municeps, vt diximus supra proxi. questio. & intelligitur de municipe proprie, qui ibi munera subit. Aut ergo aliquis habitabat alibi, & Florentie munera nō subit per se, nec per patrem, nec per fratres nec per ✳ alios, non dicitur Florentinus proprie. Aut ibi subit munera per se, vel per patrem, vel per fratres, vel per alios, & tunc licet. alibi moretur, Florentinus est. d. l. j. ff. ad municip. & de excu. tut. l. sed & reprobari. §. amplius. & videtur hoc expressius. C. de agri. & cen. l. cum scimus. § illud. lib. xj. Illud autem quod dicit Jaco. de Aret. de communi vsu loquendi est facti, scio quod bic talis vsus loquendi non est, &c.

4 **Ad tertium** queritur, † an represalie possunt exerceri cōtra ciues illius ciuitatis, qui sunt ciues, vel incole illius ciuitatis concedētis: Videtur, qz sic quia si possunt exerceri contra non subditum ciuitati concedenti, multo magis contra subditum. Preterea dominus potest petere vt vsufructuario denegetur ius vtēdi, fruēdi propter eius contumaciam & cōtra. l. si proprietarius. ff. de dam. iufe. & l. hoc amplius. § fin. cum l. sequen. eodem titu. ita hic poterit capi propter ius, quod habet in eo ciuitas, contra quam sunt concesse, licet etiam habeat in eo ius ciuitas concedens. In contrarium videtur quod istud ius concedendi represalias est inductum inde fectum iurisdictionis, quam ordinarij debēt exercere, vt in precedentibus pluries est dictum, sed ciuitas concedens potest in suum ciuem exercere iurisdictionē ordinarie: ergo cōtra eū non extēdūtur represalie. ¶ Pro hoc videtur casus ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue. l. j. §. habet itaque. arg. l. serui, & filij. in prin. ff. de fur. Preterea ciuitas concedens represalias tenetur ciuem, vel incolam suum defendere ab iniurijs, que inferuntur per alium, vt dixi supra in quest. prima. ergo ipsa ciuitas ciui suo non deberet inferre violentiam: licet sit ciuis alterius ciuitatis, argumen. ff
d de euic. l. vendicantem. Preterea d quando ciuitas aliquid con-

cedit,intelligitur concedere,vt ille cui conceditur,contra se non vtatur,vt l.in fraudem.§.neque instrumẽta.ff.de iure fisci.& l.si peculium.§.sicut autẽ.de pecul.leg.sed si ciues possent capi,ergo videtur concessisse cõtra seipsam. Preterea in concessione, subintelligitur sine iniuria priuatorum cõcedentis, vt C.de emanc.lib.l.nec aũs.& l.ũ.§.merito.& §.si quis a principe ff.ne quid in loco publ.multo magis intelligitur cõcedere quod exerceantur represaliæ sine ipsius ciuis iniuria: quia si ciuis caperetur,lederetur Respubli.cuius interest locupletes habere subiectos. Et istud pto verum etiam si talis ciuis fuisset particeps criminis. Nam ex vigore talium represaliarum supplicitet cõcessarum nõn posset capi,sed deberet specialiter concedi,vel cõtra talem ciuem ordinarie procedi per ciuitatem concedentem represalias.

5 **Ad quartum** †queritur, an represaliæ possunt exerceri contra mulieres? Videtur quod sic: Sicut enim in bello capiuntur mulieres,& habent postliminium.l.i.C. de postlim.reuers.cum similibus.ita in hoc articulo bello. Sed dico, quod in persona capi non possent. C.de offic.diuersi iudi.authent.sed hodie.de custo.reorũ authẽ. sed nouo iure,licet enim quasi de iure gentium concedantur, tamen debent ciuiliter intelligi argumen.l.si cui simplici.ff. de seruit.titulo generali,&c.

6 **Ad quintum** †queritur,an possint exerceri cõtra clericos? Lex est expressus, vt non in c.& si pignorationes.extra de iniu.& dam.& lib.vi. Sed quid de clericis coniugatis non euntibus in habitu? Respond. tunc priuilegio clericorum non gaudent, vt extra de cler.coniu. ca.lib.vi. Sed dubitatur quid si vnus Episcopus nõ facit iustitiam de clericis,& ad superiorem nõ potest haberi recursus,forte quia ille Episcopus est tyrannus,vel schismaticus,vtrũ tunc contra clericos illius Episcopi poterunt concedi,& exerceri represalie authoritate iudicis secularis vel alterius Episcopi? Videtur quod sic: quia d.c.& si pignorationes loquitur quando represalie concedũtur propter delictum laicorum. In hoc autem standum canonistis,quibus relinquo.

7 e **Ad septimum** †queritur,an cõtra scholares possunt exerceri represaliæ,ter.est.quod non,in authent.habita.C.ne fil.pro patre sine tam applicuerit ad studij locum,siue peregrinetur studij causa,sed nunquid predicta habent locum in ciuitatibus non habentibus priuilegia studij? Respon.ut loquimur in alia scientia studẽtibus,quam legali,& tunc talis scientia possit vbique doceri.vt ff.de excusatio.tutel. l.si duas tunc autem credo idem in omni ciuitate:quia d.authẽ. habita loquitur generaliter. Aut loquimur de studentibus in scientia legali,& tunc illa non potest legi in ciuitatibus non priuilegiatis,& si alibi docetur delictum est, vt in proemio digestorum.§.hec autem tria.& ideo in alijs ciuitatibus non haberet locum tale priuilegium,& hoc de iure stricto. Dicunt tamen quidam doctores, quod illi § hec autem tria.est hodie derogatum per desuetudinem.cum & in ciuitatibus non priuilegiatis docẽtur iura,& quod hodie ratio istius §.cesset:quia cum multi sciant hodie iura,nõ est dubium,nec timor,quod tradetur, adulterina scientia. Ideo equum putarem quod euntes ad talia studia gauderent hoc priuilegio,& quod dico de scholaribus, idem puto de nunciijs,& famulis eorum.d.authen.habita ibi, eorum nũcij,&c.

8 & idẽ de scriptoribus, & bidellis, & siquidem necessarij sunt in studio,argumen.ff. in proemio, circa finem, vbi eodem modo conceduntur iurisdictiones vt in alijs,argumen.ff.de testamẽ. mil.l.i.& de bon.poss.ex testã.mil.l.vnica.& C.de testamen.mil.l.

9 seruitarijs,& idem de patre qui iret ad videndum filios in studio not.ff.de iudic.l.ũ.§.idem Claudio.in glossa super verbo,

10 venerat.† Sed qualiter probabitur quod sit scholaris,vel quod vadat causa studij? Ego respondeo,ex qualitate rerum,quas defert,& similibus,argumen.ff.de re mili.l.non omnes.§.a Barbaris. Idem ex consuetudine eundi,& redeundi ad studium.arg. l.naturalem.§.seruos.ff.de acq.re.dom.& ex multis alijs,que diligens iudex,qui super hoc cognoscit poterit inuenire.

11 **Ad octauum** †queritur an cõtra ambasiatores possunt represaliæ exerceri? Respond. non, vt l.sanctum.ff.de rer.de legatis primo.l. finali.& l.ũ.§.legatis.ff.de iud.& hoc verum quod non possunt capi, in ciuitate,ad quam sunt destinati, nec in alia, per quam transitum facerent dicto §.legatis.& ibi not in glossa super verbo,destinati quod autem sint legati,probabitur per literas siue ambasiate.vel alio modo legitimo.l.vnica.C.de mandat.Princip.Et

12 idem† videtur dicendum de his, qui causa testimonij, vel alias trahuntur inuiti. vel destinati sunt in aliam ciuitatem, & idem de seruitoribus predictorum,argumen.eorum que supra proxime dicta sunt.

13 **Ad octauum** †Queritur,an cõtra euntes ad nundinas possint represaliæ exerceri? Respon.in loco,seu territorio eius,qui tenet nundinas,nõ possunt contra venientes ad nundinas represaliæ exerceri, cuius est.C.de nundi.l.vnica.& si vadens ad nundinas transit per aliquem territorium,an possint represaliæ exerceri non reperio prohibitum,licet sit argumen.contra id quod supra proximedicitur de aliud in illis qui necessario munere funguntur.hi autem voluntarie vadunt ad nũdinas, qualiter autẽ probabitur, quod quis vadit ad nundinas? Resp.vt supra in precedentibus dixi.

14 **Ad nonum** †Queritur,an cõtra euntes ad nundinas gentiã possint represaliæ exerceri. Respon.non,vt C.cõmunia de succes.authen.omnes peregrini.& libere hospitentur,&c.& tenet glos.in verbo.ob aliam causam merit.l.ũ.§.legatis.versicu.nam Celsus. ff.de iudic.& in figura huius propter eorum securitatem,vt cognoscantur qui sint peregrini euntes ad indulgentiam portent baculum,& peram sicut legati oliuam portabant, vt l.sanctum.ff.de rerum diui.&

15 idem puto de famulis,& de seruitoribus eorum. Et idem puto de his qui vadunt ad loca, vbi sunt iste due indulgentie generales, vt ibi teneant hospitium in seruitium peregrinantium. argumen.eorum que dixi circa scholares de scriptoribus,& bidellis,& similibus.

16 **Ad decimum** Queritur,an contra homines nauigantes qui vi ventorum impelluntur in aliquem locum, possunt represaliæ exerceri? Et puto quod non, & hoc per auth.nauigia. C. de fur.que hoc expresse vult.C.de naui.l.i.& de nauf.lib.xi Ad hoc etiam facit optime Cesar,ff.de publican.

17 **Ad vndecimum** Querit,an contra eos qui in ius vocati sunt possint exerceri represaliæ. Respon.non, vt sunt hi qui ponuntur in l.ũ.& tertia.ff.de in ius voc. Si enim essent condemnati ipsi non possunt capi,multo magis pro debito,vel delicto alterius. Est enim captio quedam citatio realis,& ideo si aliquis de ciuitate contra quam concesse sunt represaliæ eligeretur,& potestas non posset hic capi propter officium. Item si aliquis diceret vxorem de vna ciuitate ad aliam, ad faciendum nuptias. Idem si aliquis iret ab vna ciuitate ad aliam, ad funus consanguinei. Idem si esset furiosus, vel infans, vel impubes. Contra eos omnes possent represaliæ exerceri,vt dicta l.ũ.& tertia,& impubes. de in ius vocan.&c.

ADDITIONES.

a Tho.D. Ad primum vide Bartol.in l.prima.ff.ad municipia,& ibi Alexand.in additioni & Bart.supra in questio.& principi.& in l. prouinciales. ff. de verborum significatio.& ibi Alexand.in additio.& Francis.de Aretio in l.ũ.in princip.ff. verbo.oblig.

b Florentinos. Vide Alexan.in rubri.ff.solu. matrimo.& ibi de legat.i.

c Ad secundum.Vide Ange.de Aret.in §.pauonum.ff. de rer.diui.& Bar.in l prouinciales.& ibi Alex.& ibi apostil.meam.ff.de verbo.signifi.& Bet.de Anan.in tutum.§.cum vero.& ibi Philip.Franc.de referip lib. Subdit.Adde.q hoc idem consulendo tenet Socinus do ad argu.hic in consi.cccij.vol.ij.

d Tho.D. Preterea.Vide Aler.in consil.xvij.in vij. incip.consideratis.an si.

e Ad sextum queritur.Vide Feli.in c.ij.de foro compet.

1 Represaliæ quando poterunt exerceri contra res personarum,contra quas non possint exerceri.

2 Res aliorum portate per eos, contra quos represaliæ exerceri non possunt,poterunt pro represaliis capi.

3 Res existentes in territorio ciuitatis, contra quã cõcessæ sunt represaliæ,non possunt capi,& duci ad ciuitatem concedentem.

4 Res existentes in territorio alterius ciuitatis,etiam scribendo iudici illius ciuitatis non possunt capi pro represaliis.

Octaua Principalis questio est, si represaliæ simpliciter concedantur, circa quas res poterunt exerceri,& quia dubitatum est, vtrum possint exerceri in rebus,& contra res mobiles,& immobiles,& le mouentes hominum,& personarum illius loci, contra quem represaliæ sunt concesse, que reperiuntur in territorio ciuitatis concedentis,quedam tamen possunt recurrere debita, que examinanda sunt. Et primo dubitatur an res dictarum personarum contra quas non possunt exerceri represaliæ possint

possunt pro represaliis capi. ¶Secundo que sint dicte persone contra quas non possunt exerceri. ¶Tertio, an possint capi res existentes in territorio ciuitatis, contra quam conceduntur represalie, & duci ad ciuitatem concedentem. ¶Quarto, an possint capi res existentes in territorio alicuius tertie ciuitatis scribendo iudici illius ciuitatis, &c.

Ad primum Queritur, vtrum res dictarum personarum contra quas possunt exerceri represalie possunt pro represaliis capi. †Ad quod dico, q̃dam sunt persone contra quas non possunt exerceri represalie solum ratione persone, vt quia mulier, infans, vel furiosus, vel similis, & tunc sine dubio contra res eorum poterunt exerceri, vt l. satis. ff. de in ius voc. & in authen. vt nul. iud. §. necessarium vero credimus. verſic. si vero mulier post legitimam. Intellige tamen quod non capiuntur res eorum taliter, vt per hoc videantur retineri persone, non enim posset mulier spoliari vestimentis, vel aliis rebus, sine quibus honeste viuere non posset, vt in eadem §. fi. ff. ex quibus cau. maio. & quod ibi no. Quedam sunt persone contra quas non possunt exerceri represalie ex certa causa, vt contra scholares, vel ambasiatores, vel similes, et tunc contra res eorum quas portarent, vel haberent necessarias ad illam causam non debent exerceri represalie, sed contra alias fiet publicanus, §. de rebus. ff. de public. facit quod dixi supra post. q. circa scholares, &c.

Ad secundum Queritur, †quid si dicte persone, cõtra quas non possunt exerceri represalie, portent res aliarum personarũ, contra quas possint exerceri? Respon. si quidem portent dictas res necessarias ad suum vsum, vt equum ad equitandum, & similia, de quibus in l. inlege censoria. ff. de verbo. signifi. & tunc non possunt capi, vt dixi supra in questio. precedenti, circa scholares. Si vero non essent eis necessarie, tunc possunt capi nec est qui repugnet, l. sacrosanc. de sacrosanc. eccles.

Ad tertium †Queritur, an possint capi res existentes in territorio ciuitatis, contra quã represalie conceduntur, & duci ad ciuitatem concedentem? si quidem represalie simpliciter sunt concesse, non intelligitur data ptãs vtendi in territorio concedentis, non enim vltra extenditur simplex cõcessio. l. cuz vnus. §. is cuius. ff. de bon. autho. iud. pos. & extra de consti. c. vt animar. lib. vi. ¶Preterea concessio represaliarum est quoddam particulare concessum priuato contra priuatos, vt dictum est 3. xvi. q. quarta. sed si equitaretur in territorio ciuitatis, contra quam esset bellum vniuersale, & cõtra ipsam ciuitatem, ergo, &c. Preterea aggredi in territorio alterius ciuitatis est causa maioris tumultus, ergo non videtur concessum in dubio. l. non est singulis. ff. de regu. iur. Cõcludo ergo quod solum in territorio concedentis possunt represalie concedi, alias exerceri, nec potest quis aggredi territorium alterius, nisi hoc fit expressum per verba hoc de necessitate importantia. Qui ergo vult faciat hoc exprimi specialiter in concessione.

Ad quartum Queritur †an possint capi res site in territorio alterius tertie ciuitatis scribendo iudici illius ciuitatis? Respond. licet de iure communi in executione sententie hoc permittatur, l. a diuo Pio. §. j. ff. de re iudi. & ff. de bo. author. iud. pos. l. cum vnus. §. pen. cuz sim. tamen cum represalie sint quoddam bellum, vt dictum est, quis non potest cogere alium ad bellum, nisi sibi subditum, in vsu feudan tit. hic finitur ler Conrad. cap. domino guerram. et quis non cogitur alium iuuare, nisi eum cui subest, vt l. culpa caret, & quod ibi not. ff. de reg. iur. & per Dy. extra. de reg. iur. non est sine culpa lib. vi. nisi forte esset ciuitas federata, que deberet facere guerram, & pacem, ad petitionem hoc scribentis per ea que dicta sunt, & arg. ad hoc optimum. ff. de cap. & post. re, l. non dubito. circa finem, &c.

1 ¶Capere homines, et res vigore represaliarum propria authoritate quis potest, quando copia iudicis haberi non potest.
2 Persona capta pro represaliis debet ad iudicem duci.
3 Res capte pro represaliis possunt per capientem retineri.
4 Res pro represaliis capte venduntur, & estimantur iudicis authoritate.
5 Represalie possunt exerceri die feriato ob necessitatem hominum, in ferijs autem in honorem Dei possunt ex causa.
6 Represalie si concedunt p habentẽ ptãtem legis cõdende. possunt concedi, vt exerceant etiã diebus feriatis in honorez Dei.
7 Cognitio summaria, vel ordinaria, quando quis vult defendere se, & res suas occasione represaliarum captas.

Non Questio principalis est qualiter represalie exerceant circa quod q̃runt multa. ¶Primo, an qs possit capere boues et res vigore represaliarũ per se, an per ministros iustitie, & suos.

¶Secundo an homines, et res captas teneatur quis iudici presentare an vero possit in suo priuato carcere retinere.
¶Tertio, qualiter res capte vendantur, et estimentur.
¶Quarto, an represalie possint exerceri die feriata, vel non.
¶Quinto, si aliquis vult defendere se & res suas occasione represaliarum captas, qualis cognitio debeat adhiberi.

1 **Ad primum** Queritur †an quis capere possit homines et res vigore represaliarum per se, an vero per ministros? Et videtur quod per se, sicut in bello per se homines, et res capiuntur. Sed certe vt dixi supra octaua questione quarta, verba istius concessionis debent intelligi ciuiliter, & ideo puto quod non possit capere homines, nec
a res sua authoritate. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. et de regu. iuris. l. non est singulis. quod tenet Jac. de Bel. in authẽ. vt non fi. pigno. in questio. quam ibi ponit, quod intellige si potest haberi copia iudicis, qui cõcedat suos ministros, alias posset capere sua authoritate, vt l. ait pretor. §. si debitorem. ff. que in frau. credito. & C. de decu. l. generali. li. x. & ff. quod vi, aut clam. l. si alius. §. est. & alius. & quod ibi not. Est ergo tutius, vt cessent predicta quod in concessione expresse ponatur quod ille cui cõceduntur represalie possit homines, & res capere per se, & sua authoritate, &c.

Ad secundum Queritur, an homines, et res captas teneatur quis iudici p
2 sentare, an †vero possit in suo priuato carcere retinere? Jacob. de Bel. in q̃one predicta dicit quod debet iudici presentare, dicta l. nõ est singulis. & ne fiant illicite exactiones. vt l. illicitas. ff. de offic. presi. & ne inde nascatur iniuriandi occasio, &c. vt l. nemi nerint. C. vnde vi. Ergo quando capitur persona, puto eum verum dicere vt captus debeat duci iudici. casus est in dicta l. generali. C. de decurionib. lib. decimo. & not. in l. prima. C. vbi decurio. vel cohor. & Jnstit. de actionib. in princip. et in vsib. feud. de pace iura. fir. capit. j. nisi expresse dicatur in cõcessione quod
3 possit in suo priuato carcere retinere. Quando vero †capiuntur res, dico res capiũtur, vt in cãm iudicati, vel vt ex primo vel vt secundo decreto, secundum ea que dixi. 3. quarta questio. vltima, non est dubiũ, q̃ res debent remanere penes capientem, vt l. is cui. §. qui legatorum. ff. vt in poss. leg. & pro hocnõ est necesse plus ire ad iudicem, sed sufficit prima concessio. Qualiter autem vendantur, vel estimentur, vt si quis accipiat in solutuz, dicam statim.

4 **Ad tertium** †Queritur, qualiter res capte vendãtur, & estimentur, vt sibi quis accipiat in solutum? Respond. venditio non potest propria authoritate fieri, vt dicta l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. Item, estimatio debet fieri per iudicem, vt l. ẽ. in fin. C. de iur. do. impe. requiritur ergo in omnibus predictis authoritas iudicis. Et semper intellige, nisi aliud in concessione exprimatur. Dico etiam quod in computatione eius, quod quis recipit, debet fieri detractio expensarum factarum in predictis, vt l. fi. §. in computatione. C. de iur. delibe. ff. ad l. Falcid. l. quantitas patrimonij.

b **Ad quartum** [b]Queritur, an represalie † possint
5 exerceri capiẽdo boues, & res die feriata etiam in honorẽ Dei? Ad q̃s dico q̃ diebus feriatis ob necessitatem hominum possunt represalie exerceri, sicut etiam potest fieri executio rei iudicate vt extra de iudi. c. fi. lex enim solum prohibet ne illo tempore quis cogatur venire ad iudicium ad litigãdum, vt ff. de fer. l. 1. sed in executione iudicati non est litigium, ergo, &c. Si vero querimus de diebus feriatis in honorem Dei, tunc est dubiuz per l. dies festos. C. de fer. Tamen putarem sic dicendum esse quod possibile est represalias concedi contra homines alicuius terre, si hoc seruaretur, quod diebus feriatis non possunt capi, nunquã caperentur, & sic concessio represaliarum esset inutilis quod posset contingere, vel propter longinquitatem, & distãtiam loci, & sic homines perraro veniũt vel propter paucitatem populi ciuitatis, vel terre, contra quam sunt concesse, ita q̃ sunt cauti, & nõ venirent nisi diebus festiuis & isto casu possent exerceri die feriata in honorem Dei. vt ff. de fer. l. j. & ẽ. C. de fer. l. ẽ. Si vero istud periculum non subest, tunc tali tempore possunt represalie exerceri vt d. l. dies festos. facit quod no. per glo. in verſi. fideiussionis. in d. l. dies festos. in ẽ. gl. ibi dum dicit, nisi timeatur de eius recessu, que videntur probare hanc distinctionem, & hoc erit in estimatione iudicis. vul. l. de pupillo. §. fi quis riuos. verſi. toties. ff. de ope. no. nũcia. Tutius
6 est ergo facere †hoc exprimi in cõcessione q̃ possint eas exercere diebus feriatis, & in honorẽ Dei, quod potest fieri quãdo cõceditur per eum, qui habet potestatem condendi legem, vt per populum, vel dominum. arg. C. de fer. l. prouinciarum. sed si concederentur per alium iudicem non valeret dicta expressio, vt ff. de fer. l. j. argu. C. de fer. l. a nullo. in fin. quatenus fieret ex causa

legittm; secundum distinctionem ꝫ dictam ꝛc.

7 **Ad quintum** Queritur, si aliquis ꝑ vult defendere se, ꝛ res suas occasione represaliarum captas, qualis cognitio debeat adhiberi: Ad quod dico, quod si quidem post capturam est facta persecutio, vel quia res vendita, vel data in solutum, secundum ea que dixi ꝫ. eadem q. ꝟ. tunc adhibetur cognitio ordinaria, nec habet locum officium iudicis in hac cognitione vt ff. de re iud. l. a diuo ꝑio. ꝫ. ꝟ. si post addictu. Si vero persona, vel res adhuc durat capta, nec est facta executio, tunc ille qui vult personam, et res defendere, iudicis officium implorabit, per quod fiet sibi editio omnium actorum quorum vigore captus est ipse vel res eius, vt C. de eden. l. ꝫ apud quem, vt l. penul. ꝫ. ff. de eden. l. l. ꝫ. edenda, semper edenda sunt que facta sunt in absentem, vt d. l. ꝫ apud quez, secundum secundam lecturam. Quibus adhibitis potest opponere quis vel ex parte cause iniuste, vel ex defectu cõcedentis, vel modi vel ex eorum defectu persone, vel rei capte que capi non poterat, vt ex predictis patet, ꝛ in hoc etiam adhibebitur summaria cognitio, vt ff. de re iud. l. a diuo ꝑio. ꝫ. si super rebus. Sed dubitatur an super hoc poterit impetrare cognitionez extra illum locum, secundum ea que dixi. ꝫ. ꝟ. q. Respon. siquidez vellet hoc impetrare sup cognitione, que adhibetur officio iudicis nõ posset qz fm hoc diuideret cõtinẽtiaz cause, l. nulli. C. de iudic. hoc enim pertinet ad offm iudicis exequentis. in d. ꝫ. si super rebus ꝛ si super hõc vellet principaliter agere cõpetẽtibus actionibus posset, secundum ea que dicta fuerunt ꝫ. ꝟ. q. ꝟ.

ADDITIONES.

a Tho. Ð. ¶ Sua authoritate. Rot. hanc decisionem. Barto. ꝛ per ipsam consuluit Pau. de Cast. in consi. cccxiij. inc. super eõ quod primo loco, in primo dubio, vbi videas.

b ¶ Ad quartum. Vide Alexan. de Imo in l. filiusfa. in add. bar. ff. de donat. in versic. preterea solennitas feriarum. ꝛ in l. i. ꝫ. sed excipiuntur. ff. de ferꝭ. in additione incip. Adde inquantum. ꝛ Bal. in l. milites. C. de testa. mil. ꝛ facit quod debitor suspect' de fuga, potest per iudicem personaliter capi, ꝛ incarcerari tempore feriato in honorem Dei, secundum gloss. fin. in l. fin. versi. fideiussionis. C. de fer. quam Bald. ꝛ alij ibi sequuntur. et illam pro singulari etiam allegat Bal. in c. fin. extra de ferꝭ. vbi ampliat etiam si ferie essent solennissime, vt natiuitatis vel paschę domini, cum concor. de quibus per do. Jas. in l. ꝟ. ff. de iurisd. om. in i. ꝛ in l. ꝫ. fin. ff. eo. ꝛ in l. plerique eo. ff. de in ius voc. et do. Jo. Baptist. de sancto Seue. plene in tract. de debito. fugi. in viij. q. prin. ꝛ Alexan. in l. diuus. ff. de fer. ꝛ glo. illam etiam reputat sin. Ang. de are. in ꝫ. i. Inſti. de act. ꝛ vide que no. Bald. per illã glo. in l. fin. C. de exhib. reis. Et adde ad Jas. vbi supra. Tho.

1 ꝫ Exacto pro represaliꝭ quomodo succurratur in propria ciuitate contra illum cuius occasione concesse fuerunt represa-

a lie. Contra officialem negligentem facere iustitiam quomodo succurratur pro represaliꝭ exacto.

3 Exactus non potest capere homines, ꝛ res illius ciuitatis, in qua exactus fuit pro represaliꝭ.

4 Titulus, quod quisqz iuris, non hz locum in executione facti.

Decima principalis questio est de remediꝭ exacti per represalias, circa quod queruntur plura. ꝑ Primo queritur an exacto succurratur in ciuitate propria contra illum priuatum cuius occasione sunt concesse. Secundo an exacto succurratur cõtra rectorem qui negleverit facere iustitiam, cuius occasione fuerunt represalie concesse. Tertio an talis exactus possit sine alia concessione capere homines, ꝛ res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occasione represaliarum. ꝛc.

a **Ad primum** ꝑ queritur, ꝑ an exacto succurratur in

1 ciuitate propria, cõtra illũ priuatum, cuius occasione concesse sunt represalie. Jac. de Are. tãgit hoc. ff. de verb. oblig. l. ꝟ. ꝫ. fi. ꝛ ôt ꝙ huic exacto succurritur cõtra illum, per ter. l. i. ff. de neg. gest. ꝛ l. licet, ꝫ. fin. ff. nau. caup. stab. l. si vero. ꝫ cũ aũt legis. ff. de his qui deie. vel effu. Sed contrarium videtur determinatum per gl. in verb. quod accepit. in l. si quis dolo. ꝫ. i. ff. de re iudi. Mã ille non exigitur ꝓpter delictum illius priuati, sed propter delictum totius ciuitatis, denegantis facere iustitiam, vt in precedentibus dictum est. ꝛ ideo sic dico. Aut represalie sunt concesse cõtra ipsum iudicem vel officialem qui non fecit iustitiam quod potest fieri, vt dixi ꝫ. vi. q. i. ꝛ ille est exactus, aut est exactus alius de ꝓpto non officialis. ꝑ Primo casu, aut ille officialis non fecit iustitiam. s. faciendo aliquid iniustum, aut denegando facere iustum. ꝑ Primo casu, illi officiali nõ succurritur contra illum principalem debitorem, vt not. in dicta l. si quis dolo. ꝫ. i. Secundo casu succurritur ei contra principalem debitorem. ter. est not. C. de exact. tribu. l. missi opinatores. in fi. li. x. Secundo quando exactus est alius de populo, est vera opinio Jaco. de Are. per l. alleg. per eum, ꝓpter quod puto, quod ille captus soluens potest petere quod sibi cedant actiones contra illum principalem debitorem, vt l. licet. ꝫ. fi. nau. caup. stab. ad similitudinem eorrei fideiussoris, et eius qui exactus est per hypothecariam. ꝛc.

2 **Ad secundum** queritur, ꝑ an exacto succurratur contra rectorem qui negligenter cere iustitiam. Ad quod respondetur quod sicut contra principalem debitorem succurritur, vt dixi supra prori. q. sic contra officiales etiam si ꝑ ipsi sunt debitores. vt ꝫ. probatum est in precedentibus sed hoc fiat cum ordine. Primo enim conueniendus est ipse principalis debitor, et quo existente non soluendo, vel non reperto, perueniatur ad illum qui principaliter iustitiam cere neglexit. vt l. j. in princ. ff. de magist. conuenien. ꝛ C. de ue. fil. debi. l. quoniam Augerio. libr. x. ꝛ ipso iudice non existente soluendo, venitur ad alios officiales, qui requisiti cum possent alios cogere ad faciendum, aliꝭ soluere neglexerunt. arg. ꝫ. ꝫ. nunc tractemus. ff. de tutelis. ꝛ rationibus distrahendis.

3 **Ad tertium** queritur, an talis ꝑ exactus possit ne alia concessione capere bomines ꝛ res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occasione represaliarum? Et videtur quod sic. per titu. ff. quod quisque iuris. Ideirea, vt dictum est, represalie sunt quoddam bellum, licet eo ipso quod vna ciuitas, que potest bellum indicere contra aliam ciuitatem, ꝛ facit illam sibi hostem, eo ipso illa contra quam dicitur, videtur illi im indicentem etiam sibi hostem facere et de capti. l. hostes ꝛ ſ. ab vtraq; parte sunt capti. tates ꝛ pos-

4 liminia. Contrarium puto verum. ꝑ Nam titu. ff. quod quisque iuris, loquitur in iuris executione, vt si ciuitas vna concesserit represalias contra aliam ex causa non legitima vel modo non legitimo ex eadem causa, vel eodem modo possunt concedere contra aliam non autem habet locum in executione facti. Nam si vna ciuitas aliquid facit de facto, non potest priuatus eodem modo facere de facto. tic enim permittitur vindicta, et vindicta quod non lic. l. scientiam. ꝫ. qui cum aliter. ff. ad. l. Aquil. Non obst. quod dicitur, quod statim ex vtraque parte bellum videtur indictum quia illud procedit, quando bellum ex vtraque parte indicitur vniuersaliter, hic autem ex parte indicentis vni persone tantum conceditur non autem cuilibet de populo, ꝛ sic non potest intelligi ex aduerso, quod quilibet de populo possit capere, propter quod populus concedens represalias hoc facit supplens defectum superioris, vt dictum est supra in i. quest. principali. Sicut ergo si superior hoc concessisset, alius non posset sua authoritate capere, sic ex aduerso, nec hoc casu, ille ergo, qui est exactus potest iniustitiam, petat a terra sua represalias more legitimo, alias sua authoritate non potest exercere, ꝛc.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Ad primum. Adde Bart. in l. nam ꝛ Seruius. ff. de neg. gest. ꝛ vide Alexan. in l. dedi. ꝫ. fi. circa med. ff. de cõdi. ob cau. ꝛ in l. ꝟ. ꝫ. item si ex facto. ff. de ver. obli. ꝛ ibi apotl.

¶ Explicit Tractatus Represaliarum editus a dõ. Bar. a Saxofer. leg. doct. Perusino.

Tractatus De insignijs et armis.

1 ꝫ Insignia concessa dignitati, vel officio, portat ille qui habet dignitatem illam, vel officium, aliꝭ non.

2 Insignia singularis dignitatis, puta Regis nemo defert, nisi rebus suis depingere facit principaliter, accessorie sic.

3 Habentes ex concessione insignia, ꝛ arma, illi soli illis vtuntur. Arma Bar. ꝛ successorum ex concessione, est Aquila rubens cum duabus caudis in campo aureo.

4 Quilibet potest sibi assumere arma, ꝛ insignia illa portare, ꝛ rebus propꝛis impingere.

5 Portans arma, vel insignia vnius, quomodo, et quando possit prohiberi ꝛ per quem.

6 Assumẽs arma vel insignia alterius, que portauit ab antiquo, si ille verisimiliter non ledatur, nec iniuriatur, licite assumit, et portat

7 Faciens signum vnius artificis quod facit in gladiꝭ, ꝛ aliis operibus, licite prohibetur ab illo, et etiam a quolibet tertio.

8 Notarius non potest assumere signum alterius, ꝛ fi assumat prohiberi potest. ꝫ Fabricator chartarum potest prohiberi, vti signa alterius fabricatoris.

Habet

9 Habere arma ex concessione Principis prodest, quia alijs prefertur, & non potest ab alio prohiberi.
10 Arma, seu insignia domus transeunt in omnes descendētes de agnatione.
11 Bastardi non vtuntur insignijs de iure, licet de consuetudine non seruatur in Tuscia.
12 Signum societatis societate diuisa apud quē remanere debeat.
13 Insignia, seu arma qualiter sunt pingenda, insigenda, seu portanda.
15 Animalia que portantur in armis si depinguntur in vexillis, faties debet respicere hastam, secus si pars animalis portaretur.
16 Animalia quando designantur, debent designari in nobiliori actu eorum, etiam quo magis sui vigorem ostendunt.
16 Leo, Ursus, & similia sunt pingenda erecta, eleuata, & ore more daciae pedibus radentibus.
17 Equus designandus est rectus & eleuatus, quasi saliens.
18 Agnus designatur, quasi plane ambulans per terram.
19 Pes dexter semper debet antecedere, qū animal designatur.
20 In vexillis inspicitur illa pars que respicit portantē, non pars conuersa.
21 Facies animalis depicti in vexillis turbarum, non debet respicere tubam.
22 Si duo animalia inuicem se respicientia portantur pro insignijs non refert quomodo pingantur in vexillis
23 Insignita consistentia in varietate diuersorum colorum, quomodo depingantur.
Locus prior, & superior nobilior est posteriore, & inferiore.
Color nobilior debet poni prope hastam
24 Aureus color nobilior est ceteris, & per eum figuratur Sol.
Nil nobilius luce.
25 Color rubeus, seu purpureus representat ignem, & est nobilis.
26 Aureus color est tertius, & representat aerem
27 Color albus est nobilior nigro & color niger est infimus.
28 Arma que portantur in vestibus, superior pars debet respicere caput, inferi, & pedes.
Prohibet pars armorum debet respicere latus dextrum.
29 Arma que pingenda sunt a parte posteriori hominis, pars nobilior debet respicere latus sinistrum hominis.
Modus scribendi noster, quare sit nobilior more scribendi Hebreorum.
Bartolus didicit literas Hebreas.
30 Litere, & arma in sigillis per conuersum inciduntur.
31 Arma in clypeis depingenda nobilior pars debet respicere partem clypei, que in portando respicit latus dextrum.
32 Arma depingenda in coopertorijs equorum nobilior pars respicere debet caput equi.
33 Arma quomodo pingantur in coopertorijs lectorum, in parietibus, & alijs locis stabilibus.



Dum gratia de insignijs & Armis, que quis in vexillis, & clypeis portat videam[9]. † Primo, an hoc sit licitum, & eo casu, quo est licitum, qualiter sint pingenda, et portanda. Circa quod dico, quod quedam sunt insignia dignitatis, vel officij, que portare potest quilibet habens illam dignitatem, vel officium, vt insignia proconsularis, et legatorum, vt l. j. ff. de offic. proconsul. et leg. & de rer. diui. l. sanctum. sicut de facto videmus bodie insignia episcoporum, & ista potest portare q̄libet habens illam dignitatem. d. l. alijs autem portare non licet, imo portans incurreret crimen falsi vt ff. de falsis. l. eos. §. fina. & ideo puto, quod ille qui portat insignia doctoratus[a], cum non sit doctor, teneatur illa pena. † Quedam sunt insignia cuilibet singularis dignitatis vt videmus, quilibet Rex, quilibet Princeps, & ceteri potentiores habēt arma, & sua insignia, & ista nemini alteri licet deferre, vel suis rebus depingere[b], vt C. de his qui pen. nomi. l. j. & no. in authen. de mand. princip. §. penul. quod intellige principaliter, sed accessorie non est prohibitum, vt puta in signum subiectionis superponere insignijs propijs, insignia domini Regis vel Comitatus. hoc de consuetudine obseruatur. Quedam sunt insignia † seu arma priuatorum hominum seu nobilium, vel popularium, de istis quidam reperiuntur qui habent arma, et insignia, que portant ex concessione Imperatoris, vel alterius domini, vt vidi concedi multis a Serenissimo Principe Carolo iij. Rom. Imperatore, necnon Rege Bohemie, & mihi tunc consiliario [c] eius concessit inter cetera, vt ego & ceteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portaremus, et istis licet portare talia insignia, nec est dubium. De p̄incipis em̄ potestate disputare, sacrilegium est, vt C. de crimi. sacril. l. ij. ad idē. C. vt nemi. lic. sine iudic. auth. in rub. & nig. sine enim iudicis authoritate prohibetur. ergo cum iudicis authoritate permittitur. Arma autem † quidam & insignia sibi assumunt propria authoritate, & istis an liceat, videndum est, & puto quod licet, sicut enim nomina inuenta sunt ad cognoscendum homines. C. de imag. ma. l. ad recognoscendos, ita etiam ista insignia ad hoc inuēta sunt. ff. de rer. diuisione. l. sanctum. sed talia nomina cuilibet licet imponere sibi ad placitum. d. l. ad recognoscendos. & ff. de falsi. l. falsi nominis. in princip. ita ista insignia cuilibet portare, & impingere in suo, tamen non alieno[d], vt C. vt nem. lice. sine iudic. authorit. fign. l. ij. & ibi gloss. in verb. aliquis. & facit c. dilecta. & ibi gloss. in verb. vnum corpus. extr. de excess. prelat. Sed quero, vnus † portat certa arma, vel insignia, alius vult portare eadem, an licet vel prohiberi possit? Videtur quod possit portare, quia quilibet potest sumere nomen alterius. ff. ad Trebellia. l. facta. §. si de. verbe. si vero nominis. de leg. ij. l. cum filius. §. pater. & possunt esse plures eiusdem nominis, vt l. duo sunt Titij. de testa. tut. & de legat. ij. l. sed & si quis seruum. §. si inter duos ergo potest quis sumere arma aliena, et plures eadem insignia portare, vel rebus imponere possunt, cum vtrunque fiat ad cognoscendum. E contra videtur de reg. iur. l. id quod nostrum, si enim prius est nostrum sine facto nostro a nobis auferri nō pōt. Sed hoc non bene facit loquitur enim in his quibus plures insolidū vti non possunt, alias secus vt in vsu platee, balnei theatri & si. l. si vt certo. §. si duobus vehiculus. ff. cōmoda. Jdem̄ dicere a signum quod portat alias non est vnum & idem, imo sunt diuersa habentia tamen eandem similitudinem. Ad decisionē ergo p̄dictorum premitto quod signū alienus portare, prohibere potest ille cuius est signum, seu petere & prohibeatur si ex hoc ipso iniurietur, q̄ forte ille cum vituperio portat, seu tractat. C. de episc. aud. l. nimis. & est expressum extra de excess. pla. c. dilecta argum. C. de Jude. l. Judeos, quos. Secundo de hoc pōt conqueri quilibet tertius qui leditur, & adipsius petitionem potest prohiberi ne portet. C. de his q̄ pe. no. l. j. & ibi no. & in auth. de mā. prin. §. pe. Tertio si iudex ex offo suo viderit hoc ad scandalū posse esse, & dissensionē subditor̄ potest prohibere arg. C. de lati. libel. l. j. §. sed & qui domini, vbi circa eos qui pileati incedunt, lex Jul. statuit ne populus decipiatur, expressius extra de Jud. c. in nonnullis. His premissis † in q. premissa distinguit, q̄ si vnus assumit arma, q̄ alius portauit ab antiquo, & illius non interest, nec ex hoc verisimiliter ledi potest. exemplum, vnus Theutonicus tempore indulgentie iuit Romam, vbi reperit quendam Italicum portantem arma antiquorum suorum, & insignia, volebat de hoc, conqueri. Certe non poterat, tanta est enim distātia inter vtrunq; locum, siue domicilium, quod ex hoc ille primus ledi non posset, & in his in quibus quadam publica facultate quis occupat sibi vsum, non licet queri, nisi ex magna causa vt ff. ne quid in flumi. publi. l. j. §. sunt autem qui putant, † quandoque p̄t cōtingere, quod alterius pōt multū interesse. quid enim si odijs plenus cui[9] vite multi insidiant, assumat arma, & insignia hominis quieti & pacifici? Certe illius interest: & poterit facere eū probiberi, si vituperose portet, vt dictū est: multo forti[9] potest peti prohibitio, ne ex hoc propter vnionem armorum alius pro alio occidat, vel iniurietur. Jdem, si ex hoc pudor primi aliquo modo ledatur. argu. d. l. nimis. & l. Judeos. & per officium iudicis ad quē spectat quies popularis, vt ff. de offi. prefec. vrb. l. j. §. quies Q̄ui potest cōtingere q̄ multorum de populo interest. Jdonea exemplum in alijs insignijs, quā in his que portant pro armis, pone quendam fabrum esse doctissimum qui in gladijs, & alijs operibus suis facit certa signa ex quibus opus ipsius magistri esse cognoscitur, & per hoc tales merces melius vendūtur & auidius emūtur. tunc puto q̄ si alius faceret tale signū posset prohiberi, quia ex hoc populus lederetur, acciperet enim opus vnius pro opere alterius. arg. l. j. de Lati. lib. tol. & de Jude. c. i nonnullis. † Ex eadem, ratione dico de insignijs quibus vtūtur notarij[e]. C. de assess. & do. l. nemo. §. nec callidis. & in aut. de instr. cau. §. sed & si instrumēta. versi. oportet, & quod ibi no. vbi si alī signum alterius acciperet, posset prohiberi. Jdem de signis, quibus vtuntur fabricatores chartarū de papyro, in similibus per eadem rationes, & hoc similiter expeditur iudicis officio, vt dictum est. † Sed secundum hoc quero, quid releuet habere ista arma ex concessione Jmperatoris, respondeo multum. Primo, quia est maioris dignitatis, sicut dicimus in testamento facto coram principe. C. de testam. l. omnium. Secundo, quia non possunt ab alio prohiberi illa portare. C. de iureiuran. l. ij. & ff. de mino. l. minor autem magistratus. in princ. §. ij. Tertio, q̄ si duo assumpserunt eadem arma, seu eadem insignia, nec de prioritate, nec de

posteriorit̃ appareret,prefertur ille qui a principe habuit.l.si
duo.ff.de excusat.tut.Quarto quia si esset in exercitu, vel alio lo
co,& quereretur quis deberet precedere,debent preferri illius
armis que a principe sunt concessa.ff.de albo scri.l.fi.C.de consul.
libro.7.extra de maio.& obedien.c.per tuas,& arg.l.si duas.ff.
de excu.tut.Et predicta intellige ceteris paribus.s. q alias illi
qui deberet arma,sint equalis dignitatis, alias precederent ar
ma digniora qui esset in maiori dignitate.arg.ff.de albo scriben.l.i.
& C.de comitiis.li.lib.xij. Quero qualiter ista arma, vel insignia
transeant in successorem. Respond.quedam sunt vnius domus,
familiationis & ista transeunt in eos de illa agnatione descen
dentes siue sint heredes patris,vel aui eorū, siue non,arg.ff.de
relig.familiaria.& leq. nec per diuisionē potest assignare vni,
arg.C.de relig.l.si sepulchrum.ad cognatos vero,vel affines nō
pertinent,vt C.de religio.l.ius familiarum.† Et hoc posset que
ri ab hastiardis,vel spuriis possint vti illis insignijs & videtur q
non,quasi non sint de familia,vel agnatione,vt l.pronunciatio.
ff.de verbo.signi.contrarium tamen obseruat in Tuscia de con
suetudine,cui standum est. Quando q̃ tñ multipliceantur hi,qui
portāt talia insignia,vel arma,& cōsuetū est per aliquos aliquid
apponi vltra,vt ab alijs dignoscantur,& tz sicut
nomini additur prenomē, Quedam vero sunt insignia alicuius
societatis aliquorum negotiatorum & hiccum societas ad here
dem non transit non est tractandum.Sed ✻apud quez remane
bit signum societatis diuisa? enim omnes vtatur eo signo,non
est equum,vt dictum est. Respon.si quidem erat vnus in societa
te,qui erat capitaneus,& quasi magister societatis, sicut dicitur
in simili.ff.de leg.ij.l.peculiuz.§.j.tunc apud eū debet remanere
signum,q̃ ipse erat inter ceteros maioris honoris.ar.ff. de fun.
instru.l.fin. Si vero hic non erat, tunc apud eum remanebit qui
erat socius maioris quantitatis,vt ff.fami.ercisc.l. si que sunt cau
tiones. Quid si omnes sunt equales:tunc forte dirimendū est,
vt d.l.si q̃ sunt cautiones,puto tñ q̃ si, dissoluta societate, re
maneat negotiator dz remanere signum, hoc ideo q̃ aliorum nō
interest. Item q̃ quamuis dissoluta societas sit, tamen negotia
tio remanet penes illum,ergo imiquum est q̃ signum, quod e
rat accessoriuz negotiationis,separetur ab ea,arg.C.communia
vtriusq̃ tu.l.possessionum.quedā vero sunt signa artificij cuiusq̃
scu peritie Et hic aduertendū q̃ quēdā sunt signa quedam artifi
cij,in quibus principaliter operatur qualitas loci.& exemplum
in Marchia Ancon.ita est quoddā nobile castrum, cuius nomen
Fabrianum,vbi artificiū faciendi chartas de papyro prin
cipaliter viget,ibique sunt edificia multa ad hoc & ex quibusdam
artificijs meliores charte veniunt.licet etiam in alijs faciat mul
tum bonitas operantis,& vt videamus hic quodlibet solū char
te habet suum signū per quod significatur cuius edificij est char
ta. Dic ergo quod isto casu apud illum remanebit signum, a
pud quem remanebit edificium ipsum,in quo fit. siue iure ppri
etatis, siue iure conductionis, siue in mala fide remaneat toto tē
pore quo teneat,non potest prohiberi vti signo, sicut in ceteris
rebus realibus,arg.ff.de seruit.rusti.pred.l.via constituit.§.fin.
& ff.si ser.ven.l.secunda.§.fi.& l.seq.& quemadmodū ser.amit. l.usus
fructus,& l.sequen.& idem in conductione talium officiorū, arg.
ff.loca.l.sed addes.§.illud.& l.videamus.§.item prospicere. Que
dam vero sunt insignia artificij,in quo principaliter bonitas ar
tificij operatur, vt videmus in signis que apponūtur in spatis,
gladijs & alijs operibus metallorum,& isto casu omnes qui stāt
in vna statione, possunt vti isto signo quasi magister principa
lis illius stationis approbet illa opera.vt in authen.de tabe.§.
hoc autem.& no.in gl.in verb.ipsis per se. que incipit & caue ti
bi.in fin.glo.Si vero separentur, tunc signum debet remanere
apud ipsum qui principaliter erat in statione,arg.ff. de fun. in
stru.l.fi.& s.dixi. Sed si forte omnes erant equales vbi inuicem
conueniunt,apud quem remaneat illum signum, forte dirimetur,
vt dicta l.si que cautiones.fami.ercisc.

13 **Secūdo** principaliter est videndū, qualiter ista arma,
seu insignia sunt pingenda insigenda & portā
da. Ad q̃ sciendū est q̃ q̃uz portant in vexillis,& vehiculis.q̃s
q̃ in vestibus bois.q̃q̃ in clypeis.q̃q̃ in coopertis lector
& similib⁹ locis stabilib⁹. Circa quodlibet p̃dictorum aliqua vi
deamus circa quod sciendum est, q̃ ista insignia quando q̃ su
muntur ex aliqua re existēte,vt multi assumūt aliquod animal,
vel castrū vel montē,vel florem,vel aliquod simile.quandoque
ista insignia non assumunt ex aliqua re existente, sed sunt signa
simplicia.scilicet variationes quorundam colorū,vel per dimi
dia,vel quarteria. vel per aliquas literas rectas trāsuersas, vel
similes, quandoque mistum ex vtroque. His premissis videa
14 mus q̃ aliter portentur in vexillis illa signa,que significāt alia
quam rem preexistentem. Ad quod dico, q̃ ars imitatur natu
ram,inquantum potest. vnde ista insignia debent esse secundū
naturam rei quam figurant,& non aliter.arg.l.si pater.in fin.de
quen.ff.de adopt.& de ista.bonā.l.non sunt liberi. De natura au
tem vexilli cum portatur in hasta secundum illum vsum ad q̃
vexillum destinatur hasta p̃cedit, vexillum sequitur. Unde q̃
cunque animal quod debet designari in vexillo. facies eius de
bet respicere hastam,cum de natura faciei sit antecedere,idem
& in omni re,& figura que habet partes que denotantur per ali
& post vt in precedenti libro dictum est, tunc enim semper pars
anterior rei debet esse versus hastam, alias videretur retro ce
dere tanq̃ monstrum. Et si alicuius rei pars anterior solū pro
taretur pro armis,& insignijs, vt sunt quidam qui facie arietis
vel bouis,pro suo signo portant. tunc non potest pars anterior
respicere hastam, sed a latere respicit. Sed dubitatur qualiter
15 †dicta animalia debent designari vtrum quasi stent recta, an
quasi per terram plane ambulent,vel quomodo. Respon.dicta
animalia debent designari de nobiliori actu eorum,& etiaz qui
magis suum vigorem ostendat.ff.de sta.ho.l. queritur. & de ac
quiren.rerum do.l.quicquid.§.cum partes.sic etiam ab antiquo
visitatum esse videmus quod princeps in maiestate,pontifex in
pontificalibus depingūntur,& designantur. Nunc ad propositū
dico quod quedam animalia sunt quorum natura fera est, vt
de postul.l.prima.§.bestias & ista debent designari in actu fero
16 ci,† vt Leo, Ursus & similia,figuratur ergo Leo erectus, eleva
tus mordax ore & radens pedibus, & idem in similibus animali
bus, ex hoc enim actu magis suum vigorem ostendit. Quedam
sunt animalia non ferocia, & in his inspici debet nobilior eorum
17 actus diuersimode. Unde† si quis equum pro suis armis ponere
ret,non deberet eum designare rectum, & eleuatum, hoc enim vi
tiosum esset in equo, ideo debet designare rectum, & elevatum
parte anteriori aliqualiter,quasi equs salies. ¶ In hoc est act
18 magis eius vigor ostendit. ¶ Et si quis pro suis armis aquilā
portet, tunc designare debet quasi plane ambulantem per ter
ram. In eo enim actu maxime eius vigor ostenditur. De equo
19 bus & omnibus animalibus similia dicenda sunt. † Circa pedes
etiam aduertendum est,quod semper pes qui antecedat sit pes
derter,quia vt in preced lib.dictum est, pars dextera est primi
pium motus alias signare talē figuram leuam esset quod vnus
sonat vt ff.de edi.edic.l.qui clauum. Item sciēdum, sed hic erat
dubium. Quid si in vna parte vexilli figuraretur tanquam pes
derter precedere,ab alia parte videbitur pes sinister precedere,
hec autez incongruitas magis euidenter apparet in his qui pro
suis armis aliquam literā. vel literas portant. Nam ab vna par
te sunt litere recte,ab alia parte communiter,non est simul lite
rarum,quod apparet si quis literas conuersas a latere cōsid.
20 respicit. Sed dicendum est,quod† ficut in literis respicitur alia
pars que respicit scribentem, non pars conuersa, ita in vexillo
inspicitur pars que respicit portantem, non alia,quod enim
alia parte est,non ex principali proposito contingit sed per acci
dens,sicut si q̃s seipsum in speculo aspiciat,q̃ enim in se dextro
rum est,in speculo sinistrum apparebit.& predicta vera in vexil
lis que portantur i hasta,cuius recta natura est,vt eleuatur
tetur & recta,vt ff.de seruit.rust.pred.l.qui sella.in prin. Sed hic
21 quirunt de vexillis & vexillulis que portantur in tubis cum
natura propria est vt ad os tubicinum posite,quasi per
gerētes positū, tunc facies rei designate, vel pars anterior
debet inspicere tubam sicut hastam,non enim tuba dextro
rior,sed superior,& sic debet partem anteriorem illius vexil
tube plane tacentis portare. Et predicta vera in dubio nisi
22 de proprietate armorum,& quid inspiciat,tractatur. Sed si
portentur duo animalia se inuicem respicientia & tunc nō ob
cus predicte inuestigationi,quia in incertis,nō certis locum
conferuris.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obli.& non tñ
23 denūciatiōes.C.quomodo & quādo iudex. Circa secūdū notā
quādo arma sunt quedam insignia simplicia. & varietates co
rundam colorum,tunc aduertendum est qualiter debent por
ri.& in nobiliori loco poni,C.de offic.pfese.vic.l.i.& de offic.
prouin.l.potiores gradus,& de cōsuli.li.lib.xij. Item premis
quod locus prior,& superior est nobilior posteriore,& inferio
d.l.potiores.& ff.de al.scrib.l.j. hoc premisso dico,q̃ arma q
doque variantur per medium,vt quia quis portat bandera
duorum colorum tunc aut diuiduntur per medium ante.& p
in istis casibus in dubio etiaz color nobilior debet esse superi
est,in ea parte,que respicit celuz.vel ante.& in ea parte que re
cit hastam. Si vero variatur per quarteria, tunc nobilior col
debet esse in quarterio superiori,& anteriori,ppe hastā. Si
variat per listas directas,tūc lista coloris nobilioris debet esse
hastā. Si vero variat per listas trāsuersales,lista nobilioris
loris dz esse versus celuz. Si vero liste,vel bande sint pendē
tunc cū hasta habet se tanquā pars prioris in hāderis,ideo pars
gis eleuata debet respicere hastam. Ista omnia probātur

presuppositis sed dubitatur quis color sit nobilior, ⁊ tunc aduertendum est diligenter. Nã color vnus est nobilior altero respectu eius quem representat secundũ se. Primo color aureus nobilior est, quia per eum representatur lux. si quis enim vellet figurare radios ℘olis, quod est corpus magis luminosum, hoc non posset congruentius facere quam per radios aureos, constat autem quod nil luce nobili⁹ ⁊ certe nihil est. C. de sum. trinitat. ⁊ fide cath. epistola inter claras. ibi, nihil est eñ quod luminec clarioꝛe prefulgeat, ⁊ C. ne fil. pro pat. aut habita. ibi, totus mundus illuminat. Et ideo in sacra pagina pro re maxime excellente figuratur, vt ibi fulgebunt iusti sicut Sol. Math. xvij. ⁊ ibi, resplenduit facies eius sicut Sol. vt Matthe. xvij. et propter huius nobilitatem nulli licet portare vestes aureas, nisi Principi. C. de vesti. holo. ⁊ aura. l. j. ⁊ ij lib. xij. Sequens color nobilis est, ⁊ color purpureus, seu rubeus, qui figurat ignem, qui est super alia elemẽta. ⁊ nobilius elemento℘ est ⁊ corpus post Solem secundario luminosum ⁊ propter eius nobilitatem nulli licet portare vestes comptas eius coloꝛe. vt C. de vest. holo. l. secunda ⁊ iij. ⁊ v. lib. xi. ⁊ in dicta lege exprimitur dictum colorẽ esse nobiliorem alijs. Sequẽs ⁊ post predicta color est azureus, per eum enim figuratur nobilis aer qui est corpus tra. sparẽs, ⁊ diaphanũ, ⁊ maxime receptiuum lucis, ⁊ est elementuꝫ seq̃ns, post ignem, nobilius alijs, vnde predicti colores propter id qõ representant dicuntur nobiliores. Qualiter autem colores dicuntur nobiliores secundum se, dico, sicut lux est nobilissima, eiꝰ contrariũ dicunt tenebre, ⁊ sic vilissime: sic in coloribus secundum se color albus est nobilior, quia magis appꝛopinquat luci. Color niger est infimus, quia magis appꝛopinquat tenebris. Colores autem medij sunt nobiliores, et etiam minus nobiles secundum plus ⁊ minus, quod appꝛopinquãt albedini, vel nigredini. Illud videt dictũ Arist. in lib. de sensu, ⁊ sensato. Dixi, q̃ quando ꝺꝫ ista arma portantur super vestibus hominum, nunc istud ꝙ in armis habet se vt pars superior debet esse versus caput hominis, qõ vero habet se, vt inferior, versus pedes.

b Item in eo quod depingitur in anteriori parte hominis ᵇvt in pectoꝛe pars nobilioꝛ armoꝝ debet respicere latus dextrum, est enim illa nobilioꝛ pars, ⁊ principium vt in precedentibus, dictum est. Ee cet vero quod depingitur a parte posteriori hominis potest dubitari. Pro cuius declaratione premitto illam q̃ que fuit inter Judeos ⁊ me dum Hebraicum addiscebam. docebant eñ quod mos scribendi noster nõ erat rationabilis. Incipimus eñ a latere sinistro scribere ⁊ trahimus literam ad latus dextrum, et illud quod debet esse principium motus est terminus, ⁊ illud quod ꝺꝫ esse terminus, est principium, ac modus scribendi eorum est rationabilioꝛ, quia incipiũt a latere dextro, ⁊ vadunt versus sinistrum. Ad quod tollendum dicebam qõ aliquid rationabiliter debet fieri respectu finis, ad quẽ ordinatur, ideo finis dicitur primus intellectus operantis ⁊ hec naturaliter sunt vera ⁊ probatur per legem. Nam ⁊ si intellectus operãtis, finis sit rationabilioꝛ, ẽt si postea nõn sequitur. non dicitur rationabiliter operari. ff. de neg. gest l. sed an vltro. §. j. cũ simi. Sed predicta scriptura sit, vt legatur. Legere autem est oculis inspici. ff. de bis que in testa. delen. l. j. §. j. ⁊ sic legere fit per visum videre autem est facti. vt Phyſici dicunt: scriptura autem representata in oculis nostris agit in oculos nostros oculi autẽ pati dicũ. quod patet: quia ex hoc leduntur. Cum ergo scriptura agat in oculis, debet ista actio incipi a latere dextro ipsius scripture q̃ ita illud latus est principium motus seu actionis, ꝫ latus dextrũ scripture, que nos respicit, est respectu lateris nostri sinistrum, sicut si homo voluat vultum suum ꝙversus meum directo, latus eius dextrum respectu mei est sinistrum. Et sic apparet quod nos in scribendo magis rationabiliter operamur, inspicimus enim finem si vt a latere dextro scriptura in omnib⁹ incipiat operari secundum modum Judeoꝝ. incipiat a latere sinistro. Ad propositam quest. qualiter arma debeant pingi rationabiliter a parte superioꝛe super veste hominis. dico quod illa pars armoꝝ que se habet vt anterioꝛ vel vt nobilioꝛ, ꝺꝫ esse versus latus sinistrum hominis portantis. Ratio. q̃ illius arma si quis alius respiciat recta illa videat, facies ergo istius arma a parte posteriori. Sed fingo vnum holem habere vnam faciem retro. proculdubio latus quod erat sinistrũ ex parte posterioꝛis erit dextrum. Sed pone aliquem velle scribere Latine inspeculis alicuius, absque dubio incipiet a patre sinistra, quia respectu litere erit dextra, vt supra ostensum est. † Ex his etiam apparet quod litere, ⁊ arma debent incidi in sigillis per conuersum, quoniam fit ad finem imprimendi in ceram, vel aliã materiam, ⁊ remanet rectum ⁊ sic inspicere debemus finem ad quem fit, non id quod fit. Si vero incideretur in aliquare, non ad figillandum, sed vt sic esset tunc debet incidi directe. Quando quet dicta arma depingũtur in clypeis, tunc similiter pars clypei, que secundũ naturam portandi respicit latus dextrũ, illa enim assumitur, vt potioꝛ vt patet ex bis que dicta sunt. Quan-

32 doq; ꝑportantur, ⁊ pinguñ in coopertis equoꝝm, ꝛetl tunc siue a parte dextra, siue a parte sinistra debet respici, pars nobilioꝛ caput equi, mõstruosum eñ esset quod vnus caput equi respiceret, ⁊ alius caudam. hoc autem quod nulli liceret magis accideret. ⁊ cum deberent stare in fronte, vel in groꝑ a tũc latus dex-

33 trum respiceret, secundum ea que dicta sunt. Quandoque depinguntur in coopertis lectoꝝm, ⁊ similium, ⁊ tunc debet inspici ea res in qua ꝺꝫ pingi, cum stat in suo proprio esse, sunt eñ in coopertoꝝ lectoꝝm quedam partes que circa lectum, quedam vero que plane iacent supra. ⁊ in parte iacenti formam pingendi sumunt a forma bois iacentis in lecto, in parte vero pẽdenti. In omni autem loco assumatur forma pingendi arma, a forma hominis recte iacentis. Quandoque figurãtur, vel pinguntur in parietibus, vel alijs stabilibus locis, ⁊ tunc si quidez locus, vbi pingitur ꝫ se vt paries, cõsideratur paries, vt faciem suam voluat versus nos. ⁊ sic latus dextrum parietis cognoscetis ⁊ sic facies nobilioꝝ armoꝝ voluatur versus partem dextrã. Predicta vera nisi ex cã. quid eñ si in medio vnius parietis depingatur statua Principis, vel alterius excellẽtis, vel forte arma regia, tunc alia arma, que ab vtraque parte depinguntur debent illam statuam, vel ipsius arma inspicere, non inspecto a dextris, vel sinistris voluatur, ad similitudinem hominum trium circa dñm existentium homines eñ se voluunt versus eum: sed si locus vbi pingitur ꝫ se, vt celum, veluti camere, vel aule, tunc ex dictis in precedenti lib. cognoscendum est. vbi dicatur caput, ⁊ vbi aule, vel camere. postea finge hominem iacentem, ⁊ vultum versus nos voluentem. ex quo considera: dextram partem ⁊ sinistram ⁊ sic modum depingendi. ⁊ ingressuꝫ, vt ex precedentibus patet. Si autem locus vbi pingitur habet se, vt celum, seu terra, tunc eodem modo considera caput, et pedem iacentem ibi ⁊ voluentem vultum versus nos. ⁊ cognosces dextram, siue sinistram. ex quo modum rationabilem depingẽdi inuenies. Unum tamẽ scias quod licet arma sua, ⁊ insignia sua posset in terra sculpere vel depingere, tamen arma alicuius domini sui, vel maioꝝs non licet in terra sculpere, vel pingere, vt C. ne li. fig. salua. Christi ꝛc. in rubꝛo ⁊ nigro ꝛc.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Insignia doctoratus. Ho. quod si quis nõ est doctoꝝ, ⁊ portat insignia doctoratus tenetur pena falsi, adde Bar. in l. eos. §. fina. ff. de fal. ⁊ in l reddatur. C. de ꝑfesso. ⁊ medi. lib. x. cum concoꝝ. de quibus per Felynum in proe. Gregoria. cui adde do. Fel. in c. vt apostolice. de priuil lib. vj. faciunt not. per docto. in l. Barbarius. ⁊ ibi vide Jas. de offic. preto. Limita tamẽ predictam conclusionem Alexan. in d. l. eos. in addi. Barto. si doctoꝛẽ se appellat, ⁊ aliquem actum facit doctoꝛi conuenientem, quia tunc tenetur pena falsi, alias non ⁊ adde quod ita videtur esse de mente Bald. in l. qui pretextu. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in specie Ludo. Roma. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acgrẽ. hered. ⁊ do. Masue. de Peru. in repet. rub. C. de testamẽ. milit. Secũdo limita si fuisset priuatus doctoratu, ⁊ uteretur insignijs doctoratus: quia tunc extra ordinem debet puniri, per ea que not. Barto. de notario in l. data opera. C. qui accus. non possel. cum concoꝝ. de quibus ⁊ per Jas. in l. sciẽdum. §. fi. ff. qui satisda. cog. ⁊ scripsi plene in tractatu meo de prestan. doc. lib. iij. de insignijs doctoratus. in xi. queſt. princip.

b ¶ Depingere. Vide Jas. in l. j. C. vt nemo priuatus. in prin. vbi dicit quod insignia principis non debent depingi, nisi super rebus que sunt principis, prout videmus in armis sancti ℳarci que non pinguntur super bostium domus nisi sint illustris.

c ¶ Tunc consiliario. Vide ℳarti. Lauden. in suo tracta. de leg. maxime principium in conclusione xxxv. in fin. vbi dicit, quod Bar. in legatione, qua vsus fuit ad imperatoꝛem Carolũ quartum Pisis nomine cõmunis Perusij, impetrauit arma de quibus hic, sed vide Barto. hoc dicentem in l. Gallus. §. forsitan. in j. questio. ff. de lib. ⁊ posthu. quem non alleg. do. Marti. ⁊ dicit Linge. de Peru. in l. quisquis. C. ad legeꝫ Jul. mate. ꝙ Carolus quartus quando assumpsit Barto. in suum consiliarium fecit illum illustrem. de quo per Jas. in l. j. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictio.

d ¶ Non in alieno. Vide Paulum de Cast. do. Alexã. ⁊ do Jas. in rubri. C. vt nemi. liceat fine iud. autho. vbi ponunt casum qui fuit de facto de quadaꝫ fraternitate que fecit depingere arma in vna possessione, super quam habuerunt sententiam et pendebat appellatio quod non poterat. ꝛc.

e ¶ Notarij. Vide plene per Fely. in proemio Greg.

f ¶ Precedere. Facit qõ dicit d. Abb. in c. ꝓ tuas. de maio. ⁊ obe. quod miles creatus a maioꝛe, ꝓcedit militem creatum a minoꝛe, quamuis prius idem dicat Franc. Tig. in l. ij. de albo scri-

ben. Secundo facit quod doctor creatus ab Imperatore precedit doctorem creatum ab alio inferiore, licet patus secundum Lud. Ro. in l. si vero. ff. de viro. in xlix. fallen ff. sol. matri. quem refert, et sequitur Aler. in l. ij. ff. prius. ff. de vulg. et pup. et ibi vide Jaso. Adde do. Bansuetum de Perusio. in repe. rub. C. de testa. mil. et Bar. Lauden. in suo tract. de digni. in conclu. xvi. et eundem in conclu. xxxij. Tertio facit quod dicit Franc. Dig. in d. l. ij. ff. de albo scriben. de canonico facto a papa, quod debet preferri canonico facto ab inferiore. de quo per Anch. Sicu. cap quod clericus. de foro compe. et Fel. in d. cap. per tuas. de maio. et obedien. de quibus plene scripsi in tracta. meo de prestan doct. lib. i. iij xvij. q. ij. q. prin. et in ix. lib. xv. q. princ.

g ¶An bastardi. Vide plene de hac questio. per dom. Nicol. de Ubal. auditorem Rote dignissimum, in suo tracta. de successio. ab intesta.

✳ Sed apud. Adde et vide ad hanc materiã Do. Pet. de Ubal. in tracta. de duo. frat. in xj. parte principi. versi. xj. quero. vbi late examinat.

b Th. Dip. ¶Parte hominis. Vide per do. Barth. Ver. in suo tract. de Impe. militum eligendo. in j. priuil. dignitatis, vbi omnino videas, vbi arguit contra dominos Venetos.

¶Hunc tractatum de Insignijs, et armis editum a do. Bart. de Saxoferrato publicauit post mortem dicti do. Bar. do. Nicolaus Aler. legum doctor. generosus suus, octauo die Januarij.

Tractatus De Alimentis.

1 ☞ Alimentorum appellatione continentur omnia necessaria ad vitam, sine quibus corpus humanum ali non potest.
2 Alimenta remissa transactione, vel pacto non remittitur vestiarium. vel habitatio.
3 Alimenta debita iure sanguinis debentur etiam magistro trium liberales artes. secus si debentur ex dispositione hois.
4 Lectus quod debeatur illi, cui legata sunt alimenta, vel victus, vel educatio.
5 Famulo, si legatur vita in domo testatoris, debẽtur omnia necessaria ad victum.
6 Alimentis legatis vel si legatur victus, vel educatio, debentur medicine.
7 Cibario, vel diario legato, non veniunt vestitus, nec habitatio, nec medicine.
8 Pater cogitur alimentare filium necessitate nature, et filius patrem.
9 Filius emancipatus qui non alit patrem, potest in patriam potestatem revocari.
10 Filius nolens alere patrem, potest exheredari et est iusta cã.
11 Pater ex causis ex quibus potest filium exheredare, ex illis potest eis denegare alimenta.
12 Pater filium, et filius patrem tenetur alere, nisi alẽdus habeat artem ex qua sustentari possit.
13 Mater alit filium vsque ad triennium, et etiam post, si pater est inops et ipsa diues.
14 Pater non alens filium, qñ tenetur lege Cornelia de sicarijs.
15 Frater tenetur alere fratrem, vel sororem.
16 Socer tenetur alere nurum.
17 ¶Pater filium naturalem, et etiam natum ex damnato coitu de iure canonico alere tenetur.
18 Alimenta si relinquuntur alicui, cui diuersimode prestare consuevit testator debentur inspecto tempore testamenti.
19 Iudex constituit alimenta deberi per vnum heredem, quando plures heredes sunt instituti, et incommodum esset legatarios conuenire singulos.
20 Alimenta non debentur per eum, qui est soluendo pro eo qui non est soluendo.
21 Alimenta si sunt relicta, an debeantur menstrua, vel annua.
22 Alimenta prestantur iuxta testatoris consuetudinem, si de ea non constat, arbitrio boni viri.
23 Legatum alimentorum quando factum est pauperi, dicitur ad pias causas.
24 Alimenta in quo loco prestantur.
25 Filius prestans alimenta patri, illa portat ad locum vbi pater eget, et degit.
26 Filius an alat patrem deportatum.
27 Incapax, cui alimenta sunt legata, admittitur officio iudicis.
28 Alimenta prestans coniuncto, quando repetat.
29 Alimenta an petantur pro tempore futuro.
30 Alimenta prestans per triennium inducit obligationem perpetuam.
31 Legatum alimentorum non minuitur, licet testator diminuat in codicillis ad tertiam legata facta in testamento.
32 Estimatio pro alimentis preteritis debetur pro habitatione, medicinis et similibus. pro frumento, vino oleo, carnibus, et vestibus non, et peti potest.
33 Tranfigere super alimentis debitis, vel ex contractu inter vnos, vel vltima voluntate quando possit.
34 Ratio quare super alimentis debitis ex contractu tranfigatur non super debitis ex vltima voluntate.
35 Paciscì super alimẽtis sine decreto non potest quando debetur ex vltima voluntate.
36 Alimenta ex vltima voluntate quomodo intelligantur deberi.
37 Transactio super alimentis, si alimentandus facit suam conditionem meliorem, tenet sine decreto.
38 Alimenta si sunt relicta pluribus, bi inter se sine pretore non tranfigunt.
39 Ciuitas petit legatum factum ad alimenta pauperum.
40 Extraneus heres filij tenetur alere patrem filij.
41 Monasterium succedens monacho tenetur alere patrem monachi.
42 Ratio prestandi alimenta venientibus per sexum femininum non est par sicut venientibus per masculinum.
43 Abbas alit monachum pendente questione an sit monachus.
44 Res que vendi non potest venditur pro alimentis.
45 Vasallus alit dominum egenum.
46 Tutor denegans alimenta pupillo, remouetur a tutela, et punitur.
47 Sententia super alimentis est diffinitiua, et ab ea appellatur, tamen interim alimenta prestantur.
48 Vir alit vxorem nullam dotem habentem si ei operetur, vel per eam non steterit.
49 Vxor alit virum inopem, et eius bona habet obligata pro restitutione.
50 Tutor tenetur alere matrem, et sororem pupilli egentes.
51 Tutor pauper debet ali de bonis pupilli.
52 Alimenta debentur ex fructibus, et reditibus.

a TRactaturus De alimentorum[a] materia, quia alimenta deberi cõtingit tam ex iure naturali quam ex iure sanguinis, et affectionis et tã ex bois mortui dispositione, qui ex dispositione viuentis, et qui que a natura sunt digniora esse nolcuntur, ideo de bis alimentis putaui prius ostendere, que a natura debentur, deinde successiue dicam de bis, que hominis voluntate debentur, et subdam questiones quasdam, et dubia parti cuilibet adaptanda. Et quia frustra est de alimentis querere, seu tractare, nisi scrutemur quid eorum appellatione contineatur. Idcirco
1 quid †continetur alimentorum appellatione? Et dico, primus de alimentis prestandis, appellatione alimentorum tinentur omnia necessaria ad vitam, sine quibus corpus humanum ali non potest, vt cibaria, alimenta ꝛc. que bonam natura demonstrat. Item habitatio, vt l. legatis alimentis,
b de alim. et cib. lega. Item calcearium, [b] vt l. cum bi. ff. de calcear.
2 ff. de transac. Si vero tractemus † de alimentis remittendis tã actione, vel pacto, remittens alimenta simpliciter, non videtur remittere vestiarium, vel habitationem, vt l. cum bi. ff. qui tran-
3 figit. ff. de transact. Quero, an ei, † cui debentur alimenta, de
c beantur sumptus †prestandi magistro qui eum imbuit liberalibus artibus? Dic, aut alimenta debentur iure sanguinis, vt dicam, et tunc tales sumptus debentur. casus est in l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. Aut debent ex dispositione hois, et tunc non debentur. casus est in d. l. legatis. Quid si debeat educare
4 Respon. idem est. l. fina. de alimen. et cibar. lega. Quero, an in de
d ctis tribus casibus parem significationem importantibus contineatur lectus, [d] vt ille cui leganf alimenta, vel victus, vel educatio debeat habere lectum? Respon. sic. l. quos nos ff. verbum viuere. ff. de verbo. signi. cum viuere non possit quis cõmode sine eo, vt ibi no. Quero, †si aliqs legat vitã famulo suo in sua domo, vt quotidie faciũt testatores. qd videat legatum? Respon. quod videntur legata omnia que ad victuꝫ sunt necessaria, et ea omnia predicta, vt probatur in dicta l quos nos. ff. verbum vi-
6 uere. ff de ver. signi. Quero † an illi, cui debenf [e] alimenta vel vic-
e tus, vel educatio debeant medicine? Credo quod sic, cum non fit possibile sine eis ducere vitam suam, et sic debenf, cum nec essarium

sarium corpori debeat. l. si cum dotem. §. fin autem in seuissimo: ff. soluto matrimonio. licet in contrarium possit retractari quasi
7 ibi ponatur species separata. Sed quid si debeatur † diariū, vel cibarium? Dic solum cibum deberi, non vestiarium, nec habitationem, vel alia supradicta. vt l. diarijs. de alimentis et cibarijs legatis. & appellatione cibariorum intelligo potum. l. et si non
f sint. §. Stichum. ff. de auro & argento legato. & cui debentur cibaria, non debentur medicine, quia solum eum cibare tenetur, et ita retulit consuluisse sepe domin. Fran. Tig. de Pisis legum doctor, in persona domi. Joan. de Luciano dum Spoleti assessoris officio fungeretur. ¶ Also quid contineatur appellatione alimentorum videamus quibus personis ex necessitate nature, &
8 sanguinis alimenta debeantur, & primo † pater tenetur alimentare filium, & cogitur officio iudicis, vt l. si quis a liberis. et ibi glo. ff. de liberis agnoscen. & C. de pat. pot. l. nec filium. Item filius patrem tenetur alere. l. si quis a liberis. in prin. & C. de alēd. liber. l. i. in fine. & eadem de auo. & nepote dispositiue, q tenet lo
9 cum patris, vt l. secunda. §. non solū. ff. de excu. tut. Quero † circa hoc filius emancipatus non alit patrem, nunquid ex hoc potest revocari in patriam potestatem? Videtur quod sic, vt l. vnica. C. de ingratis liberis. Nam atrocem iniuriam committit in eum
10 qui patri egenti denegat alimenta, vt l. necare. de liberis agnoscē. propter quam atrocem iniuriam emancipatus revocatur in patriam potestatem, sicut etiam libertus revocatur, vt dictal. vbi
11 ca. C. de ingra. lib. vbi no. per glo. in ver. rescissa propter † quod dicerem, quod sit causa sufficiens exheredandi filium patri, cum patrem necare dicatur, ex quo ei indigenti denegat alimenta, vt
12 dicit. Quero, † an ex causis, & ex quibus pater filium potest exhe-
g redare, possit pater & filio, vt ingrato denegare alimenta, glo. in verb. detulerat. dicit quod sic, in dicta l. si quis a liberis. §. si qs
h er bis. ff. de liberis agnoscen. h Item † hoc procedit: quia pater
12 filium vel econtra alere teneatur, nisi alendus habeat artem, ex qua sustētari possit, vt dicta l. si quis a liberis. versi. fz et si filius, quod intelligo, nisi sit persona que operari dedignaretur vt miles. vel homo nobilis: qz eo ipso quod eget, licet operari possit, alendus est, vt dicta l. si quis a liberis. §. secūdo, versiculo quorundam necessitatibus facilius, &c. & quod ibi apostillauit Jac.
13 de Are. pro quo facit quod j. prime dicam. Quero † an mater
i teneatur filium alere? Et dico quod sic vsq; ad triennium. & et ultra, si pater laboret inopia, mater autem affluat opibus. vt l. prima. §. si mulier. ff. de liberis agnoscē. quod est verum, scilicet, quod vsque ad triennū alere teneatur, nisi sit persona talis cōditionis, quis lactare non deceat vt no. Azo in summ. C. de pa-
14 pote. in fine. Pro quo facit quod not. Jac. de are. in l. si marit⁹. ff. soluto matrimonio. Quero † an in casibus, in quibus pater tenetur alere filiū, si eū faciat perire fame, an teneatur lege Cornelia de sicarijs? Glosl. tenet quod sic, in dicta l. necare. ff. de li-
15 be. agnoscē. Quero an † frater fratrem, vel sororem teneat ale-
k re? Respon. quod sic, vt l. mutus. §. manente. ff. de iure dotium. & per ter. in l. quāis. ff. soluto matrimo. in dicta l. si quis a lib. §.
16 primo. & ff. de tut. & rat. distr. lege prima. Quero † an socer teneatur alere nurū? Dic quod sic, vt dicta l. si qs a liberis. §. non tan-
17 tum. Quero † an pater teneatur filiū naturalem l tantum alere?
l Respondeo, quod sic, vt dicta lege si quis a liberis. §. primo. C. de incest. nupti. authen. ex complexu. vt ibi notatur. sed ex egta te canonica etiam natos ex damnato coitu tenetur alere, vt in
c. cum haberet. extra de eo qui dux. in matri. quā pol. per adul.
Also cui debeantur alimenta pstari ex necessitate, modo videamus quibus debentur alimēta ex mandato hominis. Circa qō
18 quero si testator sic dixit: Lego ei alimenta, que solitus sum ei prestare in vitam, si testator ei prestitit vario modo, qz quādoque ei prestabat ampla alimenta quandoq; stricta, quod ergo tēpus inspicietur? Dic quod inspicietur tēpus conditi testamenti, vt quo modo tempore cōditi testamenti, ea prestabat, eo
19 modo pstari debeant alimenta post mortem testatoris. vt dicta l. Adela. §. sed si alimenta. ff. de alimē. & cibarijs legatis. † Quero quid si relinquunt alimenta, & sunt plures heredes instituti in testamento, ita quod fit incōmodum legatarijs conuenire singulos heredes, & p hereditaria portione. qualiter consuletur
20 legatarius? Dic quod iudex cōstituet, per vnū heredez illi pstari alimenta, vt l. prima. ff. de alim. & ciba. lega. Quero † plures debent alimenta, quorum aliqui sunt soluendo, aliqui non, nunqd propter existentem non soluendo tenebitur ille, qui est soluendo? Dic quod non. l. tertia. in fi. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. pe-
21 cunie. eodem titu. Quero, † quo tempore sint alimenta prestanda, vtrum menstrua, vel annua: Jacob. de Are. in l. fin. ff. de lib. agnoscen. distinguit, Aut debent ali vsque ad dictum tēpus vel perpetuo donec viuit, & alimenta sunt prestanda, & tangitur in dicta l. fina. C. de episco. & cleri. l. si quis ad declinandam. & in l. pecunie. in fin. ff. de alimen. & cib. leg. & no. glo. in verb. decesserit in l. nec semel. §. si in habitationē. ff. quando di. leg. ced. & l. Firmio. §. pater. versi. sed non initio. Facit. ff. de transac. l. cum bi. §.
22 cause. Quero, † legata sunt alicui alimenta heres dicit volo tibi prestare necessaria ad vitam, sed tu potes viuere cum tanto pane. & aqua in die. & volo tibi id prestare, & nō aliud quid iuris? Dic quod si testator consueuit prestare alimenta, illa talia per heredem prestabuntur, alias considerabuntur facultates debētis alimenta prestare, & dignitatem legatarij cui deberentur, et consuetudo regionis, & his consideratis, prestabuntur alimenta arbitrio boni viri, vt l. cum alimenta. ff. de alimen. & ciba. lega. & l.
23 ficui annuum. ff. de ann. leg. & l. cū bi. §. in persona. ff. de transac. & l. sed & si quid. post princ. ff. de vsufruc. † Quero, vtrum legatus alimentorum dicatur ad pias causas? Gl. in verb. vt ministrum. dicit quod sic, in l. si quis Titio. ff. de legatis secundo. & C. de sacrosanctis ecclesijs. l. sancimus. circa finem. dum dicit quoniam non absurdum, &c. iuncta ibi gloss. in verb. animas hominum. Sic gloss. exemplificat legatum ad pias causas legato alimentorum, quod est verum quando legatum est pauperi, vt in authen. vt cum de appella. cog. §. si vnū de predictis parentibus, & ceteris. & est glo. in lege. si cui annuum. ff. de annuis legatis. & pbatur in lege. cum bi. §. si in annos singulos. ff. de trānsactionibus, & hic soluit questionem an in legato alimentorum possit
24 Falcidia detrahi. ¶ Quero † in quo loco debeant alimeta pstari. Vide glo. in verb. alteruter. in lege. cum bi. §. cause. ff. de trā-
25 actionibus. tū in casu notabili quando † filius debet prestare alimenta patri, debet portare ad locum vbi pater eget. et degit, vt pbatur in authē. de incestis nuptijs. post principium. verficu. si vero contigerit. iuncta ibi glo. in verb. alia necessaria in fi. Et si dicatur, illud est ideo, quia pater erat ibi deportatus. et sic non potuit venire ad filium pro alimentis, non bene dicunt: qz per procuratorem vel nuncium potuit mittere, vt dixit domi.
26 meus in lege, item illa. de constitu. pecu. ¶ † Quero an filius teneatur alere patrem deportatum? Dic vt dicto §. i. & in authen. incestas. C. de incestis nuptijs. l. mutus. §. manēte. ff. de iure dotium, facit glo. in l. legatum. ff. de capitis diminutio. & infra. pri-
27 me dicam. ¶ † Quero si legantur alimenta incapaci, vt damnato in metallum, vel similibus an possint ad legatuz admitti? dic quod sic iudicis officio: vt l. seruos ad custodiam. de alimentis & cibarijs legatis, & quod not. in dicta lege cum bi. vbi seruus vel incapax potest de alimentis trāsigere, vel pacisci. ¶ Quero qd
28 si aliquis habēs † de bonis alicuius, vel aliquo mō cōiunctus prestet alimenta alicui, an possit ab eo repetere. vide ff. de negotijs gestis. l. Nesennius. & C. de transactioni. l. de alimentis. & C.
29 de negot. gest. l. alimenta. † quomodo alimenta possint peti p futuro tempore. vide in d. l. alimenta. C. de negotijs gestis. & l. nō
30 quem admodum. ff. de iudic. ¶ Item no. † speciale in alimentis, quia si per triennium prestentur, inducunt perpetuam obligationem ad ea prestanda in futurum, vt l. j. C. de fideicō. & l. si certis annis. C. de pactis. ¶ † Quero, testator legauit alimenta, & plura legata alia fecit deinde in alio testamēto, & codicillis legata minuit, dicendo, que legani volo pro tertia tantum parte prestari, an hoc refertur ad ad legatum alimentorū. casus notabilis quod nō. in l. libertis quos. §. posthumis. ff. de alimentis. & cibarijs legatis. & est casus notabilis i l. Caius. ff. de annuis legatis
32 ¶ † Quero debetis mihi alimēta in estimatione, de presentib⁹ non est dubium vt ipsa species debeatur, vt dicta l. legatis. ff. de alimen. & ciba. lega. & lege. verbo victus. de verb. signi. & leg. j. C. de eroga. mili. anno. libr. xij. De preteritis autem alimentis videtur idem per legem, cum vnus. §. verbis. & l. liberis. §. manumissis. ff. de alimen. & cib. leg. vbi ter. denotat alimenta preteriti temporis peti posse. In cōtrarium videtur quod estimatio ipsa peti possit, vt l. si vsufructus mihi in xviennium. ff. de vsufructu lega. Unde vt predicta iura concordentur, distingue, quod quedam sunt alimenta de preterito tempore, & ipsa non petentur, vt habitatio. nam impossibile est dari habitationē preteriti temporis, & ideo tenetur pro ipsa habitatione petere estimationez, vt dicta l. si vsufructus. ¶ Quedā sunt que non pereunt tamen expedit nobis quod prestentur, vt medicine, quibus anno preterito indigebam, & nunc non egeo: quia sum sanus & pro istis etiā peteret estimatio, vt d. l. & vsufructus. & l. patronus q operas. & l. libertis. in fin. de oper. liber. que bene probant. Quedam sunt que expediunt nobis vt bodie dentur sicut heri, vt frumentum, vinum oleum. carnes. vestes. & similia. que anno preterito dare debuisti. Et de istis dico petendum quod debitum fuit, vt dicta l. libertis. §. manumissis. & l. cum vnus. §. verbis. ff. de alimen. & cib. leg. petitur autem pro his preteritis non etiaz petendis. casus est nota. in §. nulli. C. de ero. milita. ann. lib. xij. Verum, quia multoties petimus estimationem alimentorum, & aduersarius resistit. & sic deueniunt ad transactionem, ideo videndum est † qualiter super alimentis debitis transigatur. Et dic, quod aut ali-

menta debentur ex vltima voluntate, aut ex contractu inter vi-
u s ⁊ isto vltimo casu potest semper creditor transigere. ⁊ pacis-
fci l. cum bi. §. plane. ff. de transactio. Si ex vltima voluntate, ⁊
tunc aut vult transigere super alimentis preteritis, aut futuris,
de preteritis potest transigi, dicta lege, de alimentis. C. de trās-
action. ⁊ not. in dicta lege. cum bi. in secunda gloss. Super futu-
ris vero alimentis non potest transigi sine decreto Pretoris,
vt l. cum buin. princip. ff. de transaction. Ratio quare licet trās-
gi super alimentis preteritis, est quia cessat ratio, ne fame pereat
34 alimentarius. Sed que est ratio, †quod super alimentis debitis
ex contracta licet transigere non super debitis ex vltima volun
tate? Respon. ratio est multiplex. Prima est duplex, scilicet fa-
uor alimentorum. ⁊ vltime voluntatis, vt l. alio. ⁊ l. seruos. et l.
fi. del. ff. de alimen. ⁊ cib. leg. ⁊ l. fin. C. de necessa. seruis. In ali-
mentis vero ex contractu inter viuos est vnus tantum, scilicet
fauor alimentorum. Item alimenta mihi debita ex contractu
inter viuos debentur mihi ex mea industria, ⁊ si fui diligens in
querendo ea, ita presumor diligens in retinendo, sed alimenta
mihi debita ex vltima voluntate non debentur mihi ex mea in-
dustria, sed ex aliena prouisione, ⁊ ideo cessat presumptio in re-
mittendo, vt probatur Institut. de verborum obligatio. §. ex con-
35 ditionali. † Item sicut non potest transigi sine pretore super a-
limentis ex vltima voluntate debitis, ita non potest pacisci, vt
no. in dicta l. cum bi. in ij. gl. in vers. alimentorum. ff. de transac.
35 et intelligo † deberi aliment. ex vltima voluntate, siue debeātur
ex testamento, siue ex donatione causa mortis, siue relinquant
ab eo, cui mortis causa aliquid est relictum, vel causa conditio-
nis implende. d. l. cum bi. §. ij. ⁊ ij. ⁊ debet pretor decretum in-
terponere, dicta lege. cum bi. §. cause huiusmodi. Causas autem
iustas que debeant mouere pretorem. vide vt ibi habetur in §.
37 sequenti. Si vero sine † pretore transigat super alimentis, ⁊ me-
liorem facit conditionem suam, tenet trāsactio, alias non, vt di-
38 cta l. cum bi. §. quid ergo. Item † si pluribus alimenta relinquū-
tur, non poterunt sine pretore inter se tranfigere: quia durat ra-
tio prohibitionis. vt dicta l. cum bi. §. si vni. alias secus vt l. vo-
luntas. C. de fideicommiss. ⁊ de transactione super alimētis fien
da dic plene vt d. l. cū bi ff. de transactio. per totam legem. Ꝯro,
39 † relictum est aliquid ad pauperum alimenta, an ciuitas habeat
petitionem illorum alimentorum? Dic quod sic. cum dicatur re
lictum in honorem ciuitatis. vt l. ciuitatibus. post princip. ff. de
leg. i. Guliel. in Specu. de instrumen. edi. §. nunc vero aliqua.
40 versicu. sed nunquid quilibet de pplo. Quero, an extraneus
heres filij teneatur alere pfem egenum? Dic quod sic per text.
4 in l. si quis a liberis. ff. de lib. agno. ⁊ similiter † monasterij suc
cedēs monacho tenet alere patrem monachi. cuz sit suus heres
cuiusdam semimortui. vt not. in authenti. si qua mulier. C. de sa
42 crosanc. eccles. † Quero an sit par, ⁊ eadem necessitas alimenta
prestandi venientibus per sexum femineum, sicut venientibus
per sexum masculinum. Et t. videtur velle quod non, in l. pe
nul. ff. de lib. agno. vide in l. si quando negotium. vbi gloss. not.
que incip. not. in argumen pro subdito. C. de ordi. cog. ⁊ ibi alle
43 gantur multa iura. ⁊ † Item monachus alendus est ab Abbate,
dum pendet questio an sit monachus, vel non. ⁊ causa cognita,
prestabuntur. vt extra de accu. c. ex parte. ⁊ l. si instituta. §. pen.
ff. de offici. testamē. Quid autem in cause cognitione versetur,
44 vide in dicto capit. ex parte. Quero, † aliquis non habet vnde
se alat, nisi venderet aliquam suam rem, que tamen est ad pe-
titionem iudicis sequestrāda? Dic quod propter alimenta vendi
45 potest ⁊ vide ter. in l. fin. C. de ordi. cog. Quero tan vasallus te
neatur alere dominum egenu. Certe sic, alias posset dominus,
cui alimenta denegantur, auferre ei feudum. vt in vsib. feud de
46 fo. fid. capitulo primo. Quero, † tutor denegat alimenta pupil
lo an sit iusta causa remouendi eum? Respondeo sic. ⁊ etiā pu
niendus est. vt l. si. ff. vbi pu. edu. deb. ⁊ l. ij. §. tutor qui ad alimē
47 ta. ff. de suspec. tuto. Quero, † an sententia lata super alimentis
sit interlocutoria vel diffinitiua? Respon. quod est diffinitiua.
vt dicta l. si quis a liberis. §. si quis ex his. de lib. agn. Quero,
an a sni lata super alimentis possit appellari? dic quod sic. do.
Franc. Tig de Pis. dicit oppositum: quia iterum prouideri po
terit, quod cum sit informata conscientia iudicis per alimenta
rium, tamen sententiam pro eo tulit, facit interim alimenta pre
stari, vt dicta l. si quando negotium, que communiter intelligi
tur, quando pars petens alimenta intentionem suam funda
48 uerat. et iudicis conscientiam informauerat. Quero, † an mari
tus teneatur alere vxorem ⁊ quando habet ab ipsa dotem, non
esset dubium quod teneatur eam alere: quia dos tenetur, et de
reseruari oneribus matrimonij. vt l. pro oneribus. C. de iure do.
m Sed quando vxor nullam habet dotē dico idem. si ipsa mari
to operatur. ⁊ idem in herede mariti dissoluto matrimonio, vt
not. gloss. in verb. esse de. l. sicut patronus. ff. de oper. lib. alias
si ei non operaretur. credo eam non alendam, nisi ipsa esset fure
re detenta, vel si maritus eam expulerit, cum tunc non stet per
ipsam quo minus operetur marito. vt l. si cū dotem. §. sinautem
in seuissimo. ff. soluto matrimonio. ⁊ no. per Cy. in l. quod in vo
49 rem. C. de neg. gestis. Quero quid econtra. an vxor teneatur a
lere virum egentem? Spec. tenet quod sic, in titu. qui filij sint
leg. §. primo. versi. quid si mulieri. ⁊ vide etiam. C. de iure dot.
vbi. ⁊ ff. soluto matrimo. l. si constante. in princ. Quero, an vxor
50 † habeat bona viri obligata pro restitutione? Jacob. de Are a
n cit. quod sic, per l. Lucius. ff. qui po. in pig. hab. oppositum ta
men tenet domi. Franc. Aigri. de Pisis. per leg. l. ff. soluto ma
trimonio. Quero an tutor teneatur alere pupilli matrem, et so
rorem egentes? dic quod sic. vt l. i. §. sed nonnullos. ff. de tute et
51 ra. distr. Quero † tutor est pauper, nec habet vnde se alat, an de
beat ali de bonis pupilli? Text. videtur quod sic. in l. §. si pu
52 pilli. ff. de tute. ⁊ ra. distra. Ultimo † quero? an alimenta sint pre
o standa de pecunia redacta ex venditione rerum. an ex fructibus
earundem? dic quod ex fructibus, et reditibus debent alimenta
pstari. vt l. ij. §. Adeo de stinus. ff. vbi pupil. edu. debe. ff. ad Tre
p bellia. l. Imperator. P in fi. ⁊c.

¶ Tho. Dip. Iste sunt additiones Ang. de Perusio, quas in
ueni in rr. libro consilio. post Tracta. Bartol. de alimentis ma
nu scriptum.

¶ Adde predictis quod potestas ; ⁊ alij maiores officiales te
nentur alere eorum iudices ⁊ officiales. si infirmentur ⁊ eis me
dicinas dare, ⁊ expensas tantum condecentes facere. inspecta
conditionibus qualitatibus, ⁊ gradibus personarum ad reco
perationem sanitatis. Ita dicit Cyn. in l. quod in vxorem. C. de
neg. gestis. quem sequitur ibidem Bald. ⁊ no. per Bar. in lo
gatis alimentis. ff. de alimen. ⁊ cib. lega. ⁊ per eundem in l. si cū
dotem. §. sinautem in seuissimo. ff. soluto matrimonio. in fi. et
filius legis, ⁊ not. per Specu. in titu. qui filij sint legitimi. §.
verfic. sed nunquid is, qui tenetur prestare alimēta. Item dom.
Barto. in quodam suo tract. dicit quod per alimenta educatio
nis vel victus debentur medicine cum non sit possibile sine eis
vitam suam ducere. Pro quo est tex. in dicto §. sinautem. ibi ali
menta pstare, ⁊ medicina eis succurrere. ⁊ nota. in fin. in Lud
gnum. iuncta gl. ff. de his qui. vt indi. Item no. quod per diuitis
vel cibarium solus cibus debetur non aūt vestimenta habitatio
vel alia. Jo. dicta. vt l. darijs. ff. de alimē. ⁊ cibarijs legatis quod
appellatione cibi. etiam potus intelligitur. vt l. si non tamen. §.
fi cui escarium. de auro ⁊ argento. leg. ⁊ l. i. de ali. ⁊ cib. leg. ⁊ cz
debentur cibaria medicine non debentur: quia eum solum cibo
re ⁊ non alimentare teneatur, quorum appellatione veniunt po
dicta, ⁊ ita refert Bartol. consuluisse. Idem dicunt Franc. Tig.
⁊ Joan. de Ligna. de quo not. in fi. in l. sed sciendum. ff. ad Tre
bellia. ibi impendiorum quoque, que ad iter explicandum ibi
sed ⁊ salutis ac dignitatis ⁊c. ⁊ not. in dicta l. idemque. §. idem
Labeo. ff. mand. ⁊ in simili. in l. sumptus. ff. de pact. in l. qui pu
prio. §. litis impendia. ff. de procur. ⁊ not. in l. i. §. item sumptus
litis. ff. de tute. ⁊ ra. distrab. Nam cibaria congrua debent
obsequium aliorum exercentibus, vt not. in Specu. titulo
§. sequitur. versic. quid si aduocatus aliquo casu. ⁊ vera dicta
hec in argumētum. cum fi. idem no. in testibus, qui in causa
alicuius testificantur, vt sumptibus producantur, et alibi
not. in l. quoniam. C. de testi. ⁊ l. eos. C. de appella. ⁊ in li qua
er signatoribus. ff. quemadmodum testa. aper. cum similibus. no
de in simili ff. de lib. exhib. l. si quis a liberis. in princip. ibi gra
rundam egritudini. ⁊ cum equitate hec res deciditur. Angelus
de Ubal. de Perusio.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ De alimentis. Dicit Jo. de Imo. in l. si cum no
tē §. si maritus. ff. sol. matrimo. q. Bart. cōposuit tracta. istum
alimentis. ⁊ postea alium tractatum longiorem. et sic secundū
ipsum Barto. composuit tracta. alimentorum duplicatum. et
dicit ita se habere, sed aduerte quod Alexand. non vult alen
re Barto. in isto tractatu, sed in tractatu de teste. dom alleg.
oppe. prudentie. Et adde quod iste tract. est Bar. et ita pra
Barto. allegat domi. Abb. in c. ij. de conuer. infide. et Alexan.
in l. si cum dotem. §. si autem in seuissimo. ff. soluto matrimo
⁊ in l. diuus. ⁊ in l. hereditatum. in prima colum. ff. ad legem
cid. ⁊ in consilio xxvj. ⁊ in consil. clxxvij. volumine vj. incip.
deretur forsan ad consultationem. verficul. sed in preterita
cit. ⁊ Jaso. in l. de alimentis. in princi. C. de transactio. et in leg
prima. §. huius studij. ff. de iustitia ⁊ iure. ⁊ domi. Bapt. Spec
in suo tracta. de transactio. in ix. questione. in fin. tamen iste no
ctatus est domi. Nicol. Alexand. de Perusio, qui fuit gener
Bartoli ⁊ ita vidi in multis libris antiquis manuscriptis, in
quibus

quibus iste tractatus adscribitur predicto domi. Nic. nihilominus cogita.

b ¶ Item calcearium. Vide Phil. Dec. in l. de alimentis. in pri. C. de transac.

c ¶ Sumptus. Vide Bar. in l. legatis. ff. de alimen. & cib. leg. cū concor. de quibus ibi per Alex. in add. & ibi vide apost. meam, & vide Alexan. in l. si cum dotem. §. fin autem in senissimo. ff. sol. matrimonio.

d ¶ Lectus. Vide Barto. in l. legatis. in fine. ff. de alimentis & cibaria legatis.

e ¶ Debeantur. Vide Alexād. in l. si cum dotem. §. finautem in senissimo. ff. solu. matrimo. Philip. Dec. in l. de alimentis. numero tertio. C. de transactionibus. & vide infra in apostil. in verbo medicine.

f ¶ Decimę. Vide Barto. & docto in l. si cum dotem. §. finautem in senissimo. ff. soluto matrimonio. & ibi Alexand. & Bart. in l. legatis. ff. de alim. & cibaria leg. & Bal. in l. in rebus. § possunt. ff. commoda. & in l. quod in vtrem. C. de neg. gest. & do. Vitalem de Neapol. in suo trac. clausularum. in rubr. an possit renunciari beneficio alimentorum.

g ¶ Ex causis. Vide Jas. in l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. & in authentica. vnde si parens. in principio. C. de inofficioso testamento.

h ¶ De libe. agno. Vide ibi apost. meam.

i ¶ An mater. Vide Abb. in c. ū. de conuers. infid. & Aler. in l. ū. C. de pa. pot. in addi. Bart. ibi apost. meam, vide in l. si quis. §. si mater. ff. de li. agno.

k ¶ An frater. Vide Ange. de Are. in §. sed & si quis. versi. u. ad in fratre. Institu. de actio. & Alexād. in lege prima. ff. soluto matrimonio. & vide Bart. in l. si quis a liberis. §. vtrum. ff. de liber. agnosc. & in l. quamuis. ff. soluto matrimonio. gloss. & Bart. in lege. parentum. C. de alend. liber. & in lege secunda, vbi pup. educ. deb. Quid autem in fratre vterino: Dic quod Lyn. post multa in lege prima. ff. de liber. agnoscen. tenet idem: quia non reperitur prohibitum quod intellige sano modo verum esse, vbi frater non habet vnde aliunde se alat, vt not. gloss. in l. qui filium. super verbo bec aliter que incipit ad est aliunde. ff. vbi pupillus educ. & cum frater aliter consulere non potest. id est cum ab alio alimēto debet. dicta lege qui filium. sed pone. quod frater habet patrem diuitem. & fratrem diuitem a quo debet petere alimenta: Dic quod a patre, idem si haberet auum diuitem & patrem diuitem. debet a proximiori ali vt not. Ly. in lege prima. C. de alend. liber. Sal. in lege fina. C. eodem. & per Bartol. in l. penulti. eodem tit. & idem de patre. & filio diuite. quod pater filium alit. vt l. penulti. ff. de liber. agnoscen. Preterea ratio esse debet. qui horum alimentorum prestatio descendit ex charitate sanguinis. & ex equitate. vt not. text. in l. si quis a liber. in verficu. et magis. ff. de liber. agno. & sic horum alimentorum prestatio est facienda secundum proximiorem gradum magis strictum petenti. vt dicta lege penul. & petit tam a genere mascul. quam femin. vt dicta lege penulti. sed tunc descendit ad lineam femininam in subsidiū. scilicet alijs non extātibus proximioribus, & idem est censendum de alimentis femine: cum alij proximiores nō supersunt. sed tantum frater, per iura superius allegata. & ea que not. et am Barto. in dicta lege penulti. Ad predicta quoque facit not. abi. questio domi. Dyn. m leg. alimēta. C. de nego. gest. vbi vide omnino an frater teneatur alere fratrem existente matre in medio, an autem si pater egenus habeat fratres, qui teneantur eum alere. & habet heredes extraneos filij. & habet matrem. a quos pertinet onus alimentādi. vide Bar. in l. si quis a liberis. Item rescriptum. ff. de li. agno.

l ¶ Filium naturalem. An autē pater teneatur alere filium prodigum. vide Bal. argallius ter. in c. pe. de consuetu. quod pater potest denegare alimenta filio prodigo. & vide l. pe. ff. de iur. do. & gloss. in limquam. C. qui accu. non pos. & Bal. i. l. fi. C. de dot. promis. & Joā. And. in c. Quintauallis. de iureiur. & Bart. in l. si quis a libe. §. si vel parens. & ibi apost. ff. de lib. agno. quando pater potest denegare alimenta filio. & ibi. an alimenta sint de iure natu. an autem filio robusto & sano possit pater denegare alimēta. qñ filius nihil vult operari. vide Bar. in l. i. in fi. C. de mendi. valid. li. & in l. si quis a liberis. §. sed & si filius. ff. de lib. ag. An autem pater teneatur alere filium diuitem. vide Alexand. in l. solu. matrimo. An autem pater teneatur alere filium incestuosum. & filios ex damnato coitu. vide eundem Aler. in l. ū. in princip. in vltima col. ff. de in ius vocan. & Bar. in l. si quis a liberis. §. vtrum. ff. de liberis agno. An autem pater teneatur alere filium spiritualem. quem de sacro fonte leuauit. dicit Bald. forte quod sic. sicut adoptiuum. vt ipse not. in authent. nisi rogati. C. ad Trebellia. & Docto. in lege. si quis. §. vtrum. ff. de liberis agnoscen.

m ¶ Nullam habet dotem. Vide Alexan. in l. si cum dotem. §. fin autem in senissimo. ff. soluto matrimonio. & in consi. xxvj. in vj. volumi.

n ¶ Pro restitutione. Vide Bartol. in l. Lucius. ff. de alimentis & cibarijs legatis. & Paul. de Castro consi. viij. inci. quo ad primum.

o ¶ Vltimo quero. Vide Bar. in l. Imperator. in fi. ff. ad Treb. & domi. Vitalem in suo tract. clausularum. in clau. an iuri alimentorum possit renunciari. vbi plene examinat dictum Bart. & quomodo intelligatur.

p ¶ Imperator. Hic finit tractatus Bartoli. siue Nicolai. domini Alexan. de Perusio, cui fecit additiones dominus Angelus de Ubaldis. de Perusio. Alium quoque alimentorum tractatum fecit dominus Petrus de Ubaldis. frater ipsius Angeli & Bald. maximus Canonista. quem posuit super. c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimoniū. quā poll. per adulterium. incipien. tractatu de alimentis iū. simpliciter videamus. quibus adde supra dicta. & etiam quod si creditor fecit aliquem incarcerare. & non est soluendo. tenetur prestare alimenta debitori incarceribus secundū Baldum. in tractatu de carceribus. & Angel. de Aretio in §. finali. in fine. Institutionib. de actionibus. & nota quia pluries practicaui in Romandiola & etiam Venetijs diebus proximis elapsis coram Reverend. domino Cesare Bachono. Vicario Reueren. domini Hieronymi Quirini. Patriarche Venetiarum. Vicario dignissimo. & compatre meo. Adde etiam dominos de Rota. in decisione criū. in antiquis. incipiente nota quod accusato de crimine. vel super bonis. pendente lite adminis trantur alimenta. Item in causis alimentorum proceditur summarie. vide text. gloss & Barto. in dicta l. si quis a liberis. quod limita in alimentis de futuro. secus de preteritis. secundum Bartol. in l. de alimentis. C. de transactionibus. & ibi vide Jaso. & eundem Jasonem. in l. cum hi in principio. post Albericum de Rosa. ff. de transactionibus. & Petrum de Ancharano. in clementi. prima. de iure patronatus. Item in causis alimentorum proceditur diebus feriatis. vide Alexand. in lege prima. ff. soluto matrimo. & ibi vide quod alimenta cum maiori facilitate prestantur. & alia priuilegia alimentorum ponit Bartolus in lege. Mela. in princip. ff. de alimentis & cibarijs legatis. ¶ Adde etiam quod vbi relinquitur pecunia pro alimentis videtur esse de mente testatoris. quod de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata prestantur. ter. est in l. diuus. & ibi Alexand. ff. ad legem Falcidiam. Item alimenta legata Titio. & familie. que. & quibus veniant. & vide Alexand. in consi. clxxviij. in sexto volu. incipiente. & videretur forsan. in princip. Item iuder nemine instante. & petente officio se interponit fauore alimentorum. l. diuus. & ibi Alexand. vbi videas. ff. ad legem Falcidiam. Item alimentorum onus sequitur bona ad quemcunque transeant. l. secunda. in principio. & ibi Barto. in principio. & circa medium. & in l. solent. ff. de alimētis & cibarijs legatis. Imo. & Paul. de Cast. in lege nihil proponi. de legatis primo. versi. & si contra fiat. Item alimenta per testatorem relicta Titio si non petijt ab herede. & iussu suis sumptibus non potest illa petere. Vide Paulum de Castro. de ... dua in lege. diuortio. ff. soluto matrimonio. Et Felynum plene in capitulo. ex parte. in fine. de accusationibus. quod nota. quia practicaui in causa Federici de Superchijs. de castro medū de Pisauro. Item an ille qui tenetur prestare alimenta fuffi cat sibi dare prebendam. vel ponere ipsum in hospitali ad alimentandum. vide Card. n. Alexand. in cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrimoniu quam polluit per adulterium. & an si quis teneretur quem alimentare, teneatur ad mercedes magistrorum. vide Baldum in lege qui filium. ff. vbi pupillus educa. deb. Item legatum alimentorum est arbitrarium. etiam si heres non confecit inuentarium. quia non debetur insolidum. nec vltra vires hereditarias. Bald. in lege. voluntatis. versiculo. nunquid ergo propter. C. de fideicommiss. & in consilio crv. in quarto volumine. & in taxationem istorum alimentorum debet fieri ex fructibus hereditatis. vt per doctores in lege. Imperator. ff. ad Trebellianum. & tenet Baldus in dicta lege. voluntatis. Item in alimentis prestādis debet haberi ratio ad bona emphyteutica. Item ad legitimā ipsius filij debentis. Item etiam debet deduci es alienum. vt plene per Alexan. in consil. centesimo. in primo volumi. incipiente. super primo casu. Item debet haberi consideratio. ne filius fame pereat. vt prouideatur filio. & heredi sicut & legatario. vel vxori in dictis alimentis taxandis. vide plene per Baldum. in dicto consi. crv. vbi omnino videas.

¶ Explicit Tractatus de alimentis. editus per do. Bartol. a Saxoferrato excellentissimum legum doctorem. &c.

Tractatus Questionis venti late coram Domino nostro Jesu Christo inter Virginem Mariam ex vna parte, & diabolum ex alia parte.

1 Christus humani generis verus est salvator authorizans.
2 Judices interdum secundum iura vtuntur mera iustitia, quando iuris rigore, vel etiam equitate, prout persona, locus, causa, & tempus desiderant.
3 Qui male agit odit lucem.
4 Judicium quot, & quibus personis constet.
5 Mores mulierum leviter offenduntur.
6 Mulieres ab omnibus officijs publicis abstinere debent, tamen pro miserabilibus personis pupillis, & viduis ad postulationis officium admittuntur.
7 Nulla dierum prescriptio iuuat male fidei possessorem: quia bivere possident, quorum nomine possidetur.
8 Quid si partes comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt.
9 Remedium ordinarium vbi habet locum non est recurrendum ad extraordinarium.
10 Quibus dolis, & laqueis, vel insidijs ad fallendum genus humanum vtatur Lacodemon.
11 Angelus, qui peccauit, iusto Dei iudicio fuit puniendus.
5 citur infamis.imo eius fama in totum tollitur, vt ff. de vsūs & extr.cog.l.cognitionum.§.fina. Sed erbannitus non efficitur infamis:quia edictum propositum in absentem de maleficio nō infamat nisi de facto vt de requir.re.l fina. Nam expresse dicitur bannitus condemnatus extra ordinem, vt in gloss. de modo multe prima. Facit quod dicitur in l.iij.§. preterea.& ibi not. per Dyn. de suspectis tutorib.ergo patet quod non equiparatur deportato. Preterea,non reperitur lege cautum,q deportatus possit impune occidi,sed bannitus potest impune occidi ex forma statutorum ergo,nō equiparetur deportato. Preterea bannitus est tanquam ab ipso principio contumax.& extra obedientiā & obediens sit deportatus est obediēs. & sic si post deportatum,& in exilibus,sit capite punitur.de pen.l.relegati.& l.capitalium.& in exilibus,ergo. &c. Preterea, deportatum nemo pōt restituere,nisi princeps.vel senatus.de pen.l. relegati.in fin.ff. de postul.l.j.& de qua autem restitutione.sed erbanniti tota die restituūtur per communia,& eorū rectores.ergo non equiparantur deportato.in ista sententia est Jac.de Are.& no.Dy.C.de he
6 red.instit.l.j. Et ita determinatū fuit Bono.i pub.disputa.per Soder. ¶Tertio videamus, vtrum equiparantur relegatis. Glo.que est in dicto.§ relegati.dicit.q quando bannitus non amittit bona, & tunc equiparatur relegato Item sentit gloss.ff ex quibus caus.in pos.eat.l. cognitio bannitus per solam cōtumaciam credo verum. nam aliquis est ex gnitione secundū statuta & consuetudines Italie,sed sententia releg itionis licet in absentē posset ferri,tamē debet cognosci ō crimine.dicitur quod debet ferri in absentes more priuatorū iudiciorum,sed constat, q in causis priuatorum non fertur in absentes sententia nisi cognitio de causa procedat,vt C.de iud.l.perandū.§.finaute reus.& C.quomodo & quādoiud.in auth.qui semel. Pro hoc facit in auth.de incest.nupt.§.j. & ibi no.i prin. magne glo.que incip. Ex hoc patet, q bannitus non equiparatur relegato. ¶Primo relegatus est infamis, vt ff.de var.& extraordi.cog.l.cognitionum.§.minuntur. saltem iterum, cum est in relegatione,vt l.quid ergo.§.pena grauior. de his qui no.infa. sed bannitus non est infamis, vt ś. dictum est. Preterea relegato non potest dari licentia reuertendi,nisi a principe.l.relega
7 ti.ff.de penis.in fi.sed erbanniti restituuntur a ciuitate:ergo.&c. ¶Quarto est videndum, vtrum bannitus equiparatur excommunicato in omnibus, ita quod de vno ad alium arguatur. Nam isti erbanniti statim elapso bono habentur pro confessis de maleficio.nec possunt innocentiam purgare,secundum statuta & consuetudines Italie,sed excommunicati statim prestita satisdatione de parendo mandatis iudicis absoluuntur: vt extra quod met.cau.c.j.& de sent excom.c.nuper.& c.sacro.in fi.Ex effectu ergo patet.q non procedit equiparatio. Preterea, excommunicatus,a sacramentis, & communione fidelium excluditur: extra de sentē.excom.c.ō.de senten.excom.c.ō.& c.pe.certum est autem bannitum predicta non perdere.igitur,&c. Preterea sententia excommunicationis a iudice suo lata, valet apud omnes. d.c.pen.sed erbanniti non facit quem haberi pro erbannito.nisi in illa ciuitate.vbi est erbannitus:ergo,&c. Preterea non reperitur q excommunicatus possit impune occidi: ergo,&c.hoc intellige.nisi excommunicatus esset incorrigibilis, vt xx.ij.q.v.c. excommunicatorum.& ibi not.& sic videtur bona argumentatio
8 de vno ad alium simpliciter. Quid dicemus? Dico talem bannitum ex forma statuti impune occidi posse & recte & proprie dici trāsfuga ciuitatis sue. ¶Item proprie potest dici hostes ciuitatis sue,hoc probo tam ex modo constituendi, quam ex modo constituti, Ex modo constituendi patet, sicut ille dicitur transfuga, qui ab alijs qui sub imperio sunt de causa desistit in hostiū numero aliorū erbannitorū, & hostium ciuitatis sue :ergo pro prie potest dici transfuga ciuitatis sue. ¶Item hoc probatur ex effectu constituti. Nam licitum est trāsfugam impune occidere. ¶Item exbannitus simpliciter redeundo ad ciuitatē suam nō recuperat eā. Sed poterit instare:hostes sunt quibus populus Roma.bella.indixit.vel ipsi populo.ff.de capti.l.hostes. & erbanniti non sunt huiusmodi:ergo.&c,si non contulerunt se in numerum hostium,& sic non potest dici transfuga. ¶Secundo hostes inter quos habent locum iura captiuitatis, sunt hi, de quibus loquūtur d.l.hostes,sed alio modo loquendo videtur,q ciuitas possit habere hostes suos,si ipsis belluz indixerit,vt ff. de capti.l.si quis ingenuo.§.fina.& not.in d.l. hostes. in j. gloss. sed talibus exbannitis indixit ciuitas bellum permittendo, q possunt occidi.& statuendo officiales ad eos capiendos: ergo
9 sunt hostes ciuitatis. ¶Item quando subditus se rebellat to domino,vel potestati dicitur hostis,vt C de his qui ad eccl.confu.l.seruus.in fi.glo. Pro hoc facit quod not.Dy.de minu.l. si nō conuitū.in princip.& erbannitus potest dici transfuga sue ciuitatis. Itaque possunt dici hostes. Nam illi, quos senatus etiam iudicat hostes,sunt hostes populi Romani d.l.amissiōe. vers sed & ibi.cum glo.sua.ita illi subditi,quos commune iudicat suos hostes,sunt hostes sue ciuitatis.Sz exbānitēdo eos iudicat suos hostes:ergo &c.& possunt dici trāsfuge, & hostes sue ciuita
10 tis. ¶Restat videre,quid bannitus amittit pro tali banno. & quod vos debetis scire,qō transfuge,& hostes populi Roma.vltra alias ciuitates perdunt Ciuitatem Ro. & omnia iura gentium.vt d.l.amissione.& l.quidam sunt ff.de penis.hoc verum qō perdunt iura ciuitatis,Roma. inquantum respicit commodum suum,sed prout respicit incommodum iura ciuitatis Ro.remanent apud eos secundum vnam solu.in l.postliminium.§.filius. de capt.& probatur hic.& patet quia promittendo vobis, obligat se ciuiliter.vt not.ff.de capt.l.tutelas.§.fin. Hoc etiam patet,quia lex ciuitatis Romane que permittit eos occidi, eos ligat,vt C.de fic.l.iij.in fi.Sic itaque dico de tali bannito. Haz cū ipse proprie sit transfuga,& hostis populi ciuitatis, vbi est erbānitus,vt ś.probaui,dico qō exbannitus perdit illam ciuitatem, & omnia iura,& priuilegia illius ciuitatis. Jura autē gentiuz ita iura cōmunia ciuitatis Roma.sunt imperū Romani, ideo non perdit ea. Nam non est transfuga Romani Imperū, sed illius ciuitatis tantū,vbi est erbannitus,& sic idē de parte quo ad partem,quod est de toto quo ad totū. Preterea hoc est veruz,quia si aliquis est transfuga, vel reprobatus ab aliquo collegio, iura & priuilegia illius collegū perderet,remanet tamen in dispositione iuris communis.vt ff.de excu.tu.l.sed & reprobari.& C.de epi. & cler.auth.generaliter.& C.de questioni.l.milites.de tabul.l.ij. libro x.ita ergo, cum ipse bannitus sit remotus ex delicto ob

vniuersitatem perdet iura, & priuilegia tantum ipsius vniuersitatis, pro hoc facit C. si curia. vel cohor. l. i. in fine lib. x. Ad istã
11 †opi. induco testem Jac. de Are. cuius opi. videtur esse de mente iuris, vt plurimum, qui hoc tenet, vt ff. ad S. C. Treb. l. ex facto. §. ex facto. & inter cetera his verbis vtitur, Quod de bannitis nostri temporis dicunt quidam idem. qõ in deportato, arg. ſ. de bo dam. l. i. sed contrarium videtur: quia sententia deportationis etiam a præsidibus dari nõ potest, vt ſ. de pen. l. vlt. de legiũ. l. i. §. deportatos. multo minus a ciuitatum rectoribus. nõ ergo perdit que sunt iuris ciuilis ſRomanorum propter bannum, sicut relegatus: licet sibi bona adimentur: quod interdum fit, licet regulariter non habeat fieri, vt ſ. de interd. & rele. l. relegatorũ. § i. C. de postul. l. nemo. & arg. ff. de pe. l. interpretatione. Ea autem, que sunt propria ciuitatis, a qua est exbannitus, amisisse credo: quia quantum ad illam peregrinus est, vt C. de here. ſtl. l. i. & de in ius vocã. l. sed si hac. §. sed si per penã. Jsta sunt sua ỹ ba. per que, vt patet, posuit suam voluntatem ponendo non in argumentum inducendo. ¶Patet ergo, q̃ iura sue ciuitatis perdit. seu a qua est exbãnitus, sed iura cõmunia retinet, vt dictum
12 est. ¶Quero, nunquid †bannitus possit facere testamẽtũ? Vy. in d. l. eius qui. §. fin. de testam. dicit q̃ si ei auferũtur bona, quod equiparatur deportato secundum gl. in d. §. deportatos. & non potest facere testamẽtum. Idem tenet Spec. in tit. de instr. edi. §. compendiose. versi. quid de bannitis. Alij cõmuniter contra, quia negant ipsum equiparari deportato, vt dixi ẽ. cum distinctione tamen. Aut fecit testamentum secundum ius commune, & potest. Aut secundum jus ciuitatis sue & non potest vt puta q̃ erat in ciuitate statutum, q̃ testamentum possit fieri minori numero septem testiũ. ¶Sed nunquid poterit heres instituĩ? quidam q̃ nõ quia equiparatur deportatis, vt plene per Lyn. in l. i.
13 C. de hered. inſtit. Tu autem † distingue, aut instituitur in testamento facto secundũ ius propriũ illius ciuitatis, & tunc nõ põt
14 institui, q̃ illius iuris nõ est capax. vt patet ex ꝺictis. ¶† Itẽ posset queri an bãnitus succedat ab intestato: videtur dicendũ, aut loqueris de successione ab intestato de iure statuti, vt si per statutum dicitur, q̃ agnatus preferatur mulieri proximiori in gradu, tunc non succedit: quia ipsius iuris omnino est incapax, vt patet ex predictis. quod tene mẽti: q̃ multe alie questiones poterunt fieri si bene inſpiciatur. ¶Predicta vera credo in omni bannito, qui secundum formam statutorum impune potest occidi. nam ille proprie est transfuga, & hostis ciuitatis, & ei ciuitas
15 potest indicere bellũ, vt ẽ. prõbaui. ¶Sed quero, †quid de bannito, qui non impune occidi potest. sed offendẽs, vel qui occidit minori pena punitur? ¶Respondeo, quod talis bannitus nõ est propriè trãsfuga. nec hostis ciuitatis. vt Lamissione. & l. capitis. de capi. dimi. vbi requiruntur duo copulatiue, scilicet quod desit ab his, sub quorũ imperio, & obedientia eorũ quibus subest: sed non facit secundum. quia se contulit in hostiũ numero. quod patet. quia ciuitas nõ habet eum pro hoste, cum priuat offendẽtes eum, licet minori pena, equiparatur autem talis exbãnitus personis vilibus, quibus qui iniuriatur, minus punitur, vt Inſt. de iniu. §. atror. & §. pena. & ff. de iniu. l. ſi. retinet ergo iura cõmuni & iura sue ciuitatis & solum perdit illud quod tantum est expressum quod perdat. & ſi aliter diceretur oportet dicere omnem contumacem esse transfugam, & hostem sue ciuitatis, quod
16 esset iniquissimum. ¶† Sed pone quod in statutis nihil cõtinetur de exbãnito quid esset de iure communi? Dic quod de iure communi potest quis exbãniri: nam annotatio, que olim fiebat, erat quoddam bannũ. Dicebatur enim si non veniret intra terminum quod omnia bona sua ponantur in bonis fisci, vt ff. de requi. re. l. i. & no. in gl. in verb. requirẽdus. que incipit, id est requisitus, non est dubium quod iudex põt multare cõtumacem inobedientem sibi, vt ff. ſi quis ius di. non ob. l. vnica. Nã illud est bãnire, & multare cõtumacẽ inbedientẽ sibi, vt ff. de ven. inſpi. l. i. §. qõ ergo in gl. ſuper verbo, multetis. que Icipit id est, aliquibus bannis, facit C. de epiſc. & cleri. aut. item nulla cõmunitas. &
17 quod no. in l. i. in vlti. glo. C. qui bo. ced poſſ. † Sz quid perdit talis exbannitus iure communi? Respon. perdit id quod fuit expressum in banno, puta fuit bannitus q̃ ſi nõ veniret intra tẽp̃ tale solueret centũ, vel perderet omnia bona in casibus, in quibus de eis loquitur. ¶Item, quia in bono veniũt bona, nõ poterit interim sibi solui. vt l. ſi de re ĵ. re. ¶Itẽ, ſi tale crimen erit
18 qõ † infamat. interim erit ifamis de facto. C. de req. re. l. ſi. Est autẽ differentia inter istos. & bannitos nostri tẽporis qz. qui habẽtur p̃ cõfessis ex forma statuti. nec post bannũ audiuntur ad aliq̃ excusationẽ: secus in bannitis de iure cõi, qui nõ habentur pro cõfessis, vt ff. de cust. re. l. diuus. versi. & diu⁹ Pius. & dic
19 vt ibi no. per Vy. ¶† Itẽ qd, ſi iudex appõit in bãno, q̃ elapso termino possit impune occidi, an vꝺeat: Dic q̃ nõ, nisi fit permissum per statutũ, cũ bannũ sit quedã multa, vt dictũ est, semper debet esse pecuniaria, vt ff. de verbo. signifi. l. aliud. §. inter multã. & etiam multa, que a maioribus iudicibus infertur, non potest vltra tantam summam ascendere, vt C. de modo mulct. l. eos qui. Iste autem iudex pro multa imponeret penam corporalẽ ergo. &c. Ex predictis patet quod exbanniti secundum formam iuris non sunt transfuge, nec hostes, quia non possunt impune offendi, & sic retinẽt iura ciuitatis ſRomane. Item iura ciuitatis sue. Et hec materia bannitorum dixisse sufficiat, que licet vera mihi Bar. videantur: scribo tamen, vt alijs materiam inuestigandi tribuam, & vt materia quotidiana bene minus intellecta lucem veritatis assumat, &c.

ADDITIO.

a Tho. ℣. ¶Primo videamus. Iste tract. est bar. & de ipso meminit idem Bar. in extraua. qui sint rebelles in ver. rebellando. in versi. Reges vero. & ciuitates, vbi remittit se ad ea que dicit in tracta. de bann. nostri temporis. & istum pro tract. Bart. alleg. Jas. in l. i. col. pen. versic extra glo. querunt docto. hic. C. de here. Ald. inſti. tamen iste tractatus est insertus de verbo ad verbum per eundem Bart. in dispu. sua incip. Z ucane ciuitatis statuta. in ver. ſaluatoris nostri. ibi. primo igitur videamus. vsque ibi ad argumenta & rationes in contrarium factas, & ponas hic additiones, quas ibi scripsi.

Tractatus exbannitorum.

a ſPrimo quero an exbannitus possit agere contra aliquem suum debitorem, vel sue rei detentorem? Et videtur, q̃ ſic. Jllum relegatus bona sua reti. etenim detinerd. & relega. l. i. & ff. de bõ. eo qui nocti. sibi consci. l. ỹ. in fi. ergo videtur quod agere possit. Facit ad hoc ff. de bono. poſ. l. edicto. §. rei autem capitalis. Et hoc verum, nisi bona simpliciter fuerint adempta. Facit ad hoc. C. ſi pend. appellames interue. l. ỹ. Sed contrarium puto, ad inſtar excommunicati agere non potest: vt in decret. de offic. iudic. ordina. c. ỹ. & extra de iudic. c. inteller⁹imus. Nec videtur de iure ciuili agere posse ad ſimilitudinem eius, cui aqua, & igni interdictum est. Si enim diceremus q̃ agere posset: iam pena exbannitionis esset extra premium: quod lex non vult: vt ff. ſolu. matrim. ab hostibus in principio. & l. ſiue hereditaria. ff. de nego. geſt. Sed etiam bona terrarum dicunt, q̃ non fiat ei ius qui alijs non vult ministrationem, & potest induci in arg. illud not. ad hoc. Quod quis iuste semper expectet, vnde ſi non faciat alteri ius nec sibi fieri expectet. nec debet. argumen. C. de epiſco. audi. l. nemo. & ibi citur. C. de pac. l. cum proponas. & nil Judeus Judeum. Jude. l. nemo. & quod not. in authenti. vt cum de appellatio. §. causas. & in authenti. vt exactione inſtante dotis. §. illud que. & illud. ¶Patere legem quam tu ipſe tuleris. ¶Item propter contumaciam inobedientis fit exbannimentum, facit notatio, vnde non debet ei prodesse: vt ff. de doli except. apud Celſum. §. illa etiam. & C. de transact. l. transactionem. in decret. de donatio. inter virum & vxorem. Sicut enim excommunicatio eỹcit quem a communione fidelium, in decret. de poe. c. fina. ſic exbannimentum a communione ciuium. Et potest videri de eo qui deuiat a fide, qui hereticus dicitur, vnde bonum debet carere ſuffragijs: vt C. de apoſtat. lege terris. nam enim debet esse commune exbannito cum ceteris hominibus extimioribus, vel legibus, vt dicitur in hereticor: vt C. de hereti. l. Manicheos. ¶Item quero, an actiones suas bannitus alteri cedere & mandare possit: & ſi cessit, an ille, cui cessit possit illas intentare? Et certe videtur quod non: quia iura facti transitum cum sua causa & cum suis vitijs, vt ff. de acquirẽ. poſſeſſione. l. Pomponius. §. i. & de excep. dol. l. apud Celſum. §. idem tractat. in pluribus alijs. §. illius legis: nam traditio nihil aliud transfert, quam quod fuerit apud eum qui tradit. ff. de acquirendo rerum domino. l. traditio. quia videtur quod iste qui habet iura cessa ab exbannito, agere non possit. & nec exbannitus poterat, vt dixi supra in secunda quæstione. Nam ſi agere posset: eueniret illud quod fieret alia via. contra leg quod nec hoc licet. ff. de tutoribus & curat. datis ab hijs. l.

oportet.§.i. ꝛ lege voluntas.C.de fideicommissa.liberta l.oratio. ff.de sponsa.ꝛ totum illud brochardicum, quod facere.ꝛc. vt ff. de postu.l.quos.ꝓhibet.ꝛ C.de vsur.l.eos.in fi. Sed certe tamē hoc videtur distinguendū: aut ille qui habet ius cessum, habet ex lucrativa causa:ꝛ tunc obstat illa exceptio que, obstaret cedē tiui ff. de doli exceptio.l.apud Celsum. §. de authoris. Si vero non habet ex causa lucrativa, tunc non obstat illa exceptio: vt eadem.l.§.sed si cum legitimo.ꝛ dicto §.de authoris, ꝛc. nitruz: quia quod apud me est inutile, alij cedendo, apud eum cui cedo est vtile:et dicitur ꝛ colligitur aperte ff.manda. lege Papinianus, quod autem dicitur de erbannito, quod actiones suas cedere possit, intellige in eo casu, quando propter erbannimentum eis bona non sunt adempta: vt supra dixi. vnde si bona retinet: ergo ꝛ actionem.ff. de verborum significatio.l.bonoꝝ. Et quando erbannitus per sententiam occasione alicuius criminis, cuius bona auferuntur,ꝛ cessio prohibetur, vel etiam si non ante sententiam in casibus, de quo dic vt not.ff.de donat.l.post contractum. Tertio quero an erbannitus per procuratorem agere possit. Et videtur quod sic: quia quod per me non possum, per alium possum. argumen.ff.de in ius vocan.l.questum.ff. de priuilegijs creditorum.l.prima.§.si quis.ꝛ ff.de transactio.l.ꝛ post §.finali.ꝛ melius in l.Aristo. qui potio. in pigno. hab. in fine. Sed contrarium puto: licet enim possit procurator relinquere: vt ff.de minoribus.l.Papinianus exuli. non tamen puto ipsum procuratorem agere posse: quia ipse idem erbannitus agere videtur: argumen.ff.de administra.tutorum. l. ita autem. §. gessisset. item fraus fieret legi de persona ad personam: quod esse non debet: vt not.ff.de legibus.l.contra legem. ꝛ ff. ad Macedonia. sed ꝛ Julianus. Quarto quero, quid si erbannitus cōueniatur: an possit se defendere:ꝛ in iudicio adesse? Et videtur, quod non: quia in exceptionibus ꝛ defensionibus quis est actor: vt ff. de testib.l.prima.ꝛ C.de exceptio.l.si quidem.ꝛ ff. de probationibus. laquoties. §. qui dolo. Sed certum est erbannitum non posse agere: vt dixi supra in prima questione. ergo nec se tueri, per rationem predictam. Sed certe contrarium puto. nec est eadem ratio. Non enim potest agere: ergo nec excipere: quia multa consequuntur aliqui magis excipiendo, quam agendo consequi non possunt: vt argument. C. etiam ob chirogra. pecu. l. prima. et si. de pigno.l.prima. in princip.ꝛ ff. ad legem Falcidiam. l. prima. §. id quod. Et addem optimum simile in minore, qui non potest agere communi dividendo: tamen si conuenitur potest se defendere: ꝛ predictum fit diuisio. C. de prediis minor. l. inter omnes. Et hoc dicendo quia iudicium redditur in inuitum. ff. de verborum obligationibus. l. inter stipulantem. §. i. Pro hac opinione videtur casus in authentica, credentes. ꝛ C. de hereticis. Sed tutius puto dicēdum: vt si conueniatur per procuratorem se defendat. ad exemplum excommunicati, cui bannitum supra equiparauimus: vt in decreti. de iudic. capitu. iij. Et multa alia dici et notari possent super hac materia scilicet, vtrum erbannitus possit excipere si conueniatur. Et vtrum possit exceptiones suas probare. Et vtrum si erbannitus conueniatur possit ipse actorem reconuenire. Et dicamus, quod non. vt notatur de exceptionibus capitulo, cum inter. que breuitatis causa omitto.

Quinto quero, vtrum erbannitus possit appellare? Et videtur, quod non: quia contumax non appellat. C. de iudic. l. properandum. §. finautem reus. Sed certe dicendum est quod appellare potest: vt dicitur manifeste. C. si pendente appellatione mors intervenerit. l. iij.ꝛ dic vt ibi notatur in dicta lege properandum. §. illo.ꝛ §. finautem reus. Sexto quero cui equiparetur bannitus. Quidam equiparant eum ei qui est relegatus. Et videtur quod bene: nam relegatis bona non auferuntur: vt ff. de uerbis dictis et relegatis. l. prima. et omnium eorum iura retinent relegati. et etiam liberos in potestate: vt ff. de interdict.ꝛ relegat. relegatorum. Alij equiparant bannitum triplici exilio generi relegatorum: quia aut est ꝛ certorum locorum interdictio facta, aut omnium preter certum locum, aut insule vinculum, que relegatio appellatur: vt l. exilium. ff. de interdict. ꝛ relegat. Alij equiparant erbannitum duobus generibus relegatorum. Sunt enim quidam, qui in insulam relegantur:ꝛ sunt alij, quibus prouincijs simpliciter interdicitur: vt dicta l. relegatorum. Item sicut in insulam, que sub vna iurisdictione, non est, non habet ius relegandi: sic in erbannito: vt dicta l. relegatorum. §. sicut. Et de his, dic vt plene not. Instit. quibus modis ius patrie potest. ꝛ solui. §. i. ij.ꝛ iij.ꝛ ibi plene per gloss.

Septimo quero vtrum erbannitus possit testari. Dic vt lege eius, qui apud.ꝛ ibi not. ff. de testa. Octauo quero, vtrum erbannitus agens contra erbannitum possit repelli, per exceptionem bannitorum si excipit:ꝛ an actor erbannitus possit reconuenire reū contra eum de banno: dic vt plene dixi in l. cum mulier. ff. soluto matrimonio.

ADDITIO.

a Tho. D. Primo quero. Istum tractatum inueni in viij. volumi. consilio. diuersorum doct.ꝛ in xiij. volumi. consilio. Et adde quod de isto tracta. facit mentionem Bart. in extrauag. qui sint rebel. in verb. rebellando. in verfic. quid si al quis.ꝛ vide Barto. ꝛ. in proximo tracta. ibi vide meam apostil.

Tractatus De citatione.

1 Reus citandus est antequam libellus offeratur.
2 Presens in iudicio non est citandus.
3 Citatio ad domum valet, quando aliter personaliter citari non potest: quia citandus est in prouincia, et ad eum notitia citationis peruenire potest.
4 Citari in ecclesia quis potest verbaliter, non autem realiter.
5 Citatio facta sine causa a iudice competenti est nulla.
6 Procurator non debet citari ante litem cōtestatam, si dominus est presens post litem contestatam potest citari.
7 Nuncius non citat sine iudicis commissione.
8 Citatio facta die feriata non tenet.
9 Citatio facta die feriata ad non feriatam non tenet de iure sed consuetudo contrarium obseruat.
10 Dies termini appositi in citatione computatur in termino, ita quod vltima die termini appositi poterit comparere.
11 Citatus vt compareat intra decem dies si vltima dies est feriata an teneatur comparere die sequenti. ꝛ admitti debeat qō sic. Clausula apponenda in citatione, quod si illa dies fuerit feriata, compareat die sequenti.
12 Dictio. vsque. stat excluſiue.
13 Relatio nunciꝝ si in actis appareat, licet non de commissione satis est.
14 Nuncio referenti se citasse creditur, nisi appareat contrarium.
15 Iudex in ciuilibus non potest citare quem vt personaliter comparet nisi ex magna causa.
16 Iudex delegatus non citat personaliter, nisi expresse committatur.
17 Citationis terminus peremptorius esse debet siue sit ordinarius siue delegatus.
18 Citatus reus in termino si non comparuit,ꝛ accusata contumacia per actorem iudex post terminum intra duos dies pronunciat, tenet.

1 Quia vt dicitur in authen. offeratur. C. de lit. conte. offerendus est libellus reo qui ad iudicium vocatur. patet, quia citandus est reus, ꝛ antequam possit libellus offerri,ꝛ non proceditur contra reū nisi citetur tacite, vel expresse, vt extra de procur. c. cum pro causa. in fi. adeo ꝙ sine citatione processus est nullus. C. de sententia ꝛ interlo. l. ea. que. de accusa. l. iij. extra de maio.ꝛ obed. c. inter. Idcirco dicendum est de questionibus circa citationem: licet autez in primis precedere debeat citatio. vt Instit. de pena teme. litig. §. omnium. Ante litem contest. nō dicitur quis agere, sed agere velle. ff. rem ratam. haberi. l. amplius.ꝛ vsque ad lit. contesta. potest mora purgari. ff. de aribtr. l. cum dies. §. i. de verborum oblig. l. nisi in.ꝛ quia post lit. contest. non debet iudex recusari. C. de iudi. l. apertissimi. nec eorum declinari. ff. de iudi. l. i.ꝛ est quod licet sit in vno articulo contumax, non presumitur in alijs contumax,ꝛ ideo citandus ad singulos actus iudicij alias in alijs nil egitur quia de vnoquoque negotio.ꝛc. ff. de re iudi. l. de vnoquoque.ꝛ not. Archi. extra de accusa. c. ad petitionem. Ex predictis ergo insurgit talis quest.

2 Ponetꝛ quis est presens in iudicio contra quem petit actor ius de eo fieri. Reus dicit interrogatus, domine nolo ad presens respondere. sed faciat me citari solenniter, quia volo habere dilationem ad comparēdum. actor vero instat. quod ille reus debeat respondere. ex quo presens est. Quero quid iuris,ꝛ primo videtur quod citari debeat quia vt dictum est, a citatione incipiendum est. D. §. omnium.ꝛ quia interest citati habere dilationem ad querendum aduocatum. cuius consilio respondeat. arg. ff. ex quibus cau. maio. l. ab hostibus. in fi. Econtra videtur ꝙ omnis circuitus est euitandus. l. dominus testamento. de cōdi. indebi. Secūdo qui scit non debet certiorari. de act. emp. l. i. Eadē denunciatio est facta venditori. vt ff. de eu. l. si ideo. §. fi.

Idem si fiat venditio sine denũciatione sufficit: vt no. C. de eui. l. emptor fundi. In hac q. videt verius, q nõ sit opus citatione. Offeratur ergo ei presenti libellus, & intra terminũ poterit deliberare, & iura sua preparare, vnde iura preallega. non obstãt. Sic dicim⁹, vbi te inuenero ibi te iudicabo. C. vbi de crimi. agi o por. l. fina. nisi tale esset negotium ad quod oportet comparere deliberate tunc posset petere tempus ad deliberandum. ff. de interrog. act. l. qui interrogatur. Et hanc questionem mouet Spec. in ti. de libe. obl. §. sequitur. ver. item dicuntur. ¶ Secundo quero,
3 † nunquid sufficit quem citari ad domum? Et videtur quod sic. ff. de damno infe. l. iũ. §. toties. ff. de l. b. agn. l. j. §. j. quod vi aut clam. l. at qui aliter. §. j. & iũ. in fin. C. de ann. exce. l. vt perfectius. extra de dolo & contu. c causam. que. E cõtra q̃ non. imo q̃ persona liter si eius presentia haberi potest, ita q̃ citatio in eius notitiam perueniat. ff. que sen. sine app. re. l. j. §. itez cum ex edicto. alias non vid. tur citatus. nec valet quod agitur. C. de accusa. l. iũ. C. quomodo & q̃si iud. l. ea. que. & si per vim vel alio modo. l. si. ff. de re iud. l. de vnoquoq; Tu dic breuiter, q̃ si citãdus potest personaliter reperiri, semper personaliter est citandus. d. §. item. cum ex edicto. ita si in eius notitiam potest peruenire non intelligendum est q̃ citatio ad domum valet, tũc scilicet, quãdo est absens, vel quando per eũ fit, quominus citatio ad eum possit peruenire puta ianua clausa: vt ff. quod vi aut clam. l. vlm. et no. in d. c causam que. & plenius in c. si. eo. ti. quod tamen intelligo, quando citatus in eadem prouincia inuenitur: extra de dolo & contu. c. cum olim. circa fin. & vide Archi. in d. c. j. extra de for. comp. lib. vj. & hec sunt maxime vera, vbi in criminibus citãdus est reus, secundum Bof. ff. de pen. l. absentem. & de public. iud. l. inter accusatorẽ. & qui accu. non posl. qui crimen. de accusa. l. iũ. Predicta autem secundum ius operantur, vel secũdum formam statutorum, q̃ in quolibet municipio fit citatio. vel ad domum, vel in personam. Qualiter autem citetur pupillus: dic vt ff. qui-
4 bus ex causis in pos. e. l. hoc autem. † Quero circa hoc, an quis possit in ecclesia inuit⁹ citari. Dic breuiter q̃ si loquitur de citatione reali per quam inuitus extrahitur. Et dic, q̃ non, per tit. C. de his qui ad eccles. confug. Si autem loquimur de citatione verbali, dic q̃ inuitus citatur, vt in eod. tit. l. presenti. §. sicubi deposite. Hec q̃ obstat l. plerique. ff. de in ius vocan. vbi dr q̃ de domo inuitus non citatur verbaliter, si non patiatur se conspici, quia ecclesia est iuris publici & quilibet in ea habet aditum. l.
5 j. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. Tertio queritur, an citatio facta a competenti iudice, valeat si fit sine causa? Et videtur, q̃ sic: vt ff. in ius vocat. vt eant, aut satisdent. l. ex quacunq; ergo citari potest etiam ex non vera, sed citatio ex non vera causa reducitur ad non causam. arg. ff. de do. excep. l. iũ. §. circa primam speciem. in fin. ergo. &c. nam illa lex, ex quacunque, permittit, quod ex causa citari debebat: ibi, ex quacunq; causa, pro quo extra de officio deleg. c. prudentiam. Si igitur deficit causa censetur citatio nulla, & non valet: arg. ff. de leg. j. l. filiusfam. §. diui. de leg. iũ. l. pater filium. in §. Julius Agrippa. sic dicitur de cautione sine causa que interminata dicitur extra de fide instrum. c. si cautio. ff. de proba. l. cum de indebito. Item libellus sine causa non procedit. ff. de eden. l. j. & extra de excep. c. vlti. & ibi not. Item promissio sine causa non valet: vt in d. cap. cautio. Item transactio sine
b causa non valet: vt ff. de transact. l. cum hi. §. cum prætor. ᵇ Item contradicens sine causa non auditur. C. de edict. diui Adri. tol. l. fin. Item confessio sine causa non valet: vt ff. de interrog. actio. l. j. Item stipulatio sine causa non valet: arg. extra de fide instr. c. si cautio. c. solito. in princip. Adde quod not. C. de non numer. pecu. l. generaliter. ff. de acquirendo rerum domi. l. nunquam. et de donat. l. nuda. & cum similibus. Et hec videtur veritas: q̃ causa debet precedere suum causatum sicut materia suum materiatum. ff. de orig. iur. l. iũ. in §. cum pater. adeo q̃ peius est res nuda causa facti quam ipsum factum: vt not. xv. q. vi. c. si quando a sacerdotibus. ff. de fur. l. fin. in fin. ¶ Item causa sufficienti posita necessario sequitur effectus, scz finis. C. de rei vendic. l. doce. extra de constit. c. translato. vnde causa probatur per effectum. xij. q. ij. contractus. igitur durante causa durat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & in c. cum cessante. de appella. tamen cessante causa, cessat priuilegium: vt ff. de iud. l. iũ. §. legatis. in fi.
6 C. de epis. & cleri. l. generaliter. xvij. q. j. c. generaliter. ¶ Quar-
c to quero, an sufficiat, q̃ citet solus procurator, non dominus: vt procurator veniat pro domino responsurus: an vero non sufficiat nisi ipse dominus citetur. Et primo videtur, q̃ sufficiat sola citatio procuratoris. arg. C. de procu. l. eum. & ff. de verb. obli. l. sed si ex stipulatu. ¶ Item qz de mercenario potest fieri procurator ff. quod vi aut clam. l. at qui aliter. §. j. de trib. l. procu. extra vt lit. non cõte. c. accedens. Contra videt, q̃ non sufficiat: quia denunciatio facta procuratori non nocet domino. ff. de pe. bere. l. item veniunt. §. petitã extra de postul. c. ex parte. gl. alleg.

Ad hoc dixerũt quidam, q̃ primo dominus, postea procurator est citãdus, maxime postquam est effectus dominus litis, vt ff. de eui. c. l. fideo. & l. si dictũ. §. si presente. & not. extra de dolo & contu. c. causam. Sed dicẽdum est, q̃ si dominus sit presens, ipse est citandus. iij. q. v. quisquis. & d. c. causam. Si autem dominus est
7 absens, tũc sufficit citari procuratorem quem diuisit, iuxta not. ff. ex quibus cau. ma. l. item ait prætor. §. hec autem restitutio. & si non dimisisset procuratorem, potest vt contumax punir. d. c. causam, sed post lit. conte. est dominus. & tunc siue dominus sit pre-
D sens, siue absens procurator est citãdus: cum postea nõ habeat dominus facultatem litis prosequendæ. ergo frustra citatur. Et de hoc dic per Jnn. in c. quoniam contra falsam. extra de proba. & in Spe. in ti. de actore. §. j. ver. hoc tamen fallit. ¶ Quinto que-
7 ro, † an sufficiat citatio nunciũ absq; iudicis commissione. § &c.
D q̃ non ff. de in ius voc. l. sed si hac. §. prætor ait. & C. de exhib. re. l. mihi. & l. neminem. & C. qui accu. non pos. l. iũ. imo deberet puniri, vt ff. de fal. l. qui nomine prætoris. & quod dicã. ff. in r. questio.
8 ¶ Sexto quero, † an citatio facta die feriata valeat? Dic q̃ non ff. de fer. l. j. C. e. l. si. xv. q. iij. c. placita. Cõstat autem q̃ citatio est de processu iudiciorum. extra de proba. c. quoniam. Jnsti. de pe. liti. §. fin. sed processus factus die feriato nõ valet, etiam citra appellationez. ff. de fer. l. j. extra de re iud. c. j. adeo q̃ citatus ire non debet. l. iũ. siue cõsentientibus fiat, siue non. vt not. C. de feriis. Unde oannes. sed secus in feriis messium & vindemiarũ. si partes consentiant. ff. de fer. l. j. §. j. & iudice consentiẽte. Sed quid de feriis repentinis? Vide gloss. q̃ idem in solennibus, in cle. sepe. & de
9 verb. sig. ¶ Septimo quero, † si quis citetur die feriata vt com-
e pareat die non feriata, an valeat. Dr. tz. q̃ valet. q̃ effectus citationis confertur in eum diem quo citari debuit. & potuit. C. de do. inter virum & vxo. l. inter eos. & l. j. & item nũciatio ff. de operis noui nun. & l. si ergo Seie. §. j. ff. de iure dot. Aliũ autem communiter dicunt, q̃ non valeat, q̃ in iudicijs inutium est spectãdum. ff. de mino. l. iũ. §. j. vnde non videtur secũdum eos. multum operari. si citatio confertur in diez iuridicam, arg. ff. de seruit. l. si minor. Sed primum dictum de consuetudine obseruatur, & sic ob-
10 seruat stylus curie Ro. ¶ Octauo quero, quid si fiat citatio ad x. vel tres dies. nunquid ille tertius vel decimus computabitur in citatione, vel in illo die possit comparere citatus. an vero ante diem illam comparere teneatur? Et dico, q̃ ille vltimus in citatione vel in termino cõputatur. l. j. ff. si quis caute. Idẽ tenuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. vt si diri. Nam licet fit appellandum intra x. dies, tamen decimus dies cõprehenditur, vt no. q. vi. c. interiorum. ff. de suc. edic. l. j. §. qõ dicimus. & per d. probatur. Ad quod facit Jnsti. de verb. obl. §. omnis stipulatio. ver. idem autem. Item dic q̃ hec citatio expediatur per nuncium. ff. de arbi. l. sed & si interpellatur. §. arbiter. sm Jnn. potest inde facere mãdatum personi nuncium verbo tenus destinatum, mandatum autez cause cognitionẽ requirit. ff. de offi. procõ. l. nec quicquam. §. vbi decretum. Unde secundũ eum saltem dz licere destinate, vt ipse no. extra de accu. c. lz. arg. cõtra ff. de arbi. l. diẽ proferre. in prin. & quod ibi no. ¶ Nono. quero. si fiat citatio q̃ cõpareat. viij. vel x. die: & in illis diebus veniat feriata, in qua est certum q̃ citatio non valeat, vt dictum est. §. in vj. q nunquid nihilominus tenetur comparere citatus die seq. non feriata? Et videtur q̃ non qz de seq. die in citatione non est facta mentio. & non de illo magis quam de alio adstringitur: ergo videtur, q̃ non dz cõparere nec illa die, nec seq. Unde ad hoc vitandũ adũ ciunt quidam in citatione q̃ si illa dies feriata existeret, compareat seq. die ac eorum citatio propter diem feriatam videtur consumpta, scz illo citato, die feriata comparente. Cum enim in mandato sunt due citates, scz dies expressus, qui est dies feriata, & dies seq. ar. extra de accu. c. veniens. citato exigenter diem feriatam in comparendo, non videtur cogi in seq. comparere, arg. ff. de verb. obl. l. vbi autem. §. pe. & ideo videtur citatio consumpta. nec etiam inde tibi mandare potest, vt seq. die cõpareat, sine solennitate que tractur in c. actor, qui. extra de dolo & contu. lib. vi. sino cum fuerunt temerarie citantur actores, ipsi citati ad expẽsas tenentur. ff. de iudi. l. eum quem temere. sm Jo. de Deo. E contra videtur p
c. veniens. extra de accu. Nam sz Jnn. citatio predicta hz duas partes. prima. vt cõpareat illa die. & q̃ cõpareat. argu. l. Cel. ff. de arb. & de condi. & demõ. hec conditio. quanquã habeat esse
sationez illa die propter feriam. & tamẽ si in sequẽti nõ cõpareat non hz excusationẽ d. c. veniens. & de dolo & cõtu. c. cũ dilect. & si. de dona. & in integ. resti. c. ex literis. in fi. & c. conã. sed reperiebant quidã q̃ ibi nõ fuit citatio ad diem festiuum. sed vsq; ad festum. vt cõpareat circa festum. & vsq; intelligẽ exclusiue. vt extra de fid. instr. c. cum dilectus. sed tu dic sm quod dicit Spe. & sic tit. de dil. §. j. ver. sed q̃ id. & no. xv. q. iij. placita. in fi. ¶ Decimo dicas, q̃ si propter diem fuit impeditus, & iudicis copiam habere non potuit non est quid ei imputetur, imo restituendus. ff. et

quis

quibus cau.ma.l.sed ꝛ si per pretorem.§.si magistratum.ꝛ ideo videtur in diem seq.dilatū.ff.si quis cau.l.ij.§.ij.in fi.ꝛ l.ꝛ si post tres.ꝛ ff.de vsucap.l vbi lex.Ad idem extra de dolo ꝛ cōtu.c.cuz dilecti.Iz enim in non veniendo in penā quis incideret,ꝛ tamen post modicum tempus comparendo moram videtur purgare. vt no.in d.l.ꝛ si post tres.Et idē ex quib.cau.ma.l.ab hostibus. §.sed qō simpliciter.qz in mora modici temporis nō est magnū damnum.ff.de iudi.l.si debitor.quando ius actoris,ꝛ eius actio non est facta deterior.d.l.ꝛ si post tres.etiā maxime admittatur ex illa clausula generali,si qua mihi iusta causa videbit.Et contra videtur,q̄ data fuit forma solennior:ergo nō potuit nec debuit sibi preiudicare,vt eo ti.l.iz ꝛ si per pretorē.§.si ferie.ꝛ ideo de talibus ferijs non est curā dū,ꝛ idem a dilatione non excipitur.C.de dila.l.fine pars.in fi.Item qz dilationum materia est imputāda.C.de temp.ap.l.ij. Cum ergo die dilationis nō competerit,alia die non est admittendus.C.quando prouoca.nō est nec.cum non ex eo die,nec se arctare debuit ad vltimū diem termini feriati.ff.si quis cau.l.ij.§.si qs. quin verius de mero iure. Nec ob.d.l.ij.§.ij.qz ibi fuit tēpore iusto,ꝛ ineuitabili impeditus impedimento ꝛ ideo crederem tunc secus,cū iudex ex quadam equitate posset ipsum admittere sequēti die argu.C. quomodo ꝛ quādo iud.l.i.ꝛ extra de offi dele.c.cōsuluit,ꝛ ideo est cautela,q̄ appareat q̄ iussu iudicis sit admissus die sequēti.ꝛ ita pōt loqui d.l.ꝛ si post tres. ¶ Unde cimo quero,qd si appareat in actis relatio nunciū citantis non tū appareat de cōmissione,nunquid sufficiat sola relatio citationis? Et videtur primo q̄ non super ij.ij.q.vbi semper dz fieri citatio ad petitionem partis,vt in auth.de man.prin.§.nō permittas. Item de mandato iudicis, vt in auth.de questore.circa med.In contrarū videtur.l.magis puto §.ne tamē.ff.de reb.eo.ꝛ de offi.presc.vig.li extra de app. cū̄ parati.Si ergo in actis constat de relatione, sufficit. Hāc approbat Inn.extra de prob.c.quoniā. in gl.citationes.vt ipse exponit.Citatio nuncū̄ alij cōtra in d.q.vū.Iz standum sit relationi tū relatio non est commissio iudicis,vnde sine cōmissione iudicis non pōt fieri,vnde vnū per alterum nō probatur,vt C. de do inter vir.ꝛ vxo.l.si maritus.extra de testa.c.cū causam.ij. ¶ Duodecimo quero,quid si citatus negat se citatū,cuius dicitur nuncij vel negantis? nuncio creditur in dubio, nisi aliud de contrario ostendatur:vt no.gl.iij.q.vj.c.si testes.ꝛ vbi plene no.extra de sen.excō.c.venerabilis.in §.porro.li.vj Idez videtur tenere Inn.c qui.de probat.ꝛ fm Hos.erāt valide probationes producende in contrarium.Institut.de inuti.stipu.§. alteri.ꝛ omnia vera,nisi referatur relatio ad delictum cōmissum, vel ad alium.vltra citationis effectum,quia tunc non creditur: vt ff.de accusa.ea que.ꝛ de cust.reo.l.ij.nus. ¶ Decimotertio quaeritur,nunquid iudex possit citare aliquez ciuiliter cozam se: vt personaliter cōparet.ꝛ videt q̄ non,qz iuris beneficium alicui non est auferendum.ff.de re iud.l.iij.§. si quis condemnatus.Cū igitur concessum sit omnibus habere potestatem constituendi procuratorē in causis.l.j.§ vsus.ff.de pcur.ꝛ Institit.per quas per.agere pos.§.j.Econtra videtur extra de maio.ꝛ obe.c. fi.ꝛ ibi no.Judicis enim officiū latissimū est.ff. de iurisd. omnium iudi.l.j de iure ciuili prima pars est vera nisi res exigat magnaz cause cognitionē:vt in casibus expressis l.vlt. C.de pcu. de iure cano.aliud videtur in d.c.no.nec poterit mittere ex tunc procuratorem:ꝛ predicta vera in ordinario,ꝛ in delegato vero nō potest personaliter citare,nisi in sua commissione cōtineretur. preterquam in casibus extra de iudic.c.i.lib.vj.ꝛ dic:vt ibi not.et de procu.c.querelam.ꝛ adde quod dicit.j.tit.de testib. per eundem in q.vi. ¶ Item dic,siue sit iudex ordinarius,siue delegatus, tunc dz citare primo,ꝛ secundo ꝛ tertio.ff.de re iudi.l.contumacia.§.i.vel vno peremptorio pro omnibus,vt ibi.ꝛ vide extra de testib.c.ij. alias aut sine peremptorio de iure cōi non est legitima citatio,nec reputandus est contumax.C.quomodo ꝛ quan.iud.l. tres.ꝛ auth.qui semel.ꝛ tertiū.q.iij. de illicita. vnde primus terminus non dicitur peremptorius nisi ex causa:vt puta propter locoꝝ distantiam.extra de resti.spol.c.ex literis.in fi. ¶ Item si in primo termino nō peremptorio non comparet.nō punitur nisi in expensis.ff.si quis in ius voc.nō ier.l.ij.no.ff de re iud.l.cōtumacia.ꝛ no.extra de procu.c.querelā.in gl. que expense sunt prestande tam in causa ciuili quam in criminali.no.extra de dolo et contu.c.cū dilecti.in fi. ¶ Decimoquarto quero,citatur qs legitime scilicet tribus citationibus.vel vna pro omnib?:vt ff. de re iudi.l.cōtumacia.§.i. q̄ cōpareat ad respondendū actori quo expectato nō cōparet in vltima hora termini nec pōst. actor vero cōparens accusat contumaciam in termino eius.demū iudex, nec in die termini,nec in die seq.sed post per duos dies.vel plures pronunciat contra reū contumacem:queritur.an valeat. Et primo videtur.q̄ non:qz videtur ius circunductū:vt ff. de iudic. l.ꝛ post.§.circunducto.ꝛ not.extra de offic.delega.c. consuluit.ꝛ ideo ex integro videtur citandus:vt extra de dolo ꝛ contuma.c. actor.qui.libz.vj. Predictus nanque processus videtur nullus ipso iure,ꝛ citra appellationem.C.quando prouo.non est necessarium.l.cū non ex eo die.ꝛ inst.de verb.obli.§.omnis stipulatio versic. id autem.Econtra,q̄ valeat,qz iudici non imponitur necessitas pronunciandi.C.quomodo ꝛ quando iud.l.j.qui potest differre, ꝛ expectare reum,an in sua cōtumacia perseueret:vt eo.ti.l.consentaneum.ꝛ extra de do.ꝛ contu.c.cum dilecti.Item qz non videtur iniuria facta absenti,sed gratia in expectando: d. c. consuluit.imo nec dz festinare ad decretū interponendū.ff.de damno infe.l si finita.§.ꝛ si forte.idē in l.ꝛ si post.ff.si quis cau.imo quāto plus expectatur q̄ veniat tanto maior est contumacia:vt extra, vt lit.non contest.c.i. quoniam frequenter.in fine,de officio deleg.c fine.ꝛ in d.c.cū dilecti que cōtumacia cumulat penam: vt ff.de pe.l.relegati.C.de hereti.auth. Hazaros.extra eodem.c. excōmunicamus. que quidē contumacia multis modis coercet: vt ff.de re iud.l.contumacia.ꝛ d.c.quoniam frequenter. Quanto igitur tempore durat cōtumacia,durat culpa.ꝛ ideo non minus, sed grauius puniendus.qz pro modo culpe est pena infligēda: vt ff.de pen l respiciendū.in princ.nec ideo videtur iudex in mora: arg.ff.de vsur.l.sciendum.ꝛ extra de electio.c.ij.cum ibi not.nec per ipsum terminum videtur reus absolutus:vt extra de dolo ꝛ contu.c.cū dilecti §.preterea. igitur est verius qz non videtur equum q̄ propter dilationem,quam fecit iudex,assistens debeat priuari iure suo fine culpa:argu.C.de inoffi.test.l. si quis in suo. Et ad contraria de circunductione,respō. q̄ ibi non loquitur de reo,sed de actore cuius maior est contumacia quam rei,d. c. actor. Nec obstat l.cum non ex eo die,quia illa loquitur in sententia diffinitiua,que cum maiori solennitate debet ferri. C.de sententi.l cum sententiam. nam prima lex loquitur in dilatoria,que sententia exerceri non potuit:vt ibi not.ꝛc.

ADDITIONES.

a ¶ Tractatus de citatione. Istum pro tract. Bar.alle. Alex.in l.j.§.cura carnis.in prin.ff.de offic.presc.vib in addi. Bart.ꝛ in l.j.§.nunciatio ff.de ope.no.nun.in addi.eiusdem incip.in verb. an citatio incip.an teneat.ꝛ do.meus d. Ja.in d.l.j.§.nunciatio. in duobus locis.

b ¶ §. Cum pretor. Per quem text.ibi Fulg. inuehit contra pretores ꝛ iudices qui interponunt decretum causa non cognita.

c ¶ Procurator. Adde Bar.in l.quamuis.ff.de damno infe.ꝛ in l.qui solēt.in vlti.no.ff.de ali.ꝛ cib.leg.cum concord. de quibus per Jas.in l.eum qui.in j.no.C.de procu.ꝛ Alex.in d.l.quamuis. in fi.ꝛ Bar.Soc in tracta.de cita.artic.v.in iij.q.princ.

d ¶ Absque iudicis commissione. Adde Bar.per illum text.in l. neminem.C.de exhi.re.ꝛ in l.Palatinos.C.de colla.fun.fis.libro xi.ꝛ Anto.de But.ꝛ doc.in c.i.de iudic.Bal.in l.cum clerici.C. de epis.ꝛ cle.ꝛ in c.i.de mil.vas.qui contu.est.

e ¶ Seriata. Vide plene per Jas.in l.j.§.nunciatio.ff. de operis noui nun.ꝛ plenius in l.ex quacunqz. ff. si quis in ius voc. non erit.vbi examinat istud dictum Bar.hic.

f ¶ De relatione. Sed quid,si apparet de citatione per nūcium qui postea facit relationem post.an valeat:Vide Bar. in l.multum.ꝛ ibi divi.ff de condi.ꝛ demonst.

g ¶ Dubio. Vide Aler.in l.j.§.cura carnis.i addi.Bar.ff.de offi. presc vib.ꝛ Jas.in l.properandum.§.ꝛ si quidem.C.de iudic.

Tractatus De Falcone.

a 

Omes Guido de Blanchardo cum iuisset venatum amisit falconem:quidam rusticus cepit eum cum sonaleis,ꝛ iectis,ꝛ ipsum captum posuit sub banchō. dando ei beccare panem, et caseum ꝛ rapas:deinde occasione malicibi falco est interemptus. Ex parte Comitis proponit actio in factū contra rusticum, qui falconi prebuit cām mortis,querit qd iuris? Videt primo quod rusticus debeat in estimationē falconis condēnari ad similitudinē mulieris,que marito dedit poculū amaricatū ad bibēdū:vt ff.de pe.l.si qs. §. q̄ abortionis.sicut medico imputat q̄ secuit iperite:vt ff.de officio pfid.l.illicitas.§.sicuti medico.ff.ad legē Aquiliā.l.idē iuris. in prin.§.preterea.ꝛ latē obstetrix.§.ij.ita isti rustico est imputandū.|Preterea tanquam predo ꝛ fur debet iste rusticus teneri,qz

sciebat ⁊ scire poterat cum eum cū iectis, ⁊ sonaleis inuenisset, quod non erat iactatus, nec habitus pro derelicto, argum. ff. de furt. l. falsus. in §. si iactum. argu. l. j. §. si iactatum. ⁊ C. vnde vi. l. cum querebatur. nec potest rusticus ignorantiā allegare, quod dicat falconem in naturalem libertatem peruenisse cum a natura falcones non nascantur cum iectis, ⁊ sonaleis. Sicut per contrarium non potest stuprationis libidine accusari, qui stuprauit virginem indutam veste meretricali. ff. de iniur. l. itē apud Labeonem. §. si quis, virgines. ⁊ C. de episcop. audien. l. nemini. ⁊ l. sed si accepto. ff. de iure fisci. Quemadmodum non potest conuenire iniuriarum qui clericum sine tonsura incedēdo percussisset, vt tanquam percussor clerici puniatur, sed punitur ac si quendam laicum percussisset, C. de episc. ⁊ cler. l. si qua per calūniam. imo nullus potest istum rusticum excusare cum ipsum falconem volantem cum iectis ⁊ sonaleis credere debuit esse fugitiuum. vade vel ipsum capere non debuit, vel ipsum captum publice portare debuit. sicut in eo qui alienum seruum repererit fugitiuum, ⁊ in eum qui rem inuenit alienam, ad hoc enim vt non videatur rem alienam contrectasse, debet eam in publicum consignare, ⁊ libellos de eo publice dare. ⁊ ista probantur. ff. de seruis fugiti. l. j. ⁊ l. fugitiui. ⁊ ff. de furt. l. falsus. §. qui alienum. in fine. Ad hoc accedat de eo qui pecudes alienas intrusit, ⁊ fame necauit, qui tenetur easdē mortuas dño emendare, vt ff. vi bono. rapto. l. j. §. si publicanus. ⁊ C. ad legem Aquiliam. l. de pecoribus. ⁊ ff. ad legem Aquiliam l. quemadmodū. §. magistratus. ⁊ l. Quintus Mutius. §. vlti. Insuper cum rusticus portet eaque eum habere non licet, quia aurum portare non potest, sed quod percipit ex illa terra. sic non debuit rusticus predictum falconem portare nec occupare, argum. C. de agrico. ⁊ censi. l. domini predioꝝ. nec excusatur rusticus eo quod dicit dominum falconis incognitum habuisse. Sicut nec excusatur receptor Illyricani eo quod dicit se colonum Illyzicanum minime cognouisse, imo hoc ipso punitur, qui se seruum fatetur incognitū tenuisse. C. de colo. Illy. l. j. libro xj. Quid plura? In lege Aquilia culpa leuissima venit. sed iste rusticus nedum in leui culpa fuit, sed in lata culpa fuit dando falconi carnes salsas ad comedendum, vnde perinde debet teneri, ac si eum propriis manibus occidisset, vel strangulasset, quia culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. ⁊ ista probantur. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia. ⁊ ff. de liber. agnoscen. l. necare. ff. de reg. iur. l. culpa. nil enim interest an quis occidat, vel causam mortis prebeat, vt ff. de fica. l. nihil interest. ⁊ ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. si quis. In contrarium est, videtur, quod rusticus sit omnino absoluendus. imo quod magis videtur posse repetere expensas quas fecit a domino falconis, sicut repetijt ille, qui insulam ruentem fulsit, ⁊ seruum egrum curauit licet sit seruus mortuus, ⁊ insula exusta, vt ff. de negotijs gestis. l. sed an vltro. §. i. nec debet rustico suū officium esse damnosum. ff. de furt. l. si seruus. §. quod vero. ⁊ ff. ex quibus causis maio. l. cum miles. Item videtur ipsum rusticum excusare sua simplicitas, ⁊ ignorantia sicut alibi excusatur in corruptione, ⁊ in mala edita actione vel ratione in ius vocatione, ⁊ in testamenti cōfectione, ⁊ in facti bonorum delatione, vt ista probantur ff. de iurisd. omnium iudicum. l. si quis id. §. doli mali. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. iij. §. final. C. de testa. l. final. credidit enim rusticus falconem in naturalē lasciuiam deuenisse, cum a nemine prosequitur, ex hoc licite credidit eum occupare. arg. ff. de acquirendo rerum dominio. l. naturalem. ⁊ Insti. de rerum diuisione. §. fere. Adhibuit enim rusticus talem diligentiam in falcone, qualem adhibet in seipso dando ei comedere, deo quod ipse comedit, existimans se dominium falconis acquisiuisse, ideo falcone mortuo, non tenetur, argu. ff. de petit. hered. l. si quid possessor. §. sicut autem sumptum. ⁊ C. mand. l. in re mandata. In ista questione pronūciauit elegans, ⁊ vbanus dominus Vber. de Bonacurso supra dictum rusticum in estimatione falconis fore condemnandum, argumento dictarum leguz dicentiū, quod si aliquis rem fabricensem, que bene poterat cognosci per signum seu bullam que in eius brachijs apparebat, quod occultantium libere fabrice vendicant. C. de fabri. l. stigmata. lib. xj. ⁊ aliter est dicendum de eo qui pro medicamēto venenum porrexit, ex quo homo periit. ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. Celsus. Et dixit actionem Aquilianam non fuisse contra rusticum proponendam, vt quidam ex aduocatis proposuerunt, ⁊ succubuerunt propter meptam petitionem quia rusticus non occidit, sed prebuit causam mortis. vnde actio in factū fuit proponenda, ⁊ non Aquilia, vt proponatur per dictum §. Celsus, ⁊c.

ADDITIO

a Dño. D. Comes. Istud est consi. Bar. quamuis ponatur hic pro tractatu: ⁊ ita habeo pro consi. Bart. in x. volu. consi. incip. cccxcij.

a Tract. copule, ⁊ secūdū Bar.

ADDITIO.

3 Arbor mea imposita tuo fundo, etiam si ibi coalnerit, petitur actione in factum.
4 Crusta applicata fundo meo, postquam fuit vnita vendicari non potest.
Arbor antequam coalnerit vendicatur a domino.
Crusta antequam sit vnita, potest agi contra dominum, vel vt illam tollat, vel vt illam pro derelicto habeat.


Plane si longiori tẽpore. Eandem materiam prosequitur, quando ab initio crusta in meum agrum, vel fundum translata est sine vnione. Si enim ab initio fuerit vnita, vt qz multum cum terra agri mei vnita sit, ita quod nec discerni, nec separari pōt, alias possessio mea esset, vt d. l. hoc amplius. ff. j. de damno infec. Sed quando ab initio sic vnita non esset, tunc ex post facto fieri potest vnio, z viuri potest, quod si fiat, tunc effi-
1 citur mea. Hoc autem qualiter ffiat vnū exemplum ponitur, si longiori tempore fundo meo heserit, qꝫ vt hic in gl. j. in verbo, lō giore tempore dicitur, quidam exponebant x. vel xx. an. qō glo. reprehendit. Sufficit em qō tanto tempore stet, quod coalescat arbor in terra: vel si forte crustam non habent arbores, sufficit si tāto tempore steterint qꝫ si ibi arbores essent, coaluissent, ex cur su eiꝰ tanti temporis presumitur facta vnio terre, z hec est mēs huius litere. Puto etiam quod si intra modicum tempus illa crusta propter pluuiam fit dirupta, z cū terra agri mei vnita fit, quod statim fit effecta mea. arg. ff. de glan. legen. l. j. z d. l. hoc amplius. ff. j. Ex eo enim tẽpore quo cū terra vnitur, fundo meo
2 dicitur acquisita. Et est aduertēdum, ffqz ō. in acquisitione que fit per alluuionem dictum est, qꝫ acquiritur nobis, hic vero dicitur, qꝫ acquiritur fundo, quod verum est, prout hic glossa intelligit, qꝫ loquitur de eo, quod supponitur quod ipsi fundo acquiritur, illud vero quod fundo adꝺcitur, pōt domini destinando possideri, vt fundus separatus a primo, z sic magis persone quā rei dicitur acquiri. Sed intelligendo, qꝫ hic etiam per extentionem non est vis, quia siue acquiratur nobis, siue fundo nostro adꝺcatur, est, ab initio enim fundo acquiritur, licet possumus postea si-
3 paratim possidere destinatione nostra, licet ffautem arbor creuerit, an vendicari possit. Glos. hic tenet, qō posit peti actione
4 in factum. z hec de arbore. Ipsa ffaūt terra postquam vnita est, peti, non potest, dicta l. hoc amplius. ff. ita demum. de damno infecto. antequam autem coaluerit, ipse dominus potest vendicare, dum tamen de damno infecto caueat, vt dicta lex hoc amplius. ff. finali. ego autem in cuius preiudiciū delata est crusta, possum agere contra dominum, vt ipsam tollat, vel pro derelicto habeat, vt lege. pretor ait. ff. fina. ff. de damno infecto. Postquam vero vnita est, hoc facere non possum, vt dicta lege. hoc amplius. ff. primo. versiculo, sed nec ego. Ad figuras igitur veniamus.



Via circa diuisiones eorum, que per alluuionem adꝺciūtur, questiones plures vidi, quarum doctrinam dare impossibile arbitror, nisi res inspectione oculorum inspiciat, ideo figuras ad oculū demonstrantes inserui, per quas illa sola docere intendo que communiter ignorātur, z in hoc vtar aliquibus conclusionibus geometricis, nec hoc quis arbitretur incōgruum, qz omnis scientia ancillatur hinc. Est em hec Architectica de aliis cūctis disponēs, vt dicit Aristo. j. Ethic. Sciendum est igitur, qꝫ inter eos qui ex vna parte fluminis predia possident, id qō per alluuionem adꝺcit, vel quoqno modo, sez dimittendo insulam vel alueū, commune est pro diuiso, pro modo latitudinis, que latitudo prope ripā sit, vt in §. adeo. z §. insula. hoc autem fit ducendo lineam per directum, per illam partem que adiecta est per alluuionem, seu per, insulam dimittendo alueum. Ad ostendendū igitur, que sit linea recta super directū ducta facta est ista figura. Sed an linea sit recta, quero tribus modis. Primo an linea sit recta secundum se, z de hoc in figura. Secūdo an linea sit recta respectu alterius linee ō. quam cadit. Tertio an linea sit recta respectu alterius puncti, qui est in angulo duarum linearum hoc est an recte secet angulum per medium, de quolibet videmus. De primo dico, qꝫ linea recta finis est ab vno puncto ad alium extensio, vt patet in prima linea §. posita, vbi sunt duo puncti, a. b. nam si extendatur prima linea ab vno puncto ad aliud, illa linea erit recta, z si vnum filum tetenderetur a vnos duos punctos extenderetur in infinitum, tota linea erit recta, vt pz ad sensum, z figura demonstrat. Item secundum est, qꝫ si fieret aliqua linea super duos pūctos eque distātes a primis, vt. c. d. eque erit linea recta, z si in infinitū ille due linee extenderentur, nequaqnā iūgerentur, vt ex figura pz ad sensum. Sed si fierent duo puncti, nō eque distātes a primis, sed vnus esset magis propinquus prime linee, alius magis remotus est, vt hic protrahendo lineā, linea est indirecta secundū se vt precedens, nam pūctus. a. est magis remotus a linea. c. d. quam punctus. b. tamen protrahendo illas duas lineas necesse est eas simul iūgi. Si vero secūdus punctus esset remotus, vt. g. h. (constat enim quod punctus. h. est magis propinquus precedenti linee) punctus. h. est magis remotus) tūc quanto magis iste due linee extenduntur, magis elongantur, vt patet ad sensum. Puncta sunt multum not. in geometria, vt patet primo libro Euclidis.



Hec figura facta est ad ostēdēdū, quo modo posita vna linea recta super aliquo pūcto ipsius linee, alia linea recta perpendiculariter, z recte cadit qꝫ cognoscit, qz quā do super vnam lineam rectam, alia recta z perpendiculariter cadit, tunc vterqz angulus rectus erit. Sed si non caderet recte, z perpendiculariter, tunc vnus angulus erit acutus, alius latus erit, z apertus quasi obtusum ostendat. exemplum primi dicti. ſt linea posita, a. b. z pūctus in ea pomtur. d. super illo ducatur linea perpendiculariter. c. d. tunc vterque angulus rectus erit. eq. alis. exemplum secundi dicti, sit linea posita. e. f. pūctus in ea. g. positus super illo ducatur linea non recte, sed perpendiculariter, vt si flectatur versus punctum. f. z sic linea. g. tunc angulus est acutus in illa parte, qua flectetur. z ab alia parte obtusus. Sed dubitatur, si ponatur linea. i. k. z in ea pūct ducatur super illam lineam. m. n. que in nulla partem flectatur tamen in aspectu non videtur linea recta, quid erit? Resp. est linea recta prima. i. k. z alia super ea recte cadit, si consideretur secūdum se, non ffaūt si consideretur respectu quadrature illius charte, super qua describitur, sed ad istud nullus est habendus respectus. sed solū ad lineam positam, z ad illam que supra ducitur, z hoc est vtile scire ad multa que infra dicentur. Et



Alia in diuisione de qua tractaturi sumus sepe expedit diuisiones fieri per medium: ideo ad hoc docendum, ꝛ demonstrandū, facta est ista figura: ponatur ergo linea recta, a.b. quam volumus diuidere per medium, ita quod in ipso libro possit cuiqz demonstrari. Primo ponam pedem circuli in puncto. a. ꝛ ostendam circulum vltra medium linee, vt ostendit circulus rubeus: deinde ponam pedem circuli in puncto. b. ꝛ ꝫ. eum faciā circulam equalem primo, vt ostēdit circulus azureus, qui duo circuli sese protendunt in duobus locis, vt apparet. ducam igitur lineam rectam ab vno dictorum punctorum vbi circuli se preextendunt ad alium, vt ostendit linea. c.d. dico, quod hec linea diuidit lineam ductā per mediū, vt apparet ꝛ probatur sic. Si ab equalibus equalia adimas, ea, que remanēt, sunt equalia, vt dicit Euclides. Sed equalis distantia est a puncto. a. vsqz circunferentiam circuli rubei, qualis est a puncto. b. ad circūferentiam circuli azurei, ꝛ per lineam. c.d. que equaliter admittit ab vtraqz parte per distantiam: ergo patet quod illud quod remanet de linea. a.b. ab vtraque parte, est equale: ꝛ sic linea. c.d. eam secat per medium. ¶ Item ex predicta figura apparet alia demonstratio, vez, quod inter. a.b. non esset linea ducta: sed esset spatium, qꝫ inter duo puncta debet diuidi iure proximitatis qꝫ in dicta linea. c.d. diuidit dictum spatium directo per medium, ita qꝫ quicquid est supra, est magis propinquum. a. ꝛ quicquid est infra, est magis propinquum. b. etiam si linea. c.d. extenditur in infinitum. Apparet etiam ex dicta figura alia demonstratio, videlicet quod supra vnam lineam, vel basim rectam due linee circulorum equalium se protendunt, ꝛ a puncto vbi se prescindent ducatur linea ad punctum qui est in medio dicte linee vt basis, illa linea perpendiculariter cadit ad angulum, ꝛ facit rectum ab vtraque parte, vt patet ad oculum: ꝛ probatur ex precedentibus. Quod si dicta linea diuidit spatium per medium, apparet quod non flectitur versus aliquam partium, ꝛ sic facit angulum rectum ab vtraque parte, ꝛ ista sunt multū necessaria ad cognitionem sequentium, ꝛc.




Figura ista est facta ad ostendendū, qualiter posita vna linea recta, ꝛ puncto in ea posito supra illum punctum alia linea recta, ꝛ perpendiculariter ducatur, ex his que posita sunt, de necessitate concluditur. Sit igit linea posita. a.b. ꝛ in ea punctus positus. c. supra quem volo aliam lineam directaz perpendiculariter ducere faciam igitur ab vtraqz parte illius puncti duos punctos eque distantes. d.e. deinde assumaz duas equales lineas cum duabus virgulis, vel chorduli's, ꝛ vnam ponam super punctō. d. aliam super pūcto. e. ꝛ ambas coniungaz per modū trianguli in pūcto. f. postea ducam lineam a puncto c. posito vsqz ad punctum. f. dico igitur qꝫ illa linea recte quod perpendiculariter cadit supra datā in puncto dato, vthic ostendit, qꝫ facit angulum rectū ab vtrarqz parte, ꝛ probat in lib. Euclidis. Vel breui⁹. sic, data linea. g.h. ꝛ in ea ponatur punctus. i. supra quem volo recte, ꝛ perpendiculariter lineam ducere, faciam duos punctos eque distantes, ad punctū datū, vt. k.m. deinde ponam pedem circuli vsqz ad punctum. m. ꝛ extendam vsqz ad pūctum. k. ꝛ voluam illam partem versus quā volo illam lineam, deinde ponam pedem circuli in puncto. m. ꝛ extēdam vsqz ad punccum. k. ꝛ simili modo voluam. Sequitur qꝫ ille linee circulares se inuicem secabunt in puncto. n. dico igitur quod si a puncto, n. dato ducatur linea ad punctum. l. perpendiculariter, ꝛ recte cadit supra dictum pūctum. l. eadem ratione qua supra probatuz est in precedenti figura. Quando que supra vnam basim rectam due linee circulorum equaliū se prescindunt. ꝛ a puncto vbi se prescindent, ducitur linea ad punctum qui est in medio basis, ꝛ super illos duos punctos linea in infinitum producta, semper recte cadit, vt patet ex his que dixi supra in prima figura. hoc etiam patet ex his que dicta sunt, quia dicta linea cadens ab vtraque parte, facit angulum rectum.






Figura ista est facta ad designandū circulū, qđ in prima fuit quesitum. s. si ponatur vnus punctus in angulo duarum linearum, z ꝯ illum volo ducere lineam rectam seu perpendiculariter, qualiter fiat, q̄ docet hec figura. ponantur ergo due linee, sc̄z. a.b, z. b.c. que cōueniunt in vno puncto, z ibi faciunt angulum cuiuscunq̄ conditionis sit ille angulus. z super illum punctum volo ducere lineam rectam. faciam igitur ab vtraq̄ parte anguli in illis lineis punctum. b. quod ꝓpatet. si ducatur a puncto. f. vsq̄ ad punctum. b, q̄ illa linea recte, z perpendiculariter cadit super. b. quod patet, quia si ducatur alia linea recte a puncto. d. l, illa secatur per medium, z ibi illi anguli recti, vt probatur in lib. Euclidis. Preterea in ipso angulo. b. sunt duo anguli equales. Vel si vis aliter probare, z operari ponas duas lineas. g. h. i. que cōueniāt in puncto. h. ꝯ qđ vis ducere lineam rectam, faciam ab vtraq̄ parte in illis lineis punctum eque distantem. k. m. deinde ponā pedem circuli in puncto quem pretendam vsq̄ ad. n. z voluam ꝯ versus illā partem, quam volo ducere lineam, deinde ponā pedem circuli in punctum. m. z extendam vsque ad punctum. k. z voluam simili modo, et ille due linee circulares se prescindunt in puncto. n. ducat ergo linea recta a puncto. h. vsq̄ ad punctum. n. dico qđ illa recta perpendiculariter cadit. ꝯ punctū. h. eadem ratione, qua prendens. z si ducatur alia linea recta a puncto. k. vsq̄ ad punctum. m. illa secatur per medium per lineā. m. h. z erunt ibi. iij. anguli recti. Et in puncto. h. similiter fiunt duo anguli equales. Vbi premissis ad euidentiam nunc ad propositum veniamus, ponendo ripas, predia z alluuiones, ꝛc.




Ad euidentiam dicendorū premitto, q̄ flumen designabitur per colorem azureū, z caput fluminis erit ab illa parte a qua erat caput alicuius animalis, z versus illam partem fluant predictorum ripe per colorem nigrum, illud quod est medium inter predia, z flumen intelligatur alluuio. Item per alluuionem. Item linee rubee facte sunt ille, que vere diuidūt per alluuionem. Linee flauee, sine crocee facte sunt causa demonstrationis, vel disputationis, z si quandoq̄ fieret alia qua linea azurea, z in ipsa figura declarabitur ad quem finem fiat. Hunc ad presentem figuram veniamus: z aduertendū est, quod linea, que est ripa omnium predictorū est recta omni rectitudine. Item duo predia paria habent confinia directa, adeo quod linea, diuidens predia directa, cadit in lineam ripe, quod patet, qz ab vtraq̄ parte facit angulum rectum in istius duobus predijs, diuisio est clara, qz protrahitur linea directo per alluuionem vsq̄ ad flumen, vt ostendit linea rubea, z illa linea est directa respectu ripe, z directe coniungitur cum ripa diuidente predia. Videndum est de ripa, que est inter predia Titij, z predia Seij, z inter predia Meuij, in illis est dubium. nam iste nec diuidentes predia, licet sint directe in se, non tamen cadunt directe in illam lineam que est ripa, vt patet, que ab vna parte faciunt angulum acutum, ab alia obtusum. Si igitur per alluuionem ducerem lineam secundum rectitudinem linee, non pervsque ad flumen, sed iungeretur in puncto. a. vt ostenditur nec zale, z sic predium Seij, quod est maioris latitudinis ripam, haberet minus de alluuione, nec protenderetur que ad flumen, dicendum est ergo, quod linee confinium dentes confinia, nullatenus attendende sunt, quoniam cta l. adeo. ff. insula, in fine. ff. de acquirendo rerum dominio citur ꝓ modo latitudinis, que latitudo prope ripam fit. Si ergo fiet diuisio, consideretur linea, que est ripa, z deretur linea, vbi cadit linea diuidens confinia, vbi assumatur vnus punctus indiuisibilis, vt ostendunt lineigre. z ab vtraq̄ parte illius puncti, fiant duo puncti eque distantes. c. z ponatur pes circuli in puncto, z extendatur ad punctum. c. z voluatur versus alluuionem, z postea ponatur in puncto z extendatur ad punctum. b. z simili modo versus alluuionem que due linee reuolute prescindent in puncto. d. deinde ducatur linea recta a puncto. a. vsq̄ ad punctum. d. z protrahatur vsq̄ ad flumen, vt ostendit linea rubea. Dico igitur quod illa recta cadit supra lineam que est ripa, vt probatū est supra in figura, z est recta a puncto. d. vsq̄ ad lineam assumptam quatur vltra protrahitur, recta erit, vt dictum est supra in prima figura, z similis diuisio est inter Seium z Meuiū, vt linee ducte dunt, ꝛc.




Hec figura habebat lineam ripe vniformem. z cuz tractetur de alluuione diuisionis, omnes rustici protrahunt lineam secundum quod ostendit linea canna ducta secundū rectitudinem linee diuidentis predia. Sed hanc diuisionem rusticorū, non esse bonam apparet, quia linea debet duci recta secundum rectitudinem linee ripe, vt ex precedentibus liquet, z secundum illam non est recta, qđ apparet, quia linea flaua ducta versus caput fluminis, facit angulum obtusum, versus pedem facit angulū acutum, vt angulū facit angulū obtusum, qđ repugnat linee, que debet recta. Fienda est ergo diuisio alluuionis, put ostendit linea rubea ducta ꝯ lineam ripe que ab vtraq̄ parte facit angulum: z sic ipsa recte cadit perpendiculariter, vt ꝯ demonstratum est. Et si dicatur qđ ripe linea non est recta, respondeo, quod recta secundum se, q̄ considerandum est. non autem vadit secundum rectitudinem linee predioꝝ, que est ab alia parte, qđ aduertendum non est, ꝛc.




Ista figura differt a precedentibus: nam precedentes habēt lineam rectam. hec vero .3. duas lineas in vno puncto, que faciunt triangulum obtusum, scz in illo puncto vbi sunt fines inter Lucium, & Titium. Dico igitur, q̄ ad diuidendū alluuionem inter dicta duo predia. .3. duci linea, vt ostēdit linea rubea, ducta vsq̄ ad lineam azuream. Et q̄ linea cadat recte, probatur q̄ factis duobus punctis eque distātibus, & duabus lineis circularibus punctis super eis. vt ostendunt linee crocee ab illo puncto. vbi se intersecat vsq̄ ad punctum datum, vbi linea cadit perpendiculariter, vt demonstratum est. 3. in iij̄. figura: hoc etiā probatur ratione proprietatis, vt dicetur in seq. figura, illud vero q̄ est super lineam azuream. .3. diuidi ac si ripa esset recta: vt illa linea recta azurea ostēdit. nam q̄ iuris est in eo q̄ predio primo adēcitur, idem est in eo quod ipsi addito adēcitur. vt ff. de acquirendo rerum do. l. insula. Sed si ab initio ripa habuisset illam rectitudinem, illo modo fuisset facta diuisio, vt .3. in quinta figura, &c. hoc in sequenti figura rectius & clarius demōstrabitur. &c



Deuidēriam istius figure premitto, q̄ flumen addit quando q̄ ita q̄ ripe sunt ab vtraq̄ parte eius, sicut facit flumen per alluuionem positum: & tūc illud dimissum debet esse cōmune inter eos q̄ sunt ab vtraq̄ parte propinqui, vt ff. de acquirer. do. l. adeo. §. insula. & §. q̄ si toto. Quādo q̄ illud quod dimittitur, .3. ripam tantum ab vna parte, tunc .3. diuidi inter eos qui ab vna parte predia possident per lineam in directum per insulā transductam vt ff. de acqui. re domi. l. inter eos. & supra dictū est. Et aduertendū quod .l3. iura que loquūtur quādo ripa est ab vtraq̄ parte fluminis, eadem ratio est q̄ si ab vno latere fluminis sunt due ripe inter quas cōtinetur relicta alluuio. Hoc permisso dico q̄ hec figura habeat duas lineas rectas, scz. a.b. & b.c. que faciunt vnum angulum in puncto. b. dico igitur quod alluuio dimissa inter dictas duas lineas, .3. litora ab vtraq̄ parte: ideo .3. diuidi iure propinquitatis. illud vero quod est vltra duas lineas quod apparet ex se, a linea antez diuisa. vsq̄ ad punctum. c. .3. solum ripas ab vna parte: & ideo .3. diuidi per directam. Ducatur ergo linea directa supra punctum. b. quam apparet esse directam ex quarta figura tunc dico quod quic̄quid est supra dictam lineam versus caput fluminis est p̄dō Lucij iure propinquitatis. quod sic probatur, Ponatur punctus. a. in dicta linea rubea. & supra illū fiat circulus rubeus qui punctualiter tangit ripam Titij. dico quod ille circulus equaliter tangit ripam Titij. & Lucij: & sic illa linea est directe in medio deinde infra dictam lineā fiat punctus. b. & super eum voluatur circulus rubeus qui punctualiter tangit ripam Titij, dico quod ille circulus non tangit ripā Lucij: ergo ab illa magis distat. & eodem modo supra dictam lineam rubeam fiat punctus. c. & super eum datur alius circulus rubeus qui punctualiter tangit ripam Titij. dico quod non tangit ripam Titij. ergo ab illa magis distat. & sic concluditur, q̄ diuisio est recte facta. illud vero quod est supra lineam croceam. a. c debet diuidi ac si tota linea esset quedaz ripa recta. quod probatur sic. quod iuris est in eo quod primo predio adēcitur, idem iuris est in eo quo ipsi addito adēcitur. vt ff. de acquirer. do. l. insu. Sed si ab initio ripa habuisset illam rectitudinem, facta fuisset diuisio, vt dictum est supra in quinta figura. ergo, &c.



In hac figura sunt due linee recte, scz. a.b. & b.c. que in puncto. b. faciunt angulum. verūtamen linea. a.b. est minor. quam linea. b.c. & in hoc differt a precedenti. Dico igitur ducendā esse lineaz recta a puncto. a. vsq̄ ad punctum. c. vt ostendit linea crocea, & quicquid est infra dictas lineas .p̄cludubio .3. ripas ab vtraq̄ parte. & ideo debet diuidi iure proximitatis. vt patet ex precedēti. & ideo ducatur linea rubea per medium diuidens a puncto. b. vsq̄ ad lineam croceam in puncto. d. Illud vero quod a linea croceo. §. habet, ripam tantum ab vno latere, & per illam rectitudinem quaz ostēdit linea crocea. a. c. & ideo debet diuidi ducendo lineam rectam rubeam a puncto. b. vsq̄ ad lineam azuream. a puncto. c. illud vero, quod est a linea azurea. d. e .3. diuidi ducendo lineam rectam super illam azuream. sicut si ibi esset ripa. & hoc per illam rationem quod additum addito est dividendum sicut additum antiquo predio. vt dictum est in precedentibus. & predicta vera, si proponatur questio sic simpliciter, & per quem modum alluuio accesserit sit incertum. Si vero constaret quod primo alluuio addit certam partem, postea aliam, tunc declarabitur in sequen. figura, &c.



Ista figura facta est ad declarandum illud quod dictum est in precedenti: si enim poneretur simpliciter totam alluuionem esse diuisam, qualiter esset fienda diuisio, apparet ex dictis in tribus preced. figuris. Sed pone flumen primo per alluuionem diuisisse illam partem que continetur infra lineam rubeam ductam supra predium Titij, & Lucij, dico primo q̃ tota illa alluuio esset Lucij & Titij, quorum predijs adheret, & Caius nihil habebit facere ibi. Secunda vero alluuio, diuidetur, ponendo alluuionem primam pro ripa, vt sic inter ipsam & predium Caij, & Seij, ducatur linea per medium secans ex doctrina data in preced. Sed opponitur, quod de alluuione prima debeatur predijs Caij, nam inter predia Lucij, Titij, Caij, & Seij, sunt due nec que faciunt angulum in puncto. d, & sic pars alluuionis habet duo latera, vt ostendit linea crocea. a.b.c. ergo illa debet diuidi iure propinquitatis, vt dictū est. Sed pars illius alluuionis est magis propinqua predio Caij, q̃ patet q̃ super puncto b nec alluuionis prime posito in linea rubea, secatur per lineam croceam, vt in pũcto. d. fiat ergo circulus qui tangit pũctualiter predium Titij, tantum occupabit partem de predio Caij vt ostendit circulus azureus. Respõ. hoc quod alicui accreuerat ratione propinquitatis, habet locum quando illud, de quo acquirendo ageretur neutrius fundo coheret, vt insula quando vni cohereret & alij non semper illi cedit cui cohereret nec attenditur proximitas alterius, vt ff. de acqui. rerum domi. l. insula in pri.







Figura ista facta est, vt ostendatur, q̃ predia quedã possunt esse quibus de alluuione nõ debetur vsq; ad flumen, sed ante interiorizatur, vt si ripa cõtineatur inter duas lineas, scz. a.b. & b.c. faciũt angulum in puncto. b. qui angulus cadit quasi in puncto predij Titij. Primo ergo fiat linea rubea dividens per medium, vt linea. b. vt probatum est ſ. in viij. figura. Ex quo pz. quod quicquid est ad eã lineam ſ. versus caput fluminis, cedit illi ripe. a.b. quicquid est ab illa linea infra versus finem fluminis cedit illi ripe. b.c. & hoc ratione propinquitatis, vt dictum erit, nec predium Titij habet dividere superiori vicino & inferiori, & si bene respicias puctus divisionis predia cadit in lineis rectis secundum se. Debet ergo diuidi ducendo super eam lineam rectam, vt ostensum est ſ. in sexta figura, vt ostendit linea. e.f. & linea. g.f. & sic in puncto. f. portio continens agrum Titij finitur & intermoritur. Si enim transiret vltra, vel si linea torqueretur, nec iret recta vt si volueris lineã circa caput fluminis, vel si transiret vltra. b.d. dares prime ripe plus quã deberes iure primitatis, q̃ figura prohibet, & si poneres primam alluuionem sic simpliciter accreuisse. Sed si poneres primam accreuisse in totum angulum predij Titij vsque ad lineam. e.g. tunc deberet fieri diuisio, vt in sequenti figura.




Hec figura differt a preced. nã hic ripa cõtinetur tribus lineis, scz. a.b. & b.c. & c.d & habet duos angulos scz in pũcto. b. & in puncto. c. tota igitur hec alluuio debet diuidi iure propinquitatis, que tota continetur infra plura latera. Primo igitur ducatur linea rubea per medium super angulum. b. & fit linea. b.c. deinde ducatur linea per medium dividens super angulum. e. & erit linea. e.f. que due linee secabunt se in puncto. g. dico ergo quod portio alluuionis pertinens ad agrum Titij in dicto puncto. g. finitur, q̃ si est azurea super puncto. g. vtrinq̃ linea punctualiter tangeret, ergo ille est pũctus in quo vtrinq̃ propiquitas terminatur. Si vero excederes, & velles facere circulum ſ. punctum. c. tunc vni partium accederet, & alia deficeret, quod autem est intra illud triangulum. b. g. c. pertinet ad predium Titij iure propinquitatis, quod patet, q̃ si alicui angulum panditur per centrum vnius circuli, in puncto. b. qui tangat punctualiter ripam Titij, nullam aliam ripam tangit nisi Lucium & Caium, per lineam directo ductam vsque ad finem & hec sufficiant de ripa que habet lineam, vel lineas rectas. Restat videre de ripa que habet lineam circularem.



Ad euidentiam eorum que dicenda sunt de figura circulari, sciendum est, quod circulus est figura plana, vna quidem linea contenta que circunferentia nominatur, in cuius medio punctus est a quo omnes linee ad circunferentiam existentes sunt sibi inuicem equales, vt dicit Euclides in prima figura. Nam centrum est in puncto. a. ⁊ omnes. iii. linee inde existentes sunt sibi inuicem equales. ⁊ si plures ducerentur, idem esset. Item apparet, quod omnes linee predictaque circunferentia in centrum faciunt angulum. Item premitto quod totum illud quod est in circulo infra aliquas lineas ductas est magis propinquum illi parti circunferentie, que in punctis duarum linearum terminatur, vt verbi gratia assumas partem circunferentie. b.c. ⁊ duc lineam rectam ad centrum, ⁊ facit triangulum. b. a. c. ⁊ dico quod quicquid est infra illum triangulum est magis propinquum illi parti circunferentie. b.c. quam alicui alii. quod patet ad sensum, ⁊ potest probari. Nam ponatur cētrum in aliqua parte infra dictum triangulum, vt ſ. illum ducatur circulus azureus, qui tangit punctualiter dictam partem. b.c dico quod nullam aliam partem circunferentie tangeret, ergo illi magis propinqua. ⁊ idem dicendum est de eo qui continetur infra illum triāgulum. b.a.d. a infra illum triangulum. a.b.d. ⁊ a.e.d. supra illum triangulum. c.a.e. vt euidenter apparet, ⁊c.



Alia in precedēti dictum est, quod linee sunt ducende a centro ad circunferentiam, ⁊ quandoque ignoratur vbi sit centrum. ⁊ ideo expedit, q̄ ducatur linea a circumferentia versus centrum, vel quod cētrum inueniatur: ideo facta est hec figura, que duos habeat circulos. ⁊ sic hoc fieri docet duobus modis. Primo sic. sit centrum. q̄ opponatur in circumferentia vnus punctus. b. ⁊ ab vtraque parte eiusdem puncti duo alii eque distantes. c.d. deinde ducatur linea recta. c.d. ⁊ istius linea inueniat mediū in puncto. e. deinde ducaſ linea recta. b.c. dico q̄ ō necessitate ista vadit directe supra centrum, scz punctum. a. vt probatur in primi. secundi libri Eucli. hoc etiam patet, quia idem in alia parte circunferentie ponatur punctus. f. ⁊ ab vtraque parte duo puncti eque distantes. g. b. deinde inueniatur medium dicte linee in puncto. i. deinde ducatur linea recta. f. i. dico q̄ ista de necessitate vadit versus centrum. ⁊ si vltra protēdatur linea. b.c. ⁊ linea. f. i. secabunt se in puncto. a. vbi est centrum. Concluditur ergo, quod ibi vbi dicte linee se secant, de necessitate est centrum. hoc etiam fieri alio modo ad idem tenendi docet secundus circulus. Ponitur enim quod sit circuli centrum qui non videtur in puncto. a. ponatur in circūferentia punctus. b. ⁊ ab vtraque parte eiusdem puncti duo alii eque distantes. c.d. deinde ponatur pes circuli in puncto. c. ⁊ extendatur vsque ad punctum. d. ⁊ voluatur supra, ⁊ infra circulum, eodem modo ponatur pes circuli in puncto. d. ⁊ extendatur vsque ad punctum. c. ⁊ fiant ille due linee circulares ducte se secabunt extra circulum in puncto. c. ⁊ ita in puncto. f ducatur igitur linea. c.f. dico quod illa de necessitate vadit versus centrum. ⁊ eodem modo si in alia parte circuli idem fiat, vt ponatur in circumferentia punctus. g. ⁊ ab vtraque parte duo puncti eque distantes. b.i. deinde voluatur centrum supra. b. ⁊ supra. i. vt in precedenti dictum est. ⁊ sic dicte linee se secabunt in puncto. k. ⁊ in puncto. m. ducatur ergo linea. k.m. recta, tunc illa ducit ad centrum, ⁊ sic in illo puncto vbi secabunt se linea. e.f. ⁊ linea. k.m. ibi erit centrum. His premissis ad euidentiam dico, quod ripa prediorum que habet lineam circularem quandoque habet se vt continens, quia infra circulum diuisa est alluuio, quandoque habet se, vt contentum, quia alluuio continet circularem ripam: si primo modo, tunc aut ripa continens lineam circularem, continet minus semicirculo, totum autem circulum continere non potest, quia sic flumen non haberet exitus, ⁊ hec in figuris prorimis declarabuntur, ⁊c.



Sihec figura inspiciatur tota, continetur vna ripa que est minus circulo, & ab ipsa ripa alluuio est contenta, & omne contentum est minus continente, vnde de alluuione non potest dari tantum, quantum est ripa. Item licet sit vna linea, tamen quia est rotunda, habet duo latera se respicientia, ideo id quod continetur intra ipsam, debet diuidi in re propinquitatis vt in precedentibus demonstratum est: in quolibet ergo puncto vbi fines p̃dcõ terminantur, vt inducat lineam que respiciat centrum, secundum figuram, quo facto omnia trum est illud, quod infra duas lineas continetur & illi propinquiora est, vt supra probatum est in viij. figura, & quia plex est modus operandi, adducenda est linea versus centrum vt supra p̃dicti figura dixi. Ideo hic in tribus ripis triplicabeas ostendunt, &c.




Figura hec differt a precedente, quia alluuio non excessit continentiam ripe rotunde, hic vero excessit, vnde illud quod continetur infra ipsam ripam, debet diuidi eo modo, quo dictum est in precedenti. id vero, quod est supra lineam azuream a puncto .a. vsque ad punctum .b. diuidam, ac fibi ducta recta, vt linee recte ostendunt, & in precedenti pluries etiam batum, &c.




Figura ista cõtinet semicirculum, quod apparet, qz linea recta transiens .s. planetrum applicat extremitates suas ad vtranq; partem circunferentie, vt p̃z ex linea azurea supra centrum .a. & diuiditur sic. Semicirculus est figura plana diametro circuli, & mediate circũferentie cõtenta, vt habet in j. Eucludis. In hac igitur figura dico, qõ omnia predia media, que cõtinentur infra ipsum semicirculũ habebũt de alluuione pro rata vsq; ad cẽtrũ, supra illud nil possunt habere. ratio, qz in illo cẽtro portio eorũ terminatur in puncto, qui p̃ctus est illius latitudinis. Nã punctus est cuius pars non est. Sed supra illũ punctũ linea quedã directa, vt ostẽdit linea azurea debet supra illũ p̃ctum fieri divisio pro modo latitudinis cuiusq; predij, vt dicit tex. in l. inter eos. ff. de acquir. re. do. Sed latitudo illa est .s. illum punctũ qui pertinebat ad predia media scilicet Titij, & Caij, vt dicti efficiẽtgo, &c. Quicquid igitur est .s. illud centrum, pertinet ad predia que sunt in extremitatibus. s. ad predia Lucij, & Seij. & diuerin eos linea per pendiculariter directa supra illud centrum, vt ostenditur super lineam rubeam, & predicta fi fic simpliciter ponatur lineam ripe esse circularem, & alluuionem ficsimpliciter accreuisse. imaginandum est enim, qõ fic circulariter accreuerit vt ostendunt due linee crocee, & sic circulariter ducte super centrum, que due linee sunt posite extra eam, & eodem modo telligo accreuisse vsque ad centrum. Sin autem postea in vna parte alluuio appulerit postea in alia, tum esset fienda diuisio, patet ex predictis in decima figura.





Figura ista est plus semicirculo, qõ patet, qz si ducatur linea ab vna parte circunferentie ad aliud centrum, qõ est in puncto .a. remaneret in illa linea. dicendũ est igitur quod omnia predia media, scz Titij, & Caij, secari debent pro rata iure proximitatis vsq; ad centrum vt dictum est in precedenti: a centro vero supra debent esse eorũ predioꝝ, que sunt ab vtraq; parte extremitatis, scz ad p̃dia Lucij, & Meij, vt linee rubee ducte ostendunt. Quod autem linea rubea, que est .s. centrũ, vel medium inter Lucium, & Meum, potest de facili inveniri, hoc ostendunt sic, ponatur pes circuli in puncto .b., & verisimiliter vltra medium, & ducatur circulariter, deinde pes circuli in puncto .c. & similiter extendatur, & ducatur consideretur vbi ille due linee se prescindent, & ab altis ducatur linea recta illa de necessitate secat per medium, &c.



Hec figura differt ab omnibus precedentibus, nam in illis aliqne cõtinent vna linea recta, aliqne plurib⁹ lineis rectis, aliquelinea vna circulari. Ista vero continetur tribus lineis quarum due sunt circulares: vt a b, que est prima. c. d. & est vltima, alia media. b. c. dico ergo, qõ primo vna linea recta crocea. a. b. totũ infra illam lineam & ante quam ripam contentũ, est predũ Lucij, & de illo ad Titiũ nil pertinet, nec iure propinquitatis, nec iure adherentiũ, vt patet ad sensum, & eodem modo ducatur alia linea crocea recta. c. d. & illud totum pertinebit ad Latum. ad Titium vero nihil eadem ratione. quo facto remaneret figura tribus lineis rectis contenta, et sic qualiter diuisio debeat fieri, apparet ex hỹ. figura supra posita. et hoc ostendant linee ducte rubee. Illud etiam notandũ est vniuersaliter qõ concauitates que sunt in ripa vnius predũ, si sunt ita irregulares, qõ in predictas figuras non cadant, debent reduci ad regularitatem & rectitudinem, vt hac figura factũ est, nã portus qui sunt in insulis, ipsius esse insule dicũtur: vt ff. de publican. l. Cesar. portus aũt est quidam locus conclusus, seu quedam concauitas q̃ est in ripa: vt ff. de verb. signi. l. portus appellatus. ita concauitates q̃ sunt in ripa predũ debẽt esse ipsius predũ. Hec de figuris irregularib⁹ dicta sint vt si quando reperiãtur ad regularitatẽ reducantur, que figure irregulares sunt infinite, nec de eis potest dari doctrina, nisi reducantur ad figuras regulares. Preterea quedam dicta sunt de linea recta que declarant questionem occurrentem de facto inter dominos molendinorũ superiorũ & dominos molendinorũ inferiorũ. erat nanq̃ pactũ qõ clausura molendini superioris, non posset eleuari altius, nisi ad certũ clauũ minusum in quadam colũna existente ab vna parte fluminis. versus litꝰ ipsius fluminis, accidit vero quod ab alia parte fluminis nulla colũna reperiebatur nec̃ aliquis clauus, nisi solũ ab illa parte de qua actum fuit inter dominos molendinorum. Querebatur quantum ab alia parte fluminis, de qua nihil actum erat, an dñs inferioris molendini posset, vel deberet altius eleuare clausuram, dubiũ erat: qr cũ tantũ vnus punctus detur, a quo linea debet duci, scilicet ille clauus qui est in colũna solũ ab vna parte fluminis, ab alia vero parte fluminis non sit punctus, videt q̃ ab alia parte fluminis vbi colũna non fuit imissa nec̃ clauus posset altius eleuare clausuram, dominus molendini inferioris, & aquam ducere in quacunq̃ parte vult, patet cũ ab alia parte non sit positũ aliqd, qõ declaret, quantũ flumen ducatur in altum vel clausura non poterat dari ibi alia qua comparatio, arg. l. in testamento quidam scripserat. ff. de cond. & demon. Sed respondet qõ illa verba que dicũt q̃ clausura non possit eleuari altius illo clauo, debet intelligi de tota clausura, ar. ff. de serv. vrbano. pred. l. si seruitus imposita. & sic debet intelligi prout ille clauus respicit totam longitudinem & latitudinem clausure per directũ linea transducta. arg. C. de edi. priui. l. j. & d. l. inter eos. de acquiren. rer. domi. Qualiter autem linea directa transducatur, apparebit. si ex illo clauo extẽdatur chordula versus aliam partem ripe, deinde super illam chordulam plũbum, seu perpendiculũ ponatur. & si quidem chordula plũbi illa chorda clauo ducta facit angulos omnes rectos ad modũ recte crucis linea est recte ducta. Si vero anguli essent alij acuti & aliqui obtusi. tũc linea aut esset nimis erecta, vel nimis depressa: vt patet ex bis, que dicta sunt ẽ. in secũda figura. Item faciunt predicta in arg. ad aliud, quod sepe occurrit de facto maxime in instrumentis diuisionũ, vt sepe apponitur, q̃ vnus habeat ja tali loco ad talem prout trahit per directũ. de quorũ verborũ significatione quando q̃ vidi, dubitari. Dico igitur, quod quandoq̃ in instrumento apponitur totus locus per quẽ debet duci extensio latitudinis, quandoque ponuntur extremitates limitate, quandoq̃ ponit vna extremitas limitata, alia vero obscura. Primi casus exemplũ, dicit instrumentũ. qõ quicquid est a tali via, vel a tali flumine circa secundũ quod protrahitur per directũ sit primi. quod vero est vltra. sit secũdi. & hoc
a quod dixi per directũ [a] debet intelligi prout via. vel flumẽ vadit. & licet non vadat recte, tamen rectum appellatur secundum quod cursus est directus: vt ff. de excusatio. uto. l. non solum. §. annus aũt. ibi, viam rectam dirigendo. &c. Secundi casus exemplum. si dicatur a tali termino, vsque ad talem prout trahit per directum sit talis. tunc verum est quod rectitudo est ab vno puncto ad alium extẽsio. vt dictum est in prima figura. Tertij casus exemplum. quod talis primus habeat a tali termino prout trahit per directum. nam licet terminus ipse sit rectus, & punctualis vt partes declarant, tamen ad nullas partes duci potest linea recta. nisi secundum quod terminus est altus. vel prolixus. latus. vel strictus. acutus vel planatus. rotundus in modum columne vel quadratus. Et ad hoc dico quod lapides qui ponuntur pro termino consueuerunt poni taliter quod in certam partem videntur respicere. vt si lapis est longus: non enim debet respicere a lateribus. sed per directum a parte ante acuta. Et ita vidi rusticos antiquos dicentes, quibus est standum in istis. vt ff. de leg. iij. l. si chorus. iuncto c. quia indicante. extra de prescri. Et qualitate ergo termini hoc perpenditur. vel si qualitas termini hoc nõ induceret, tunc esset aduertendus quod si terminus ille esset prope aliquam sepem vel limites, qõ ab illis limitibus ducatur linea recta. hoc est quod angulum rectum dimittat in ripa. quod qualiter fiat, in superioribus clare declaratum est. Consulo isti qõ qui talia instrumenta cõponunt. curent clarius exponere. & hec de linea recta. Ea vero. que dicta sunt de linea totunda. faciunt argumentum. imo determinant questionem no. de facto emergentem. prout in sequenti figura declarabitur. &c.

ADDITIO.

a Th. D. Per directum. Vide Felyn. in capi. olim. de excepti. vbi plene.





FIgura ista dirimit questionē magnam occurrentem de facto: statuto cauebatur qō qui per vim d amnificauerat aliū de re valoris decem florē. iuri, deberet morte puniri. Contigit, quod quidam ad domum alterius accessit, ꝛ vegetem vino plenā per vim effudit, ꝛ vegetē destruxit, sola vna dogha remansit; ꝛ de bonitate vini erat certum, sed de quantitate erat dubium, hoc est, quante capacitatis esset veges, dico quod ex his que dicta sunt supra in viij. figura, hoc poterit clare haberi hoc modo. Signetur illa rotūditas illius doghe in terra, vel in tabula, vt ostendit linea nigra. a. b. constat enim, quod illa est pars rotunditatis totius vegetis, super illam partem figna ad diuidendum centrum: vt in illa viij. figura dictum est, ꝛ ducantur due linee, que se prescindant, quod est centrum plo ne constat in punct. c. deinde pone pedem circuli immobilem in puncto. c. ꝛ extende vsq; ad lineam. a. b. ꝛ perficias circulum, v ostēdit circulus rubeus datus, dico quod de necessitate illa ex rotunditas vegetis. Sic igitur habes longitudinem et dogh sciret dicere capacitatem, ꝛ si veges in medio esset largior de cili ad equalitatem reducitur per mensores communis, vel de monstratoris, vt videbis breuius in sequenti figura. ꝛc.



ISta figura facta est ad demonstrandū idem, quod precedens, sed breuius. Constat enim, quod dogha vegetis habet duas lineas circulares, scilicet interiorem. ꝛ exteriorem ꝛ interior est minor. ꝛ quelibet respicit vnū centrum. Item dogha vegetis habet duas lineas rectas, scilicet ab extremitate exterioris vsq; ad extremitatem interiorem. Sed duo puncti exteriores illarum linearum magis distant ab inuicem, quam duo interiores. ꝛ ideo si dicte due linee protrahantur, necessariū est iungi, vt dictū est in prima figura, sic ergo grossities vnius doghe, vel duarum, satis patet, vt ostendunt linee. a. b. c. ab exteriori circulo, vsq; ad interiorem, deinde ducantur linee doghe recte ab vtraq; parte, ꝛ iungant se in puncto. b. d. ipsum enim. d. est centrum circuli interioris. ꝛ exterioris: voluas ergo circulariter, et habebis grossitiem vegetis, ꝛc.

Tractatus De insula, do. Bar.

POst tractatum de Alluuione, superest vt de insula [a] videamus, de qua sic ait lex, Insula que in mari nascitur quod raro accidit, occupantis fit, quando nullius esse creditur. ꝛ in flumine nata, quod frequenter accidit, si quidem mediam partem fluminis tenet, communis fit eorū, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripā predia possidēt, pro modo latitudinis cuiusq; predij que latitudo prope ripam fit, quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum qui ab vna parte ripam possidēt predia, quod si vno latere prorupit flumen ꝛ alia parte nouus riuus fluere ceperit deinde nouus iste riuus in veterem se conuertit, ager, qui a duobus riuis comprehensus in formam insule redactus est, eius est, scilicet cuius ꝛ fuit. hec verba sunt ff. de acq. re. do. l. adeo. §. insula. Idem habetur modica verborum mutatione facta, Instit. de re. di. §. insula. legis ergo verba singula discutiamus.

ADDITIO.

a Tho. B. De insula. Dicit Feli. in c. Rodulphus. de rescrip. qō Bar. bic plene ponit de insula, tamen vide Bald. in rubr. ff. de re. di. in versi. nūc videam de insula, vbi ponit etiā plene de insula, quod alia est naturalis q̄ semp fuit; vt Corsica, ꝛ Sardinea, ꝛ similes: alia casualis ꝛ accidentalis que in flumine semper nascitur, at in mari rarissime: vt ibi per eum. ꝛ ibi ponit, an concedatur occupanti, ꝛ vide Alex. an. l. j. in princ. ff. de acquir. possess. in ver. capiō gl. in verb. mari. ꝛ ibi ponit de insula nata in flumine, ꝛ Bar. Ceron. in suo tract. de seruit. rustic. predio. in rubr. de itin. An autem ciuitas Venetiarum dicatur insula, dicq; quia non habet spheram terre, sed est fundata in alueo ma ꝛ nullus alueus appellatur insula, vt patet insti. de re. di. §. per alluuionem, ꝛ ita in specie consuluit Bal. in consi. cccxx in iij. vol. incip. quidam euenerunt, ꝛ vide in consi. sequen. ꝛ sequitur Jas. in l. si insulam. ff. de verbo. obliga. scripsi plene in mo trac. de Venete vrbis libertate, ꝛ eiusdem Imperij dignita ꝛ priuilegiis, ꝛ in priuilegio xxxviij. in responsione. §. arg. qui no dedi Serenissimo principi do. Andree Gritti, ꝛ excellen. fi. r. a quibus Alex. filius mens dono habuit officium notariatus, supra consulum in vita sua.

Singulorum verborum d. §. insula. discussio.

INsula. Est locus circūdatus aquis qui cum desinit circūdari, desinit esse insula, vt ff. de acqui. re. do. l. insula. Vel aliter: insula dicitur domus in mari, que est quasi insula. Dicitur insula quasi in salo, id est, in salso posita, secundum Isidorum, ita no tat gl. in verb. insulam. ff. de verb. obli. l. si insula, cum simil.

QUe in mari. Mare est collectio aquarū multarū salsarum. Proprie enim mare ab maritudine dicit, ꝛ oportet quod cum magno continetur alias enim licet mare appellatur, mare non est, sed magis stagnum, vel lacus, vt dicimus de mari Galilee, qō in sacra scriptura mare appellat, tamen stagnū siue lacus est. ꝛ tūc iuris priuati publici vt flumen est: vt prece. lib. dictū est. §. in verbo flumē.

NAscitur. Nasci dicitur cum primo dicitur apparere

a QUod raro accidit. [a] Raro accidit quod semel, vel bis extitisse memoria est, qō vero plus euenit frequēter, accidere dicimus: vt ff. de legib. l. nā ad ea. ꝛ seq. ꝛ hoc in his que fiunt, consuetum ordinem in natura non habent, alias enim omnia nus euenit quam sit consuetum ordine nature, raro euenire dicimus: si plus ordine consueto tūc frequēter. Raro enim pluit dicimus isto anno, si secundum consuetudinem non pluit; frequenter, si plus cōsuetudine. Facit supra de edil. edict. qui ba Simile est in moribus: quia qui minus consueto more ad forum vel ad ecclesiam vadit, raro ire dicitur: sed si secundum consuetudinem vadit, tunc moderate accedere, seu fieri dicimus. ꝛ ff. de contraben. emp. l. fistulas. in fi.

ADDITIO.

a Tho. B. Quod raro accidit. Scribit Euseb. in lib. de temporibus, quod anno mundi secundo 5. quintum millesimū Chri piade cxlv. iuxta Theram apparuit insula que vocatur Hiera Item anno Christi xlvij. ꝛ Olympiade ccvj. inter Theram Therasiam exorta est insula habens stadia xxx.

OCcupantis fit. Occupare enim dicimus qui insulam eo animo ingre ditur, vt totam occupet nec est necesse, vt omnes glebas insule circumambulet: vt ff. de acqui. poss. l. ij. in prin. ꝛ sit eius iuris do minium, per rationem que sequitur, ꝛc.

Jurisdictionem

1 ✠ Jurisdictionem habens in territorio mari cohærenti, habet etiam iurisdictionem in mari vsque ad centum milliaria.

Insula in mari nata dicitur illius prouincie vel iurisdictionis cui magis est propinqua.

2 Insula in mari alto posita, propinqua alteri insule dicitur eius iurisdictionis & prouincie cuius est illa insula.

Insula Sardinie dicitur, Italie.

3 Insula nata in mari alto & non propinqua alicui loco vel insule erit occupantis quo ad dominium & iurisdictionem Imperatoris de iure ciuili, de iure gentium occupantis etiam quo ad iurisdictionem.

4 Insula vel locus occupanti concessus si a pluribus occupatur omnes totam, dicuntur occupasse.

5 Plures si concurrunt in vnum ad occupandum locum et quilibet per se vult occupare cuius erit locus.

6 Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata leu curreria super loco facta.

7 Concesso iure occupandi alicui si negligat occupare, amittit ius suum.

8 Concesso territorio, specialiter per superiorem, quando concessio valeat.

9 Territorium an videatur occupatum ab eo qui in eo cum exercitu stat vt statim suum fiat.

10 Gentes existentes in loco occupato, quibus legibus regentur.

11 Occupans locum ob delictum habitantium potest illorum bona auferre & alteri dare.

Nullius enim esse creditur. Ex quo sequit ergo occupatis fit naturali ratione: vt ff. de acq. rer. do. l. iam princ. Licet autem nullius sit iure dominij, tamen quo ad iurisdictionem alicuius sit vt maleficia que ibi committuntur, possit punire, & gentes que ad illum locum inhabitandum accederent, possit ius dicere, dubitari potest. Id quod videndum est an qui habet iurisdictionem in territorio cohærenti mari habeat in ipso mari & quod vsque ad q spatium. Et videtur quod non, quia mare est commune omnibus. In contrarium est veritas, imo sicut preses prouincie debet purgare prouinciam malis hominibus per terram: vt ff. de offic. præsi. l. congruit. ita etiam per aquam: vt ff. de class. l. ypic. libr. xj. Et hoc apparet quod etiam a in mari ✠ habet iurisdictionem, & in insulis que sunt in dicto mari multo magis. Insule enim ille, que a prouincia modico spatio distant: illius prouincie esse dicimus: vt sunt insule Italie & ff. de verbor. signifi. l. notionem. §. i. Modico autem spatio distare puto, quando distant per centum miliaria, vicinus enim locus dicitur. ff. de dom. infect. l. quarta. §. si tam vicinum, cui congruit extra de rescrip. c. nonnulli, vbi dicitur quod intra duas dietas non dicitur locus remotus. Constat autem quod centum miliaria per mare b minus est duabus dietis. Cum igitur sit alterius quo ad iurisdictionem, non potest esse occupantis. Sed ✠ si insula esset in mari alto, vt a qualibet regione distans, tunc videndum esset an posset dici propinqua alteri insule vt dicantur nobis vicine vel propinque: vt ff. de acquir. rer. do. l. pe. §. ✠ anulus respon. & eo. tit. l. insula, & notan. fi. per Alzo. in summa Institut. de rer. diui. Et ideo insula Sardinie, Italie dicitur, licet ab Italia magno spatio distet. sed est propinqua insule Corsice, que ab Italia modicum distat. Secundū alios autem ✠ si nec alicui rei c Quia nec insule alterius vicina est, tunc non possumus dicere quod aliquis in ea habeat iurisdictionem nisi superator, qui omnium dominus est. l. de precatio. ad l. Rhod. de iact. Dico igitur quod talis insula occupanti conceditur quo ad dominium. Sed si quo ad iurisdictionem ibi duo magistratus, vel rectore se geret alio principis iussu inciderent in legem Iulia maiestatis: ut ff. ad legem Iul. maie. l. iij. in fin. & hoc secundum iura ciuilia, secundū vero iura gentiū gens que dictā insulā occupauerit faceret sibi Regem: vt ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. & ille eos in ea regia regeret: vt ff. de origi. iur. l. ✠. circa prin. hoc obseruandum esset inter eas gentes d que nec iure Romano nec aliquo iure ciuili vtuntur. ¶ Sed quero ✠ quid de insulis, & locis aliis que ab aliquibus gentibus habentur, & detinentur, tamen concedantur occupanti vt contingit aliquando: vt C. de hered. in authen. si vero dominus temporalis, & de sta. contra liber. ec. ✠. si vero dominus temporalis. Contingit etiam quandoq; ex speciali concessione ✠ Pape, vel ✠ Principis, vel alterius iurisdictionem habentis. ✠ Respond. circa hoc multa videnda sunt. ✠ Primo scindum est. q. si vna terra a pluribus occupatur, non pōt dici quod quilibet per se occupauerit partem, sed omnes totam. si nullet ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. in fin. & de sui. l. vulgaris. ✠ Secundo, oportet quod omnes in vnum occurrant, vt vnus Rex, vel haro, vel vnus populus, vel plures simul ad vnum finē conueniant. Quid ergo si plures in vnū conueniunt, & quilibet vult occupare per se, quis dicatur occupare? ✠ Respon. quandoq; tractat de occupatione iuris que fit ratione iuris primarij, & ad primariam vtilitatem, & istā materiam posui in l. si pluribus. de lega. primo. Quandoque tractatur de iure occupandi ad primariam vtilitatem ratione publici iuris, hoc est quod omnibus competit, vt in occupatione eorum que in nullius bonis sunt, de quo dixi in l. quo minus. ff. de fun. Sed quando tract. tur de iure occupandi ad vindictam publicam, & sic principaliter permittitur propter publicam vtilitatem, licet cedit ad primariam vtilitatem occupantis, & iste est materia, in qua leges dicunt quod ante lit. nō cōtesta. si plures venūt cōdemnandi, iudicis est electio, vt preferat idoneiorem. ff. de accu. l. si pl. res. de popu. act. l. j. que leges propte facint. Nam popularis actio fit ad publicam vtilitatē principaliter, sed illud quod exigitur, fit actoris, l. si cui ex empto. ff. de verborum significatio. sicut dicitur illud quod occupatur, est occupantis ante lit. contest. post lit. vero contestationem admittunt, d. l. si cui. nunc in proposito. sicut in bello ciuili quod fit in iudicio illud quod fit ante li. conte. dicitur preparatorium, per lit. contest. incipiunt tractari merita cause: vt C. de lit. conte. l. vnica. de procur. l. nullum. in bello nauali omnia preparatoria sunt ante bellum inchoatum. ✠ Postquam vero quis cum exercitu iuerit per illum cuius terram, quis vult occupare, dicitur res inchoata. Si ergo plures domini vel populi prepararent se ad idem potest superior eligere vnum quem putauerit idoneiorem. Iste enim preparatorij non faciunt desinere rem esse integrā: vt l. si pe. uni. in prin. ff. de condictio. ob cau. licet sit argumen. contra ff. de pollicitat. sub. l. primo. §. cepisse. vbi dicitur, quod propter preparatoria desinit res esse integra, sed alius est casus ibi. Sed postquam vnus cum exercitu suo iuerit ad occupandum, alius de iure non potest ire, ius enim acquirendi illā terram tam est acquisitum illi eunti, vt l. littus. de verborum significatio. Sed ✠ quid si non iuerit aliquis dominus cum exercitu, sed aliquam caualcatam, seu currentiam fecit fieri super illam terram, an ex hoc videatur ius preoccupatum? Respon. non: sicut enim terram per dationem libelli, vel per responsionem ad vnam positionem, vbi de negotio tractatur aliquid principiari dicitur neque res dicitur cepta vt extra de lit. cōtest. c. i. ita per vnam caualcatam vel currentiam nō dicitur res cepta, & preoccupata facta, sed cum iuerit cū exercitu quo poterat terram acquirere, secundum rei exigentiam, quod optime probatur ff. de verbo. obligatio. l. continuus. §. autem insulam. potest ergo superior re integra concedere vni illud ius occupandi & hoc pluries factum est a ✠ Papa. ✠ Sed quid si ille, cui cōceditur, negligit occupare, an ab illo iure cadat? Respon. sic, si sine iusta causa differat idem si iuit in exercitu & eum potest facere, si sine iusta causa recessit illud amittit, vt ff. de domo infecto. l. si finita. §. illud queritur. & §. si quis metu. Et predicta vera, quando concedit ius occupandi. ✠ Sed quid si superior concedit specialiter ipsum territorium? Respondeo. si quidem loquatur de concessione facta ab eo qui legibus non est subiunctus, tunc si voluit, potuit, & de eius potestate disputandum non est. Quid autem voluerit, ex modo cōcedendi apparet. Si vero concedens erat subiunctus legibus, & tunc si quidem concedentis fuerint, possunt concedi, sicut multa, & infinita regna fuerunt concessa que iuerunt populi ✠ Romani & multe terre que fuerunt a Christianis regibus detente, & postea occupate tunc ille possunt concedi. Nā adhuc concedens habet ius primi legij, vt l. id quod. & l. ab omnibus. §. primo. de leg. primo. Si vero nunquam fuerunt cōcedentis, sed semper fuerūt hostium, non possunt concedi vt ff. de verborum obligationibus. l. liber homo. & vide quod ibi dixi. Sed ✠ an illud territorium in quo cum exercitu stat, videatur occupasse vt statim suum fiat? Respon. aut cepit aliqua loca que possunt retineri, etiam si totum territorium non capiatur forte, vel aliqua castra, vel fortilicia, vel aliquam regionem intra montes vel intra flumina & tunc illud suum efficitur. si vero non possit illud retinere, nisi locum principalem capiat tunc ille locus, in quo est cum exercitu, non efficitur suus: quia ille sustinendo, vel preliando adhuc liberari potest, vnde non dicitur ille locus occupatus, argumen. ff. de acquiren. rerum dominio. l. in laqueum

10 Sed quero. ✠ an ille gentes e que sunt in illis locis, que occupantur, quibus legibus regentur, an legibus nouis illius Regis vel populi qui occupauerūt eos an vero legibus eorum antiquis? Guliel. Cug. hoc tangit ff. de pign. actione l. si communerit. §. primo. & arguit, quod debent regi secundum leges q̄ sunt in regno occupantis, quia videtur auctum regnum, sicut dicimus in eo quod accrescit per alluuionem, quod efficitur eiusdem iuris, cuius erat predium, cui adjicitur vt dictum est supra in princip. lib. super verbo nostro. Nam hoc ff. de admin. tuto. l. quoties. §. fin. In contrarium videtur, quod non debeant conseruari statuta regni, nisi appareat expresse quod Rex accepit

e Gentes que sunt in illis locis, que occupantur, quibus legibus regentur.

eo animo,vt sibi vniret,& vnum regnum esset:quia talis acquisitio debet intelligi sine preiudicio iuris aliorum:vt ff. ne quid in loco publico.l.ū.§.merito.& §.si quis a principe.& pro hoc C.de officio preto.Vltri.in l.in nomine domini.§.fin.argum.C.de coll. fun.pa.l.penult.lib.xi,& sic concluditur quod regentur suo iure, non iure regni.argu.ff.de lega.iij l.predijs.§.Titio.& de fun.instru.l. Bene.§. Tyranne. Illud enim territorium intelligitur venire cum suis iuribus.de pignor.actio.l.aliena res.de serui. rust. predio.l.via cōstituī.§.si fundus. Ista sunt verba eius. Mihi videtur dicendum, si quidem non constat de mente occupantis, standum est iuribus antiquis illius loci,quatenus honesta sunt, per ea que dicta sunt per Buliel. Si vero ille, qui occupauerit. expresse vult illa iura,vel consuetudinem mutare,an possit? Dico,aut ille locus fuit submissus occupationi propter delictū domini, qui tunc illum locum tenebat, & tunc occupans acquirit oīa ius illius domini,& sicut ille dominus primus poterat mutare leges,ita & occupans.Aut propter delictum subditorū,& non domini,& tunc occupans poterit acquirere ius subditorū,& sicut subditi poterant mutare, ita ipse occupans poterit. Aut propter delictum commune,& succedit occupans in ius vtriusque.Alteri autem qui in hoc non deliquit, nullum preiudicium facit: vt expresse predicta probantur in dicta authentica Friderich.si vero dominus temporalis.C.de beret.Ex predictis autem † apparet quod talis occupans bona eorum qui ibi habitant,possit auferre,& alteri dare,quod verum est,quia poterit,si ex eorum delicto talis occupatio facta fuit, alias secus. Et predicta in occupatoribus,q sunt inferiores a principe. Princeps enim solutus est legibus,& omnia potest.

ADITIONES.

a Tho.D.C Quod etiam in mari.Vide Barto.in l.Cesar.ff. de publican.& ibi Alexan.de Imo.in additio.& vide Feli.in c.Rodulphus.de rescrip.

b C Per mare.Not.qō dicit Bart.hic.quod quinquaginta miliaria per mare sunt minus quam vna dieta ad ea,que ponunt docto.in c.nonnulli.de rescrip.& in l.j.ff.si quis cautio.& adde, q̄ istud dictum Bar.hic,alleg.Feli.in c.olim.de excep.

c C Possumus dicere.Vide Feli.in c.Rodulphus de rescrip.& vide omnino Pau.de Cast.in l.insule Italie.ff.de iudic.

d C Inter eas gentes.Vide de ista materia per Bald.in rub.ff. de rer.diui.& Bar.Vero.in suo tractatu de seruitute rusticorum predioum,in rub.de mari.

e C Ille gentes.Vide Alex.plene in l.j.in princ. ff.de leg.j.& ibi videre poteris plures concord.& plene per Feli.in cap.translato.de constitu.& Ludouic.Roma.in consi.ccxvij,incip. presens casus duplicem habet dubitationem.

In flumine nata Hec est secūda pars.Not. quod trib⁹ modis insulam fieri contingit:vt ff.de acquiren.rer.domi.l.ergo.§. trib⁹ modis. Primo,cū circūdatur ager qui non erat alicuius,de quo loquitur vltima pars presentis relate legis. Secūdo, cū alueū dereliqt siccū & incipit fluere. Tertio cū paulatim coalluendo locū eminētem fecit supra alueū.Et aduertendū est,quod dicit,nata,non dicit nascitura. Non igitur tempus cū incipit apparere, inspicimus,, sed tūc cū opinione circūcolentiū insula incipit reputari. arg.ff.de flu.l.Paul⁹.§.j.quod dicit lex esse natā,sine dubio vera est,si prioze estate sic steterit,ante enim posset dubitari,an sit insula,an vero loc⁹ in medio qui propter siccitatem vacu⁹ remanet. Si vero estate prioze sic steterit,sicut dicit,verū dicit:arg.ff. ne qd in flu.pub.l.ū.§.is aūt.Ad quod facit d.l. ergo. §.tribus. versic.duob⁹ posteriorib⁹, ibi dū dicit,cū primū extiterit, quod perfectū significat,cū sit futurū subiunctiū:vt l.j.§.hec aūt verba. ff. quod quisq; iur.de verborū obligationib⁹.l. si qs stipulat⁹ sit Stichū.ab eo vero tempore.si quid annuatim dicta insula reciperet,iudicaretur secundum l. insula. ff. de acquirendo rerū dominio. Item dicit nata,scilicet casu vel diuina potestate,non diuis facta manu hominis,si tamen ab homine facta esset,idem iuris esset: vt ff.de acquirendo rerum dominio.l.penult. §.fina. Et hoc facit ad questionem,cuius sit Clusa facta in flumine de quo dicti in l. quo minus.ff.de flu. Item dicit,nata,intellige quod solo cohereat.si enim supra aquam staret, vt quandoque accidit, publica esset:vt ff.de acquiren.rer.dom.l.penult.§.j.

1 C Frequenter accidere quid sit.
2 Medium est quod consistit inter duo extrema.
Extremitas principium & finis.
3 Caput seu principium alicuius rei vbi sit, & quantum spatium occupet.nu.9.
Caput hominis habet tres proprietates,scilicet initium neruorum pars honorabilior.& versus celum erigitur.
Pes hominis tres proprietates habet.
4 Caput,seu principium,vel initium fluminis est.vnde flumen originem capit.& finis,vbi flumen terminatur.
5 Caput anni,tempus a quo incipit dicitur, finis a tempore quo finitur.
6 Caput ecclesie vbi altare honorabilius.
Caput aule,vbi magis homines sedere solent.
Caput schole,vbi cathedra posita est:& ibi,de fine.
Ciuitas honorabilior caput prouincie.
7 Caput montis dicitur pars superior eleuata, depressa appellatur pes.
8 Caput rei, dicitur locus per quem ingrediatur si per oēs partes est ingressus,dicitur quod est versus meridiem,pes versus septentrionem.nu.9.

1 **Quod frequenter accidit.** † Quod frequenter accidere,dixi.3.in verbo raro, si quidem mediam partē fluminis teneat, quod glos. exponit, id est, in medio fluminis est. Quid autem sit in medio esse, vel que sit media pars alicuius rei videamus. Interdum enim accipitur media pars,id est dimidia rei facta diuisione vnius rei in duas partes quelibet citur,dimidia:vt ff.de verbo.signifi.l.nomen filiarū.§.portiones. Ne ergo sic itelligatur,exponit gl.id est,in medio fluminis est. Vt autem cesset dubitatio,melius possumus exponere.f. videatur tota latitudo fluminis in tres partes equales. Si ergo insula tenet illam partem fluminis que est in medio facta diuisione in tres partes equales.tūc erit communis,vt littera dicit. Videamus ergo qd est esse in medio,& que est media pars.

2 † ergo est medium? Respon.quod consistit inter duo extrema vt C.de iudi.au. ad hec.ff.de ferijs.l.more Romano.si quis in dic.non obtē.l.vnica.§.j.facit in authent. in medio litis non trahi sacras iuſ.per totum; vt hic apparet, non ergo potest cognosci medium, nisi extremitates cognoscamus. Extremitates vero sunt caput,seu principium,& finis. Alie autem extremitates vocuntur latera. De latere dicemus.j.de capite autem fine et medio,hic dicamus,videlicet vbi dicatur esse,& quantum spatium

3 occupet.hoc aūt necessarium est. Sepe enim in statutis fit mentio de capite alicuius rei videlicet si quid factum fuerit in capite platee,vel fori.vel in pede,vel in medio,soluantur dece. Item in contractibus sepe vidi vendi tot stadia terre incipiendo vel in fine fundi. Docet ergo Jurisconsultus scire quid sit,& quantum duret alicuius rei caput,seu pes,& similia. Alie vero extremitates dicunt latera. De lateribus dicemus.j.de capite dicemus,hic dicamus, videlicet vbi dicitur esse, & quantum spatium occupet. Caput aūt in homine habet duas aut tres proprietates. Primo,qz inde omnes nerui initium capiunt, & ex hoc inuenit alia proprietas quia est honorabilior pars corporis:vt.l.in diuersis.ff.de relig. Tertia proprietas est quod versus celum erigitur, & istud idem quandoque dicimus principium. Eodem modo pes seu finis habet tres proprietates. Primo quia ibi la parte finitur, & terminat corpus. Secundo,qz est pars ignobilior. Tertio,quia versus terram iungitur,& totum corpus sustinet. Ab istis proprietatibus diuersimode caput & pedem

4 nem alicuius rei dicimus.primo † in flumine dicimus caput fluminis, vnde flumen originē capit, vt si ex fonte, ipsius emissa;vt ff.de aqua,quoti.& esti.l.j.§.caput aque illic dicitur. Secundo etiam dicitur principium,seu initiū:vt ibi dicitur, et eodem modo pes seu finis fluminis dicitur locus vbi flumen terminatur, & finitur,quod est mare,in quod intrat. vel aliud flumen,& in

5 locis,& itin.pu.l.fin.de seruit.rustico& predio.l.fi. Eodem modo dicimus in tempore,dicimus enim caput anni,tempus quo annus incip.finis.tempus.quo terminat.vt in illo versu. Finis origo debes.tunc inspicies caput anni,&c.vt not.ff.de admen.legat.

6 j.& hec de prima proprietate. Secūdo contingit † q̄dq; aliqua esse, in quibus locus a quo originem sumunt.non potest apparere,vt in superficie vnius domus aule,ecclesie,& similium.tunc caput ecclesie est vbi est altare honorabile,& caput aule est locus,vbi magis homines consueuerūt sedere.& caput schole dicit vbi cathedra posita est.pars vero illi opposita dicitur pes seu finis:arg.ff.de offic.proconsu.l.fi in aliquam.ibi,prouincie caput,&c. Ciuitas enim honorabilior dicitur caput prouincie. Et idem C.de summa trinitate & fid.catholi.epistola,inter claras in princip. ibi, caput est omnium ecclesiarum. Tertio contingit

7 † a tertia proprietate caput dici vt ecce locus quidam eminens est,seu montosus. Partem enim superiorem eleuatam appellamus caput, partem autem inferiorem depressam appellamus pedem,& sic capite,& pede,& in principio,& in fine dicim⁹ arg.de aqua,& lun arcend.l.i. §. fin.l. Pe esset enim esse aliquares in qua

8 † neutrū istorū concurret & tūc puto quod illi⁹ rei caput dicetur

tur locus per quem in illam rē ingredimur, iuxta illud, In capite libri scriptum est de te, appellat enim caput libri illam partem per quam ad ipsum librum legēdum ingredimur. Ad idem qō no. ff. fol. ma. super rub. ibi no. quod hic non est caput libri, ꝛc. ff. ad leg. Falc. l. querebatur. super verb. tres partes, ꝛc. Sed posset contingere quod per omnes ipsius loci partes est ingressus, ꝛ tūc putarem caput illud dici ꝙ est versus meridiem, ꝛ pedem quod est versus septentrionem: vt infra ostendam. Videamus † ergo ꝙtum spatiū occupat caput, quantū pes, seu finis, ꝛ ꝙtum medium. Ad quod dico quod punctus seu linea indiuisibilis que est in capite, potest dici caput, d. l. j. §. caput. de aqua quotid. ꝛ estī. ꝛ eodem modo pes medium dicetur. Ille punctus, vel linea indiuisibilis, que est in medio distans tantum ab vna extremitate, quantum ab alia, ꝛ ita intelligit hic gl. in verb. primo sit. ꝛ instit. de rer. diui. §. insula. in glo. in verb. mediam partem, dum dicit, ꝙ hoc scilicet potest sciri ꝛ apparere accepta chorodula, ꝛ facto puncto in medio, ꝛc. quod satis placeret si materia de qua tractatur hanc interpretationem pateretur: vt si diceretur, a capite vsq; ad medium agri liceat Titio ire. Intelligo a linea indiuisibili que est in capite, vsq; ad lineam indiuisibilē que est in medio, sed in predicta iura, sed sepe sermo hāc interpretationem non patitur. Quid enim si dicatur si quis inungatur per caput platee cum curru puniatur, vel vendo tibi decem stadia terre in capite fundi? procul dubio de puncto, vel linea indiuisibili intelligi non potest, per illam enim non potest iri, nec in ea possunt decem stadia terre esse, aliter ergo intelligēdum est de quo retigi. ff. de fur. l. tertia. p̄ont vero dico quādoque extremitates sunt distincte, ꝛ limitate, tunc vna dicitur caput, seu principium, alia dicitur pes, seu finis, ꝛ quicquid est in tra illas duas extremitates dicitur medium, vt ff. de ser. vrb. prae. di. si edes mee ibi, aut medius mons. ꝛ de serui. rustic. predio. l. tria predia. ibi, per medium fundum, ꝛc. ꝛ de ferūs. l. more. ibi C. de iud. aut. ad hēc, cum multis similī. Quandoque extremitates non sunt distincte, ꝛ puto quod totus ille locus diuidi debeat in tres partes equales, vnde illa que erit secunda, dicetur medium, vt hic secundum lect. quam tenui cui applaudet communis vsus loquendi, ꝛ intelligendi. Tertia dicitur finis. Quandoque contingit quod locus, de quo agitur, habet multas distinctas partes, tamen in dispositione accipitur, vt totum, vt eccē planus Tyberis est distinctus per media multorum, sed in statutis dicitur quod si aliquid fuit factum in capite plani Tyberis, vel medio, vel fine, tunc enim consideratur per statutū illud vt vnum totum integrum, ideo esset facienda diuisio in tres partes, vt dixi. Sed quero quando vendo decem stadia terre a capite, vel a pede, vel in medio, qualiter fiet diuisio, ꝛ vtruꝫ certus locus videatur venditus, vel iunctus, dicam in sequen. lib. in figura.

1 ☞ Insula in flumine communi nata communiter acquiritur iure dominij non possessionis, nisi apprehendatur.

2 Insula qualiter communiter diuidatur.

3 Insula parua, vsus eius publicus est: si magna, ripe tantū sunt in vsu publico.

Communis fiat eorum. Intelligo † cōem iure dominij. Non enim iure possessionis. Cum enim separata sit insula a primo fundo per possessionem primi fundi illa nō videtur possideri, nisi apprehendatur, vt infra sequitur ibi, qō si alteri parti proximior, ꝛc. ꝛ ff. de acquirend. possessio. l. tertia. in princip. in glo. super verbo, quamlibet. debet ergo post apprehendi, arguendo ff. de acquirend. possess. l. cum heres. Item quod dicit, communis † fiat, intellige ꝙ equali parte, scilicet si mediam partem fluminis tenet, ꝛ ripe que essent ab vtraq; parte recte. Item ratione propinquitatis media cedit vni, ꝛ medietas alteri, sed si insula esset plus versus vnam partem, quam versus aliam, illa tāta pars insule que vni parti propinqua est, illius fundi est, ꝛ illa que magis propinqua est alteri, cedit alteri, quatenus ergo cuique propinquior illi cedit. ff. de acqui. rer. do. l. ergo. §. tribus ibi. cuius ager propior fuerat, qō ergo dicit ei agro cedit qui propinquior est, intelligē, id est, quatenus propinquior est, vt ff. de lega. 3. l. Stichum qui meus erit. cui congruit qō in seq. cap. de aluco dicitur, quod iure propinquitatis cedit eis, qui ab vtraque parte possident, ꝛ sic apparet qō diuisio communis est. Hoc etiam declarat gl. hic in verb. proximior. ꝛ instit. de rer. di. §. insula. in glo. in verb. mediam partem. prout dicit de puncto in medio chorde posito. Ex quo apparet qō quantum propinquior est eatenus cedit. Linea aūt diuidentem per medium ita qō quicquid excedit circa lineā sit propinquius illi qui hꝫ prae eius citra flumē, ꝛ quicquid est vltra lineā est propinquius ei q habet vltra flumē, ꝛ hoc est difficile, vtile, ꝛ necessarium, iō hoc demonstrabo per casus, ꝛ figuras quas j. subdam. † Ité hoc qō dicit qō est vsus communis, intellige iure dominij, vsus aūt insule est publicus sicut riparum, vt ff. de acqui. rer. do. l. pen. §. j. hoc intelligo si insula est parua, ita qō tota possit dici ripa, vel ripe cedere propter arctationem aque, vt ff. de flu. l. pen. Sed si insula esset magna, ita quod in ea essent predia culta, puto solum ripas esse in vsu publico, non predia eadem ratione qua cetera predia. Item predicta vera, nisi essent agri limitati, vt ff. de flu. l. j. §. insula.

1 ☞ Dictio vterque, distributiua duorum tantum, ꝛ quandoq; inter plura ponitur.

2 Insula que est in medio, ꝛ ab vno latere sit ager limitatus, vel ceterium, an alteri tota acquiratur.

Quiab vtraq; parte fluminis

De duabus loquitur, que sunt fluminis latera. hec enim dictio vterq;, † distributiua est duorum tantum, licet quandoq; inter plura ponatur, vt C. de fur. l. ancille. de verb. oblig. l. continuus. §. item qui insulam. ꝛ ideo si contingeret flumen ita currere qō tria latera prediorum respiceret, insula deberet inter eos diuidi iure vicinitatis tangentis, vt j. in figuris declarabitur. Sed qd si ab † vna parte essent predia limitata, quibus nō possumus vti quasi insula, vt ff. de acqui. rer. do. l. in agris. ꝛ de flumi. l. j. §. si insula. vel forte cemeterium alicuius ecclesie, cui non pōt queri, vt dictum est supra in precedē. lib. an tota insula erit ei qui predia habet ab vna parte. Videtur qō non, q insula defertur vtri que pro diuiso, ergo nō est locus iuri accrescēdi, vt vnus capiat quod alteri non acquiritur, vt ff. de vsufr. accrescen. l. j. in princ. Preterea si esset verū, quod vno reiecto alijs acquiritur, male diceret tex. in d. l. j. §. insula. vbi dicitur, quod in nullius bonis est insula, qñ predia ab vtraque parte sunt limitata, quare insula erit aliorum prediorum que magis prope ripam essent. Contrarium puto. Pro cuius euidentia sciendum est, quod ius acquisitionis per alluuionem, de qua dictum est in precedē. lib. fit ratione contiguitatis, ꝛ adherētie: ꝛ ideo potentius est ius acquirendi ratione vicinitatis de quo hic dicitur, vt patet. ff. de acq rendo rerum dominio. l. insula. vbi illa que alluuio addiderit insule querentur ipsi insule, non autem ei qui ab vtraq; parte predia possidet: qz predia limitata aljs prohibentur queri. d. §. insul. sed si cui alteri ratione vicinitatis vna particula insule quasi deberet totum additum quod prohibetur aljs quasi sibi acqreretur iure cuiusdam alluuionis, ꝛ adherētie, qō probatur: qz incrementum postea obueniens sibi quereretur, d. l. insula. ergo multo magis illud incrementum quod sua particula simul que portio vacans tēpore quo portio nostra mihi quereret, forciori iuri accrescit quam illa que ex post facto incipit vacare, vt ff. de acquir. hereditā. l. si duo. coniuncta. l. si minor. ꝛ l. cum hereditate. eodem titulo. Hec obstat ff. de vsufr. accresc. l. prima. in principio: quia separatum est illud ius accrescendi ab isto. hic enim semper fit acquisitio certe parti diuise, ꝛ de cetera parte accrescente.

Prope ripam predia possidēt.

Prope ripā possidere intelligo. quod predia sunt ipsi ripe coniuncta, vel forte si distant mediante via, vt l. Martius. de acqui. rer. dom. ꝛ dixi ī. in preceden. lib. ꝛ quod dicit possident intelligo quo precedenti, ꝛ eodem iure acquiratur insula, vt in precedenti libro dictum est.

Pro modo latitudinis cuiusque predij.

Hoc declaratur per Iurisconsultum. ff. de acqui. rer. do. l. inter eos. vcꝫ, vt ꝗta est latitudo predij iuxta ripam eatenus linea per directum protendatur. Circa que multa dubia occurrunt que determinata sunt in figuris preceden. lib. sicut cuꝫ diuiditur alluuio inter eos, qui ab vtraq; parte predia possident. Ita illa pars insule, que cedit predijs que sunt ab vna parte debet diuidi.

Que latitudo ppe ripaz sit.

Si ergo finis agri iuxta ripā est largus, ꝛ predium ꝓ ostea in se arcetur, vel econtra scilicet latitudo que est iuxta ripam. attendē, ꝛ sm illam debet duci linea recta vt in precedenti lib. dictum est, ꝛc.

Quod si alteri parti primior.

Quod qualiter appareat. h. t. gl. accepta chorodula, ꝛ puncto posito in medio, vt hic dicit gl. in verb. proximior sit. ꝛ infra. de rer. diui. §. insula. in verb. mediam partem. ꝛ quod dicit proximior, intelligo, quatenus proximior est illa pars, que vni parti fluminis proximior est eorum tantum est, qui ab vna parte possident predia, ꝛ eorum est eo iure quo predia sunt eorum, vt dictuꝫ est.

1 ✠ Latera sunt sex.
2 Sursum dicitur totus motus a parte inferiori versus superiorem.
Deorsum, a parte superiori, versus inferiorem.
3 Pars superior, & inferior denominantur per caput, & pedes, per aduerbia localia sursum, & deorsuz, per prepositiones supra & infra, vel super, vel subtus.
4 Ante & retro proprie cadit in animalibus.
5 Ante, & retro, apposita ad denotandum tempus qualiter intelligantur.
Tempus est quedam fluxibilitas, & cursus.
Ante, & post, posita cum casu sunt prepositiones, sine casu, aduerbia.
6 Ante, & post, posita circa locum quomodo intelligantur.
7 Facies domus dicitur pars illa, per quam quis ingreditur, vel sit in via magis honorabili.
8 Dextra proprie cadit in animalibus se mouentibus, improprie in aliis rebus.
Dextra, vel sinistra domus, vel agri, quomodo capiatur.
9 Dextra, vel sinistra fluminis, qualiter cognoscatur.
10 Superficies terre, dicitur facies terre, que erga celum respicit.
11 Celum habet dexteram, que est Oriens, & sinistram Occidens.
Orbis caput est in meridie, pes in septentrione.

Quod si vno latere

1 Latera † ante sex reperiuntur. scilicet sursum, deorsum, ante, & retro, dextrũ, & sinistrum, de quibus in cõtractibus, & aliis dispositionibus sepe fit mentio. vt vendo, vel lego decem stadia terre ex parte superiori, vel inferiori, ex parte anteriori, vel posteriori, ex parte dextra, vel sinistra. Ideo quid predicta vocabula importent discutiamus. Sursum quidã appellant illam partẽ que est supra respiciẽs celum, deorsum illam partem, que est infra respiciens terram. licet hoc modo loquendi non vtamur, sed sursum † appellamus totum ipsum motum
2 a parte inferiori, versus superiorem, & deorsum totum a parte superiori versus inferiorem, & hoc siue fit motus localis, siue intellectualis de gradu in gradum ascendendo. vel descendendo. ff. de gra. l. Jurisconsultus. §. at quoties, & §. transgrediamur.
3 Dico ergo † quod pars superior, & inferior denominatur primo per noia. vt caput & pes principium, & finis: vt supra dictuz est, super versicul. si quod partem. Secundo denominatur per aduerbia localia sursum, & deorsum. sed illud improprie, vt dixi. Tertio denominatur per prepositiones: vt supra & infra, vt ff. vti possi. l. si duo. §. Labeo. & de aqua pluuia. arcen. l. super iter. de arb. ced. l. i. §. j. Quarto per noia adiectiua deriuata ab istis prepositionibus, vt pars superior & inferior. l. j. §. final. de aqua pluuia. arcenda. Quinto, per alias prepositiones, scilicet super & subter, vt ibi, super cathedrã Moysi sederũt Scribe & Pharisei. vt extra de sepul. capitul. dudum a Bonifacio. in Clemen. vel verius dicendum est quod nunquam dicte partes denotantur, nisi per nomina supra dicta, & etiam per aduerbia. Nam su
4 pra & infra, a super & subtus, si adiciatur casuali, tunc est ꝓpositio, nec importat illam partem rei, de qua querimus, scilicet alĩ quam aliam rem esse. ũ. & j. illam, vt ũ. domum tuam vel fundum tuum pendet arbor, &c. non significatur superior vel inferior pars rei, scilicet arboreꝫ supra rem existere: sed solum denotatur existentia ipsius arboris, & idem in omnibus legibus supra ad hoc allegatis. Sed si dicte dictiones ponerentur sine casu, vt vẽdo tibi decez stadia terre ab ea parte que est supra vel infra, tũc non sunt prepositiones, sed aduerbia loci secundũ Priscianum in maiori tractatu de prepositionibus. tunc ergo idem est dicere, quod a parte inferiori, vel superiori que pars que sit, & quantum duret, dixi supra dum dixi de capite & pede. Videndum est
4 de ante, & retro. † Circa quod sciendum est qđ Aristo. in secundo de celo & mũdo, dicit quod ante & retro proprie est in animalibus. Appellamus enim illam partem ante, in qua principaliter sunt sensus. & sic ex facie hoc iudicatur. In alijs vero que carent sensibus, dicta vocabula non cadunt proprie, sed per simi
5 litudinem quandam. Ad quod aduertendum ꝙ † ante & retro quandoqz apponitur ad denotandum tempus, quandoqz apponitur ad denotandũ locum. Circa tempus est sciendũ ꝙ tempus est quedam fluxibilitas. de tempore enim nõ habemus nisi instans, quod enim preterit. esse desijt, ꝙ vero futurum est, nondum fuit. Dico ergo in instanti, in quo sumus recte loquendo tempus qđ preterit appellamus retro. & per consequens ꝙ futurum est. dicitur ante, vt in prima constitutione Cod. in princ. ibi, retro principibus. ff. de cap. & postli. reuer. l. retro. ad legem aquil. l. ait lex. ibi, retrorsum. de regu. iur. c. ratihabitionẽ retro trahi, &c. cum sim. lib. vj. Huius ratio est: quia (vt dixi) tempus est quedam fluxibilitas, & quidaz cursus. & homines cetera animalia carentia ratione, quod in cursu preteritum est, haben
retro, ꝙ vero futurum est habent ante. Ad istam similitudinez dicimus ista. scilicet ꝙ de tempore habemus instãs, illud quod preterit habemus retro, qđ futurum habere dicimus. illud quod preterit esse ante; quod futurum est esse postea, vt C. de arb. & ante. de bo. dam. l. si quis post hac. ff. de acquiren. posse. l. si quis ante. tunc eiñ similitudo sic procedit, quasi cursor in certa parte itineris se reuoluat & remoueat: tũc eiñ illa pars que incedendo erit retro, incipit esse ante e conuerso. proprie igitur locutus est precedens. & qz ibi illa reuolutione non egemus. Per hanc igitur dictionem ante, potest significari tempus preteritũ & futurum, quod ex verbo apparet, cui adijcitur. quod si est preteritum significat futurum. Sz hic potest occurrere dubitatio, ne sic, Reperi scriptum in aliqua dispositione, Si quis ante aliquem dixerit aliquid vel fecerit, &c. qño intelligitur hoc verbum ante: hoc enim verbum fecerit, reperitur in futuro subiunctiuo & in preterito. Sed qualiter debemus assumere, dixi in repetit. omnes populi. ff. de iust. & iur. dum tractaui de interpretatione statutorũ, dixi etiam de condi. & demon. l. solemus. & precipue respectu presentis loquimur de tẽpore preterito, & futuro. Sed doqz tamẽ in presenti loquimur de tẽpore presenti, & post respectu alicuius temporis futuri vel preteriti. Respectu futuri, vt ecce, ꝓmittis facere vel dare ante pascha. vel post paschã. & ita locutio recta est, vt ff. de verb. oblig. l. qui ante calendas. & ita qui ita. §. qui ita stipulatur. cũ si. & procedat similitudo. Nec cursorẽ i medio plani videre turrim recte dicit. torum & quia ꝙ est inter se, & turriz esse ante turrim: qz ante oculos eius est. & etiam ante illã partem turris, que primo eius aspectui proponitur, & sicut latus oppositum illi turri quo ad eũ dicitur retro seu post, vt j. dicetur, ita totum quod, ille latere posteriori respicit dicitur post, & ita ꝓprie dicimꝰ ex consuetudine, reperimus enim paschã futurum in medio, nunc ergo vsqz ad paschã dicitur ante, vltra dicitur post, vt dictis legibus. Sicut etiam diximus respectu preteriti tẽporis, vt ecce ante paschã preteritum factum dicimus ꝙ preterijt, quod secutum est, dicimus factum post paschã, vt l. huiusmodi stipulatio iterposita, & l. si ita quis §. Scia. ff. de verb. obl. cum simili. & tunc pcedit similitudo. sicut in illo paschate, homo stãs retrosse voluisset vt dixi. Proprius ergo diceret a paschate retro, & a paschate ante, venit in prezdenti locutione dicimus ante pascha, id est primo quaz pascha fit, & ita vtimur. ✠ Predicta verba ante, & post, si ponantur circa
5 su, sunt prepositiones. si fine, sunt aduerbia tẽporis vel loci, & ꝙ
6 gnificant tempus vel locũ. Circa vero locum sciendum est, qđ quedã sunt loca eminentia, quedã depressa, & plana. In eminentibus, sicut sunt domus, &c. edificia, mõtes & colles, dicimus ante & post. In domibus aũt dicimus partẽ ante illam ei que est iuxta viam, per quam ingredimur domum, vt ff. de viapubl. l. j. §. fin. ibi, ante ergasteria. & communi diuidũ. l. arbor. §. de vtbulo. vbi gl. exponit, ꝙ vestibulũ est locus ante ostium per quẽ quis habeat aditũ. pars illi opposita dicitur post, vt ff. de seruit. vrban. prędi. l. quidã Iberus, ibi post horrea. & dicitur post illa pars que est opposita illi parti, que est ante plateam, & sic etiam vtimur, & loquimur, & hoc scđm similitudinem precedentem (vt dictũ est) pars anterior in animalibus dicitur illa, in qua
7 est facies. & facies domus dicitur illa, que iuxta viã notorie ditur, vt in locutione vulgari vtimur, & ff. Machab. in cõpe circa fi. dicitur, Omnauerũt faciem tẽpli coronis aureis. enim dicimꝰ facies operis. ff. de no. ope. nun. l. stipulatio & alibi pręstinam faciẽ edibus reddat, vt ff. loca. l. fedes. & inquilinus ostium. Sicut igitur illa pars dicitur faciem tur pars anterior, & pars sibi opposita dicitur posteri domus a pluribus partibus esset circundata vie per illa cellentiam diceremus faciem que magis in honorabili via ꝙ si vtraque esset equaliter honorabilis, illa dicitur facies, per quam ingredimur, vt ff. de leg. iij. l. prędijs. §. baln. & de fec. l. quod cõclaue. ✠ Predicta vera, nisi consuetudo loquendi aliquid opponeret. In locis vero depressis, & planis, in quibus non videmus superficiem superiorem, nõ est dare partem, que dicatur ante & post respectu sui, sed respectu nostri. Existens enim in fundo, recte potest dicere aliquam partẽ esse ante eum, aliquã post eũ, vt de tẽpore dicimus. In montibus etiam appellamus ante illam partẽ, que nos respicit. quasi faciem partẽ illi opposita, appellamus post, & sic illa pars, quẽ quo ad nos scimus strum aspectũ, est ante, secũdum aspectũ aliorum dicitur post. sic cõsiderandus est locus, in quo verba proferũtur, nõ nunqã tamen ex parte montis est aspectus, ita notabilis, vt si respiciat aliquam ciuitatẽ notabilem, ꝙ semper illa pars dicitur ante, reliqua vero post: hec autem secundum consuetudinẽ circumcolen
8 tium intelligẽda sunt. Dextra, & sinistra secũdum † Aristo. in. d. libro de celo, & mũdo, proprie cadit in animalibus. & dextra est principium motus, sinistra est terminus. & ideo cõmuniter con
ting

eniget qs incipiens ambulare incipit cum pede dextro. vel iuci piens aliquid agere incipit cū manu dextra, nisi sit siniſter, vt ff. de edil.edic.l.q; tauū.§.itē sciēdum. In istis ergo rebus, que nō mouentur impropꝛie loquimur. Appellamus enim dextram, z siniſtrā quandoq; respectu nostri. Si enim diceremus vēdo tibi decem stadia terre a parte dextra eundo ab hinc versus Florē tiā, tunc clarus esset sermo. de illa parte intelligendū est que nobis est tibus est a latere nostro dextro. Si vero ad persoūā non habeatur respectus, sed simpliciter dicat a latere dextro, vel siniſtro rei, tunc siquidem illa res est eminens, z eleuata vt domꝰ ita q; eam dicimus habere faciem, aperte inuenit dextera, z siniſtra: inge enim vnum hominem stantē rectum, z voluentē facie suā versus illū locum, quem voluit, domus tūc illa pars, que illi homini sic imaginato opponꝛet, diceretur dextra vel siniſtra, z dicetur illa domus est dextra, vel siniſtra, hoc probat expresse Ezech.xlvj.c.in fi. vbi sic ait, Facies domus respiciebat ad orientem, aque aūt descendebāt in latus tēpli dextrū ad meridiē, ꝛc. vide similitudo hominis est, q; facies hominis respicit oriētē, latus enim dextrū est meridies. Si vero nō ſ esset corpus ita leuatū. tunc siquidē locus ille habet caput, z pedes, scdm qd §. diximus, necessario per eandē similitudinem dabimus ei dextrā, z siniſtrā. Exemplū in flumine. fingamus hoiem iacentē in flumine tenentē caput vbi est caput fluminis. pedes vero vbi est pes, vel finis fluminis, faciē aūt versus celū, tūc statim dextra z siniſtra pars fluminis cognoſcit, z ita loquit text. ff. cōmu. prꝛed. l. rectionis. §. fi. sic etiam in alijs locis, que caput, z pedes habent fingas hoiem sic iacere, pstratū, tūc dextrā, z siniſtrā cognosces: ſ si dicit. cognoſcat cur caput, z pedes in tali parte fingantur. Sz cur facies versus celū reuoluta ponat, vellez docere: si enim faciē versus terrā voluit, dicamus tunc partē ꝙ primo dicebaz dextrā cōtinget esse siniſtrā, bz ecōuerso. Respō. totius terre superficies ē versus celū, z dicit superficies quasi superior facies, vt ff. qd vi aut clā. l. si vitē. §. antepe. vbi in ter. habet duplex literalia enim specie fundi, alia faciē fundi, z ibi dicit gl. in ver. faciem, illa ergo superficies est facies que erga celū respicit, ideo sic dixi. Unde ista loca depicta non habēt faciē respectu nostri sed respectu celi, ideo respectu nostri nō habēt ante, vel post. vt dixi. iō finxi hoiem iacere prostratū. Si vero inueniret aliquis fundus cuius nō possit caput, nec pedes dici fm pꝛeceden. doc. nec ante, vel post, tūc dextra, z siniſtra deberēt aliter ꝓsiderari. Vñ Arist. † in ij. de celo. z mundo. querit an celū habeat dextrā vel siniſtrā, z determinat q; sic. Cū enim dextra sit principiū motus, vt dictum est. apparet q; dextra orbis est orientis, siniſtra vero occidēs, z sic fm hoc de necessitate opz poni q; caput orbis sit in meridie, pedes vero in septētrione, z sic fingēdus ē vn⁹ homo q; faciē figat versus celū, spatulas versus terrā, z sic in dextra eiꝰ erit sol orientis, z in siniſtra sol occidēs, hoc ergo modo qū alij modi inueniēdi dextrā z siniſtrā faciūt, facile erit dextrā, z siniſtram caput z pedes cuiuslibet rei immobilis inuenire: sed si respicit faciē partis orbis: z hec ꝓpꝛior locutio esset z naturaliter loquēdo: quantum ad modos nostros precedentes modos puto probabiliores, z primo in inquirēdo: fz si queratur medium inter ante, z post, inter dextrā, z siniſtrā, dico eodez mō quo dixi, scz, inter caput, z finem. Et predicta circa loca, tempus vero q; nullam latitudinē habet, non habet dextram, siue siniſtram.

ADDITIONES.

a T. D. C Hā. §. z j. Vide que decidit per istā d. Bar. hic. d. bar. Soci. in cōsi. clxxxj. in ij. vol. inc. visis capitulis, in ver. circa tertium. vbi etiam ponit, q; de natura dictionis infra, est vt contineat contingentia externa quibus adiungitur.

b C Cōtingit esse siniſtrā. Vide plene per d. bar. Uer. in suo tra. de Imperatore militū eligendo. in j. priui. dignitatis, vbi infert per istā doctrinā Bar. vbi arguit cōtra dominos Venetos. qui imaginem beati Marci in sigillis, z aureis grossisq; argenteis imprimunt a dextra, ab altera vero parte imaginem ducis, dixi plene in trac. meo de Venete vbis libertate, z eiusdē Imperij dignitate, in priui. xlviij.

9 **Prorupit flumen.** Id est, pars fluminis, dicit glo.

1 ☞ Riuus appellatur pars fluminis, z est iuris publici.

2 Riuus non procedens a flumine, sed a fontibus vel alijs venis quando sit publici, z quando priuati iuris.

3 Fouea per quam aqua ducitur ad molendinum, cuius iuris sit.

4 Flumen, fluuius, z amnis idem sunt.


Et alia parte riuo nouo ꝛc. Scz,

1 pars, dicit gl. hic in ver. ceperit. vides ergo † q; ps fluminis appellāt riuus, z sic nō est dubiū qd in hac significatione riuꝰ, est

2 iuris publici. An aūt † alij riui a flumine non procedētes, fz fontibꝰ, vel venis alijs sint publici, vel priuati, dubitatur. Et vt qd non. ff. de flu. l. j. §. j. z ita tz Rof. super illo ti. pꝛo hoc facit ff. de riuis, per totum. Sedo, qñ riuus est manufactus. per quē aqua ducitur ad vtilitatem priuati, z tunc est priuatus, vt in toto ti. de riuis. Ubiq; riuus est locus. per quez aqua naturaliter fluit z tunc regulariter puto illum locum priuatum esse, vt ff. finium regun. l. sed si riuus. z d. l. j. §. j. de flu. z erit eorum qui ab vtraq; parte predia possident, vt in preced. lib. diximus de fossa. Sed si riuus talis esset in vsu publico, tūc intelligerem illum riuum esse publicum, vt ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc iuter dictum. ibi ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, que publico vsui destinata sunt, vt argu. ff. vt in flu. pu. na. lic. l. j. §. fossa. ibi. possunt

3 autem etiam hec esse publica, z non publica. Quid dicez de foueis, per quas aqua ducitur ad molendinum? Rñ. vt dicitur in


4 l. quominus. ff. de flu. Et not. † qd hoc nomen flumen, fluuius, z amnis, idem significant, alia vero nomina, scilicet, torrens, riuꝰ, fossata, erp'lanata sunt §. pꝛiori. z preced. lib. Cetera verba legis clara sunt, nunc igitur ad ostendendum diuisionez insule, veniamus ad figuras.




In hac figura ripe ab vtraq; parte fluminis sunt recte in se, z etiam vna ripa est recta per cōparationem ad aliā. Et in hac figura sunt due insule. Prima insula tota pertinet ad Lucium, cuius predium est vltra flumen. Rō. qz insula nō tz media pars fluminis. sed illi parti vteriori est proximior. Ad hoc autez sciendū vtrū insula alteri parti sit proximior, dat doctrinā glo. in hoc §. verſ. qs si alteri parti. in verb. proximior sit, ꝛc. q; potest sciri accepta chordula, z pūcto in medio posito inter vtraq; agrū, z tūc si punctus est ab vna parte alijs cedat, alias fm qd punctus extēditur. ita tt d. gl. Sed vt ista doctrina sit vera, nō sufficeret chordula sic ponere in vna parte, sed ponatur in duabus, vna in prin. insule versus caput, alia in fi. tunc ab illis duobus punctis medijs ducatur linea recta, z si quidem tota insula relinquitur ab vna parte illorum est, qui ab vna parte predia possident. Si igitur prima chordula. c. d. in cuius medio sit punctus. a. z qs illa a, sit in medio, pbatur cū eris in medio p mēsuratorē. In hac figura apparet q; a. ē cētrū circuli rubei, qz punctualiter tangit vtraq; partē ripe, deinde sit secta coordula in pede insule, q; sit. e. f. z ponat in medio pūctus. b. z q; ille punct⁹ sit in medio, apparet q; ē cētrū circuli crocei, deide ducat linea, seu chordula. a. b. z qz insula ē tota vltra illā chordulā tota ptinet ad prediū Lucij. qd est vltra flume. Ad pdm vero Laij q; est citra, nil ptinet. In secta vero insula simili mō ponat vna chordula, q; hēat pūctū mediū. a. deinde in fi. insule ponat alia chordula que hēat punctū mediū. b. q; aūt isti puncti sint in medio pbabit ex precedētibus. tūc ducat linea. a. b. z tunc q; illa secat insulā, gc quid est vltra illā. est Titij. que ab alia pte predium possidet, q; vero est citra illā lineā est Seij. vt pz ex hoc §. Et not. q; semper cū linee ripe sint recte omni rectitudine, vt est ista chordula, duc enda, est recta, ita q; faciat angulum rectū ab vtraq; parte, per istum enim modum recte inuenitur medium, vt apparet.



HEc figura differt a preced. qz supra linee ab vtraqz parte sunt recte, secundū se ipsas, z etiā dicuntur recte vna respectu alterius: qz tantum distat vna ab alia in capite, quantum in fi. Sed in hac in capite minus distaret, z semper vniformiter elongatur. Erit igitur fienda diuisio insule hoc modo, qz primo ponatur vna chordula in principio insule ab vna ripa ad aliam, z notetur punctus medius, z sit. a. deinde extendatur alia chordula longior in fine insule, z notetur punctus medius. b. deinde ducatur linea. a. b. z illa linea diuidens inter eos. qui sunt vltra, z eos, qui sunt citra. Sed hic occurrit dubium. qualiter ducatur linea a ripa vlteriori ad citeriorem: nam non potest poni q faciat angulum rectū ab vtraqz parte. Dico igitur considerandum, qs quantum ille due ripe distant in vlteriori parte, tantum distant in ripa citeriori, z tunc potest esse error. quia probato: qz qualis est portio totius ad totum, talis est medietatis ad medietatem per equale spatium. sicut tota latitudo fluminis venit vniformis ampliando respectu distantie que est vtraque ripa inter eos, qui sunt ab vtraqz parte, fiet diuisio, vt dictum est de allunione.




ISta figura facta est ad declarationem l. pen. §. Paulus. ff. de acqui. rer. do. vbi dicit qs insula primo relicta in flumine iure proximitatis. habet ius in aliis insulis postea in flumine natis, siue relictis. In hac igitur figura constat, quod insula in primo relicta tota pertinet ad eos qui possident vltra flumen, scilicet Luctum, z Cirium, quando illa insula est tota vltra medium fluminis vt linee rubee ostendunt. Insula vero relicta pro parte pertinet ad Lucium, qui est vltra, pro parte ad Caium, qui est citra, quoniam mediā partem fluminis tenet, vt linee ducte ostendunt, z probatum est in precedentibus figuris. Sed nunquid insula primo relicta ratione proximitatis debeat aliquid habere in dicta secunda insula videndum est. Ad qs sciendum est: pone a flumine vnum punctum in insula prima qui plus est proximus insule secunde, z sit. a. deinde in ripa Caij assumatur alius punctus, qui magis est proximus extremitati secunde insule que plus proxima est insule prime, z sit. b. deinde pone pedem circini in puncto. a. z extende ita, quod pertranseat aliquam partem insule, z volue semicirculariter, deinde pone pedem circini in puncto. b. z per tantundem spatium extende. Et nota, vbi dicendo circuli se prescindunt, scilicet, puncto. c. d. z ab illis duobus punctis duc lineam rectam rubeam. Ex quo concludo, quod quicquid est insula secunda supra dictam lin. c. d. totum cedit insule primo relicte, z eodem modo comperies in insula tertio relicta, vt linee dicte ostendunt. quod sic probatur. Si ab equalibus equalia adimes, que remanent, sunt equalia: sed constat quod tantum distat circulus vnus a suo centro. a. quantum distat alius circulus a suo centro. b. z cōstat quod linea. c. d. adimit ab vtraque parte equaliter: ergo patet, quod linea illa equaliter distet ab vtroqz, z sic qs est supra illam lineam cedit puncto. a. iure proximitatis, quod vero est infra, cedit puncto. b. iure proximitatis.



SUpra dictum est de his figuris, que habent lineas rectas iuxta ripam. hic videndum est de his que habent ripas tortas, z curuas, veruntamen hoc contingit dupliciter, nam quandoqz sunt recte ab vtraqz parte fluminis, z ita in vna ripa inflectitur versus aliam quod vbique equaliter distant, vt in hac figura ostenditur, licet hoc raro contingat. Quandoqz ripa est ab vna parte recta, z ab alia tortuosa, vel ab alia parte torta vno modo, ab alia vero torta modo dissimili, z de hoc dicetur in sequentibus.

In hac igitur figura ducenda est linea per medium ea tortuositate, qua ripe sunt torte, vt ostendit linea rubea, z quicquid est vltra lineam, est magis propinquum eis, qui vltra flumina predia possident, quicquid vero est citra illam lineam, est magis prope eos qui citra flumen predia possident, illam autem lineā sic duces, accepta chordula, z puncto in medio posito que chordula vniformiter ducatur ab vtraqz parte ripe z semper notetur locus, per quem transit ille punctus medius, illa est linea per quam ille punctus medius transit, z linea per medium diuidens.

Ita



Sta Figura facta est ad necessariam euidentiam omniū dicendorū, docet cū, quomodo positis quibuscunq; punctis per lineam non directā illi possunt reduci ad circunferentiam eiusdem circuli. ponantur ergo tres puncti. a. b. c. tunc pone circinū super. a. z extende vltra medium spatium. b. z volue semicirculū: deinde ponas pedem circini super. b. z in eadem distantia versus. a. volue semicirculum. Et not. quod vbi dicte due linee circulares se prescindunt. scz in puncto. e. f. z ducas super pūctos lineā rectā, z extendas quātum volueris, z deinde similiter facias in puncto. b. c. z duas lineas circulares, que se prescindūt in pūcto. g. h. z ab eis ducas lineā rectā, z extēdas. tūc dico, q linea. e. f. z linea. g. h. secabunt in pūcto. d. In illo igit puncto vbi secāt. ponat pes circini z extendatur vsq; ad vnum pūctum. de datis. d. z volunt omnes illi tres puncti, reperient in circunferentia dicta, z hoc contingit, quocunq; modo tres punctos ponas in linea non recta. ꝛc.







Figura Ista similiter ad euidētiā dicendorum facta est: docet cū qualiter, posito vno pūcto ab alia parte, z vna recta linea ab alia aliquod spatiū quadratū iure propinqtatis diuidit inter puncti. z rectam lineā, sit ergo pūctus datus a linea posita. b. c. z totū quadratum. a. b. c. d. Queritur, quantū illius quadrati spatio debeatur pūcto a iure proximitatis, z quantū linee. b. c. ita quod ponit vna linea super quā qcquid sit illud sit propinquius. a. pūcto. quod vero est infra, sit propinquior linee. Ad quod dico q primo illud quadratū diuidendū est p medium. Fm doctr. preced. z sic linea diuidēs. e. f. z de eo quod est infra nil pertinet ad punctū. a. Secundo fiat linea per diametrum dicti quadrati. b. d. z similiter de eo quod est infra dictā lineā nil pertinet ad punctum. a. Illud vero quod est supra restat diuidēdū, z hoc constat quod hic habemus duos punctos eque distātes a puncto. a. z a linea data videlicet, punctus. e. z punctus. d. inuenitur ergo alius punctus eque distans, z sit. g. quod hic eque patet. qz est centrum circuli azurei qui punctualiter tāget puncti. a. z lineā datā, tūc ergo illi tres pūncti. e. g. d. reducunt in circunferētiam vnius circuli, fm precedentem figuram ducendo lineā, vt ostendūt linee crocee, cuius circuli centrū cadit extra quadratū in puncto. b. z ducatur ille punctus, vt ostendit circulus rubeus ductus. Tunc dico q qcquid est. g. dictā lineā circulare. e. g. d. pertinet iure proximitatis ad punctum. a. residuū, quod est. f. pertinet ad lineam positam. Et q hoc sit verū, patet, si ponatur alius punctus in linea rubea circulari. a. z ibi ponat circinus, z extendatur vsq; ad pūctum. a. pūctualiter, tāget illud, z etiam lineā, vt ostēdit circulus croceus, z idē vbicunque poneretur aliquis pūctus in. d. linea rubea circulari, hoc dico ita quod non esset error notabilis, ita quod si esset argētum, non esset notabilis deceptio: vnde dico ideo qz cū ab vna parte sit linea recta, z ab alia rotunda, non esset perfecta separatio p medium. Ex quo collige talem regulam positis tribus punctis eque distātibus intra pūctum datum, z lineam datā, circulus in cuius etiam circunferentiam illi tres puncti reducuntur per totum quadratum equaliter distat, ꝛc.



Hec figura bene inspiciatur, propinqua est pūcto acuto a ripa predij Lucij, z toti latitudini ripe predij Laij, ad prediū aūt Tity non z Scij z Lucium, z videtur quod Lucio nil debeatur: qm ripa sua, que appropinquat insule, terminatur in puncto indiuisibili, non habenti aliquā latitudinē, sz insula debet diuidi pro modo latitudinis, inter eos. ff. eo. Cū ergo ibi non sit aliqua latitudo, ei nil debetur. Contrariū dico. Nam inter eos, qui sunt ab vna parte, fit diuisio pro modo latitudinis. d. l. inter eos, sed inter eos qui sunt vltra, z eos, q sunt citra, fit diuisio iure propinquitatis, vt dictū est: videndū est igitur, quod ponamus vnā lineam iure propinquitatis eundētem, z hoc fieri debet ex doctr. precc. figure. Extendat igit vna chorda a pūcto predij Lucij vsque ad ripā Laij, z fiat cū chordis, vel signis, in flumine vnum quadratū. a. b. c. d. deinde inueniat mediū quadrati p lineā. e. f. z constat q qcquid est infra dictā lineā ptinet ad Laiū, deinde ducatur alia linea per diametrū quadrati. b. d. z similiter constat quod id q est. f. dictam lineā, pertinet ad Laiū, deinde inter pūctum. c. z punctum. d. inueniatur pūctus eque distans a pūcto predij Lucij ad ripam Laij, z tunc illi tres puncti reducātur in circunferentiam vnius circuli per precedentia, cuius circuli cētrum inueniatur in predio Lucij, z in puncto. d. vt ostendūt linee crocee. Dico ergo quod illa linea circularis. e. g. d. est in ea, z quicquid est. ā. illam pertinet ad Lucium, quod vero est infra, pertinet ad Laium, vt patet ex precedentibus, ꝛc.



Hec figura differt a precede. q̄ in precede. p̄ct⁹ magis ꝓpinquus erat in capite insule, hic vero est in medio, vel circa vt patet in puncto predū Laū acuto qui est. b. z ideo in flumine debent fieri duo quadrata scilicet vnum supra, aliud infra: fiat ergo versus caput fluminis vnum quadratum. a. b. c. f. z versus finem fiat aliud. a. b. c. d. deinde ducatur linea media. g. h. dico de eo, quod est supra, nil debet habere Laius, deinde ducatur alia linea, per diametrum primi quadrati. c. a. z alia per diametruz secundi. a. c. z similiter de eo quod est supra illas, nil debet habere Laius: deinde vniatur vnus vel duo p̄cti in illo spatio, q̄s est infra eque distans a puncto Laū, ad lin. predū Lucii. vt i. k. qui reducantur in circunferentiam illius circuli, qui circulus erit. e. i. k. c. z eius centrū cadit in predio Laū, in puncto. m. quicquid est infra lineam circularem, pertinet ad Laū, vt supra probatū est, vel vers⁹ sume puncta. e. m. z reducas ea in circunfer. eiusdē circuli, z habebis propositum: q̄ redit in idem quod supra.



Hec figura differt a preced. q̄ vel ab vtraq; parte est cuua, ab vna recta ab alia p̄ctus acutus, hic vero est ab vna parte linea recta, ab alia habet quandam rotunditatem, cuius caput connexum est versus insulam: inueniatur ergo in principio insule punctus medius. a, in medio alius. b, in fine, alius. c. z hi, tres reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per precedentia, z habebis medium. Ex quo collige regulam, quod, positis tribus punctis eque distantibus inter lineam rectam. z lineam connexam, circulus, in cuius circunferentia illi tres puncti reducuntur, totum spatium iure proximitatis equaliter diuidit: z hoc in sequenti figura demonstrabitur.







Figura ista differt a preced. z q̄ hec ab vna parte ripe acute est punctus, ab alia parte rotunda est concauum versus punctum, cuius sic faciēda est diuiso. Primo ducatur lin. ab vna parte circuli vsq; ad aliam, z sit. a. b. z ideo hoc vt sciamus, quod de eo quod est supra. d. lin. nil potest deberi ripe concaue, nisi ratione illorum punctorum, quoniam quelibet pars, que est infra. est magis remota ab alia parte, quam sint illi puncti: deinde inueniatur medium inter punctū predū Lucii: qui sit. c. z illa puncta per doctrinas datas in preced. inter. a. z. c. erit punctus. b. z inter. c. z. b. erit medius. c. vt ostendunt linee ducte, deinde inueniatur medium inter. c. z aliquam partem dicte concauitatis, z sit. f. deinde illa tria puncta. d. f. e. reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per precedentia, cuius centrum erit in puncto. b. eo ergo, quod quicquid est infra circulum. d. f. e. pertinet ad Lucium iure proximitatis: quod vero est supra, pertinet ad Laucium. Ex quo collige regulam, quod posito vno puncto ab vna parte circulari, concauitate, z alia infra concauitatem inuentis tribus punctis, eque distantibus ab vtroque latere linee circularis, per quam illi tres puncti in circunferentiaz reducuntur per medium, diuidit, ꝛc.



Ista figura differt a precedenti. q2 supra est punctus ripe superiozis quē constat esse propinquiozem qualibet alia parte ipsius ripe: hic vero ripa superioz est rotūda, z cōuexa est versus insulā, z ideo quelibet pars illius ripe fit ppinquioz pūctis ripe inferiozis concauis. Igit primo ducat linea ab vno pūcto circuli inferiozis, vsq3 ad lineā, z sit. a. b. ea ratione, qua diximus in precedēti figura deinde ponatur circulus in pūcto. a. z extendat vsq3 ad ripam superiozem, z ibi aliquantulū voluatur circulariter, vt ostendit linea curua crocea, z ille punctus, vbi ripa superioz tangitur, est propinquioz, z sit. c. z eodē modo facias in pūcto. b. cui pūcto propinquioz est. d. deinde inter. a. z c. inueniat punctus medius, z sit. e. z inter. b. z d. inueniat alius punctus medius z sit. f. deinde inueniat alius pūctus medius inter ripam superiozem, z inferiozem, z sit. g. deinde illa tria puncta. e. f. g. reducātur in circumferentiam eiusdem circuli, cuius centrū cadit in pedium Lucij, in puncto. h. Dico ergo q3 quicquid est infra illū circulum. g. f. pertinet ad Titium iure proximitatis. q3 vero est supra illum. pertinet ad Lucium, vt ex precedenti. apparet, z lineę recte demonstrant. ꝛc.




In hac figura ripa superioz est directa, inferioz est circularis, z concaua. Primo igit in qualibet linea circuli facienda est diuisio p quadratū, vt linee directe ostendāt, z dictū est supra in vj. figura. z vij. hic vero describā aliquid de dicta diuisione. Primo em̄ ducat vna linea ab vno pūcto vnius circuli, vsq3 ad aliā. a. b. z hoc ad ostendendū q3 est infra lineā illā nil debetur ripe circulari, nisi ratione punctorum. deinde fiat diuisio inter punctum. a. z lineam, que est superiozis ripe, que formet vnum quadratum. a. c. d. e. quod quadratum diuidatur per medium ducta linea. f. g. Tunc dico q3 de eo, quod est supra illa, nil debetur puncto. a. deinde ducatur alia linea per diametrum quadrati. c. g. tāq3 similiter dico, q3 de eo, q3 est s. illā, nil debetur pūcto. a. In illo vero spatio quadrati, q3 remanet s. inueniatur alius pūctus medius. h. deinde illa tria puncta. f. h. e. reducantur in circumferentiam eiusdem circuli cuius centrum cadit in fundo Titij, in puncto. k. z illa est linea diuidens inter punctum. a. z ripam precedentem. In alio vero puncto fiet quadratum, z diuisio simili modo: illud vero, q3 est in medio, diuidatur sic, quod inueniatur alius punctus medius inter rotundum, z ripam precedentem, z sit. o. tūc illi tres puncti. c. o. n. reducantur in circumferentiam eiusdem circuli per precedentia. cuius centrum cadit supra in puncto. p. z illa est linea diuidens, ꝛc.



In hac figura ab vna parte est ripa recta, ab alia angularis vñ tractatur de diuisione spatij medij, q3 sic fieri debet quod dicte linee ducātur a linea predij inferiozis donec iungātur cuz superioze, z in capite sit linea ducta. a. b. in basis vnius trianguli duorum equalium laterum, vt ostēdit linea crocea. e. f. z eodē modo inueniatur in ij. parte alia basis, vt ostendit linea crocea. f. g. deinde quilibet predictoruz triāgulorum diuidatur per medium secundum doctr. datam in iij. figura primi, scilicet, ducendo lineā a pūcto primi trianguli. a. vsq3 ad punctū. b. qui est medius basis. e. f. z a puncto secundi trianguli. d. vsque ad. punctuz. i. qui est medius basis. f. g. z ille linee ducantur versus spatiuz quod remansit in medio, z communē tur in puncto. k. z illa est linea diuidens directo per mediū, iure propinquitatis. Sed huic op. q3 punctus. h. quam dicis secare per mediuz, magis appropinquat ripe superiozi in pūcto f. inferiozi in puncto. m, respon. quod verum est vt ostendit circul azureus: sed ille punctus. k. est eque propinquus pūto. c. z pūcto. g. sicut ripa superioz. quod patet: quia circulus ductus a puncto. k. equaliter tāgens. d. puncta. e. f. g. punctualiter eque distat. Ōcludit ergo q3 vere dicta linea. b. h. k. i. d. est linea diuidēs iure propiquitatis inter dictas ripas. Ex hac em̄ figura sumendū est q3 posito vno triangulo, si ducantur due linee diuidentes duos angulos per medium ille linee iunguntur in puncto, supra quē potest constitui circul tangens eque. z pūctualiter tres lineas trianguli, z demonstratur hoc per Euclidē li. iij. con clus. quarta.




Sta figura habet punctū solum in ripa superiori.f.b. cui de insula debetur aliquid iure propinquitatis: in inferiori hz triangulū.a.b.c. dicaf ergo linea.a.c.quā lineā constat tangi a pūcto.d. diuiso igitur iure propinquitatis debet hoc modo fieri,qz tam in capite,quam in fine fiant trianguli duorum equaliū laterū, vt factum est in precedenti figura,quorū primi basis erit linea crocea.d.f.z alia linea.d.g.z illud spatium qđ est infra alias lineas.d.f.b.g.debet diuidi iure propinquitatis inter pūctū.d.z totam ripam predū inferioris,que diuisio fiat dividendo duos angulos per medium,fm doctrinas precedentes,z ille due linee se contingunt in puncto.c.ille punctus est centrū qui tangit punctū.d.in ripa viteriori,in anteriori,vel citeriori vero tangit pūctum.f.z punctū.g.oēs alij puncti sunt magis remoti,vt ostēdit circulus croceus ductus. Restat ergo qđ fiat diuisio huiꝰ partis insule,que est extra illum trianguli.d.f.b.g.z si bene respicitur,quicquid est extra illud,apparet esse infra duas lineas rectas,z tūc aut sunt recte secundū se equaliter,aut inequaliter. In quolibet predictorū casuum habes modū diuidendi ex his que dicta sunt ibi.in j.z ij.figura huius lib.ij.tc. His circa decisionem insularū premissis predicta faciūt in ar.ad questiones quotidianas.z de facto emergētes. Dicamus,cōmune Perusij statuit qꝺ si qua possessio reperiret in comitatu Perusij, quę non esset attributa alicui ville,vel castro,quod talis possessio cederet territorijs illarū villarū.z castrorū,que essent ꝓpinquiores: contigit qđ reperit quoddā magnū podere infra cōmia triū villarum,qđ nulli ville,vel castro attributum est,quid iuris? Ex hoc themate oriūtur plures questiones. Prima est,qđo intelligat illud qđ dicitur qꝺ cedit illi ville,que est ꝓpinquior. Rñ.i.quatenus est ꝓpinquior,non em si vna villa magis ꝓpinquat vni pūcto,ideo ei attribuet totū: sed cuilibet de dicto podere attribuet quatenus ꝓpinquior est,hoc apparet ex isto ff.insula,quē supra legimus,ibi,qꝺ si alterius parti primior fit,tc.z hoc dixi supra in gl.sup verbo.cōis fiat eorū. Sed est videndū a qua parte ville,vel castri debeat incipere mensurator. Ad qꝺ sciendum est,quomodo cognoscaf ciuitas,vel villa,de quo per do. Joan. Andr.de sentent.excomm.cap.si ciuitas.libr.vi.in nouella. Tu clarius,z breuius dic,qꝺ licet in vsu nostro ciuitates appellam⁹, que habent episcopū,tñ ante,quam episcopi essent,erat appellatio ciuitatū,z denominabanf ab illis officialibus qui tūc erant vt octagesima distinctio.can.vbes z loca.tc.cum duobus sequentibus. Dico igitur,qꝺ proprie dicif ciuitas,omnis locus in quo exercetur iurisdictio illa que competit defensoribus ciuitatū.de qua dicit in authē.de defen.ciui.ff.iusiurandū.Et not.qꝺ triplex est ciuitas. Quedam maxima vt ciuitates metropolitane,in quibus stabāt presides,z prefecti pretorio,hodie reges,z curie regales quos appellatur. Alia est ciuitas magna,in qua est forū causarū meri,z mixti Imperij. Alia est ciuitas cōmunis,in qua exercentur causarum,que competūt defensoribus ciuitatis,vt supra dixi.z probaf ff.de excusatio.tut.l.ij duas.ff.decet.vnde si ibi non habeat episcopum,vel sit ciuitas priuata episcopo,tamen ciuitas remanet propter forum causarum secularium.ideo autem venit in vsu,vt ciuitas appellef,que habet episcopū,qꝺ episcopus non consueuit ordinari nisi in illis locis,vbi antiquitus nomē ciuitatis.d.c.j.lxxx.distinctio.dixi C.de metropo.l.vnica.lib.xj.Secundo est castrum,z illud dicitur quasi castrata.hoc est locus fortis,in quo dicta iurisdictio non exercetur C.de fun.limi.l.quicunqz castellorum.lib.xj.z dist.lxxx.episcopi non in castellis. Tertio est villa,z illa fm propriam significationem dicitur a vallo,hoc est ciuitas que non cingit muro sed vallo,fm Hug. Sed in vsu nostro villa appellatur quedam magnia plurium habitantiū,sine aliquo municipio.que propter id quando dicitur vicus,fm Hug.z ita accipit glo.de iure fisci.z ex hoc iure gentium.in gl.super verb.collata. Ad secundum dicendum est,quod mensuratio debet fieri ab illa parte,que ꝓpinquior est loco mensurando,vt ff.ostensum est in alio tm de castro erit clarū. In villa poterit dubitari: qz domus sunt sparse,sed puto quod si esset aliqua domus que distaret multo ab aliis,quod illa domus non dicatur de vicinia sua magne vox eraudiri non poterit.l.j.ff.eodem autem tecto.ff.as Sed plene dixi de aq.plu.ar.l.ij tertius.in prin. Et aduertendū est licet lex dicat qꝺ mille passus debeant mēsurari a contentibus edificijs.l.mille passus.de verb.sig.tamen in presenti statuto qꝺ debeat inchoare ab ipso muro ciuitatis vel castri,vel ab ipso loco,vbi villa terminaf,sed qz hoc inuenire est difficile,ideo hoc declarabo per seq.fig.tc.




Alius poderis diuisio facienda est per istum modum: qz primo in qualibet villa faciendus est pūctus,qui plus est illi poderi relicto ꝓpinquior,z qz circinus non posset haberi ita longus qui extenderetur ab vna villa ad aliam.seruādus est iste modꝰ: qz prima ducaf ab vna villa ad aliaz prout respicit linea recta, z a prima villa vsqz ad secundam ducatur linea azurea,a.c.z a, secunda ad tertiam lineā,d.b,ad primā,z tertiam lineam,a.d.deinde in qualibet istarum reperiaf punctus medius,z in linea a.c.erit punctus.c.z in ea linea ducantur duo puncti eque distātes.h.i.deinde ponatur circinus in.h.z extendaf vsqz ad.i.z ducatur linea circulariter,z eodem modo ponatur in pūcto.i.z tendatur ad.h.z ducaf linea circularis,z vbi ille linee se predūt,ille sunt linee ad diuidendū per medū inter illas duas villas.z sic linea.p.qz diuidit inter lineā primā.z secundā.z eodem modo fiat inter secundam,z tertiam villā inter quas diuidit linea.q.non repetendo alias literas,z eodem modo fiat in prima villa.z in tertia villa.diuidens inter eos erit.q.f.Ex qbus concluditur qꝺ quic quid est.ā.illas lineas.p.q.f.pertinet ad primā villā.Et quicquid est inter illas duas.p.q.r.ptinet ad secundā. z quicquid est vltra illas duas lineas.f.q.r.pertinet ad tertiā. Si autem plures essent qꝺ tres,statim patebit,in figura

XXXVIII



FActa Est hec figura ad ostēdendū qualiter si podere relictū est in cōfinibus plurium villarū. quibus modis debet fieri diuisio Pone ergo q puncti villarum circunstātium, a quibus debet incipi mensura, sint. a. b. c. d. e. f. podere relictum sit inter ipsos puncto. vt ostendit nigra figura inter ipsos facta. Primo ergo fiat diuisio inter tres primos pūctos. scz. a. b. secundum doctri. precedē. dico ergo. q inter. a. et b. diuidit linea rubea. g. k. inter. a. c. diuidit. g. i. et sic punctus. g. i. est centruz. in cuius circunferentia ponuntur dicti tres pūcti. a. b. c. secundū doctrinā datā. s. et hoc ostendit circulus rubeus ductus. Secundo fiat diuisio inter. b. c. d. dico. quod linea. g. h. diuidit inter. b. c. et linea. b. i. diuidit inter. c. d. et linea. b. p. diuidit inter. b. d. et sic pūctus. b. est centrum ponens in circunferētiam. b c. d vt ostendit croceus circulus ductus. deinde fiat alia diuisio inter. c. d. e. secundum doctrinam preced. et reperies punctum. i. et centrum, et reduces in circunferantiam illos tres punctos et etiam punctum. i. secundum designationem precedentem, vt ostēdit alius circulus rubeus, quod si punctus. f. in dictam circunferantiam caderet, tunc fiat alia diuisio similis inter. d. e. f. ꝛc.

XXXIX



CUm ad figurarum huius aurei libelli intelligētiam necessarium sit rubeas, croceas, et azureas lineas demōstrare, quas ob ipsorum varietatez colorīs in impressione pingere, vel colorare omisimus: ne que facilitate refulgēt, obscuritate aliqua notētur, pancis cuiusq; linee describēdo earū colorē recitabo. Sūt igit omnia flumina, et linee pūcta tria retinētes colorīs aurei, q̄ bino pūcto designant zaldi, at no pūcto linea cōtēta rubea figurabit.

EFigura ista est facta, quoniam s. dictū est in ver. quod si ex vno latere. de lateribꝰ scilicet superiori, et inferiori, et ante, et retro dextra, et sinistra. Pono ergo, prout de facto cōtingit, quod quidam habebat predium istius figure, vt demonstant linee contē te sub his literis. a. b. c. d. e. Iste vēdidit mihi quatuor stadia prech̄a parte inferiori, et cōstituit se meo nomine possidere. ex isto facto oriuntur plura dubia. Primo an dicta quatuor stadia videantur mihi vendita pro diuiso aut pro indiuiso. Et videtur quod pro indiuiso, cum non sit certum que sint illa quatuor stadia. Econtra videtur quod pro diuiso, quia dicitur a parte inferiori, et sic est certus locus vbi sint illa stadia. Sol. pro diuiso potest accipi duobus modis. Primo pro diuiso, hoc est, quod nulla pars istam qua sit communio licet termini non sint positi, vt l. inter eos. de acquiren. rerum domin. et isto modo videtur venditio facta pro diuiso, vt enim se extendunt quatuor stadia incipiendo a parte inferiori sunt vendita, vltra non. secundo potest accipi pro diuiso, hoc est terminato, et isto modo pro īdiuiso sunt vendita, hoc est, tanquā nō determinata. vt probat ff. de acquir. post. l. si quis fundum. Ş. i. fm primā lecturam gl. Secundo videdum est an ista quatuor stadia possent possideri antequā mensurentur, et videtur q̄ non, quia pars incerta non potest possideri, l. possideri autem Ş. incerta. et l. locus. de acquiren. possessiō. sed hic est incertum vsq; ad quam partem vadant dicta quatuor stadia. ergo. ꝛc. In cōtrarium videtur quod certum est, in quo loco debent dicta quatuor stadia, licet fines sint incerti. sed incertitudo finiū nō impedit quē possidere, vt ff. pro emptore. l. ij. Ş. sed et si fundā. Sed potest rēspōderi quod ibi credebat in animo suo possidere vsque ad certos fines, hic vero ignorabat. Dico ergo, q̄ possidentur, dicta quatuor stadia: q̄ locus est certus, et fines sunt certi adhibita diligenti inquisitione per mēsorē, qō sufficit ad possessionem, licet oculis non videatur, vt ff. de acq. possessio. l. possideri, Ş. Merua filius. Item qui fundum ingreditur eo animo, vt fundum possideat totū vsque ad terminum possidet. nec requiritur quod terminum videat, vt l. ij. in prin. de acqui. possession. alias multi dominorum non possiderent qui terminos

a prediorum ignorant. Tertio est videndum vtrum translatum* sit dominium in emptorem per talem contractum. Respondeo, ista emptio facta est ad mensuram: ideo ante quam mensuretur non est perfecta venditio, sicut facta sub conditione, vt ff. de cō trahend. emptio. l. quod sepe. Ş. in his. et de peric. et commod. rei vendite. l. si in venditione. Ş. primo. An autem transferatur interim dominium, vel vsucapio: Et de hoc sunt opi. ff. pro empt. l. ij. Ş. si sub conditione. et pro dot. l. ij. teneo quod transferatur titulo pro suo, vt ibi dixi. Quarto est videndum, qualiter debeat fieri mensura termini dictorum quatuor stadiorum, vt ex parte inferiori cognoscatur. Ad hoc dico, quod facta est precedens figura: et pone quod quodlibet quadratum sit vnum stadium, et sic habet fundus. cccxij. stadia, quia ibi vides xxx. quadrata integra, et sex dimidia quadrata, que faciunt tria integra et sic sunt cccxij. et videtur, quod emptori debet assignare terminate illud quod est intra triangulum. p. c. q. illa sunt quatuor stadia que habent duo quadrata, que faciunt duo alia, et sic sunt quatuor. Et quod illa duo faciunt vnuz integrum probatur ex quadrato. b. et lineis ibi ductis. Item illa quatuor stadia sunt a parte inferiori, vt patet ad oculū vnde terminatio facta est recta. Sz cōtra istā terminationē op. q̄ secūdū hoc iste emptor nō habebat a parte inferiori totius fundi, sz certe partis fundi q̄, patet, q̄z de illa parte fundi. c. p. et q. nil habz: et ideo videt q̄ diuisio sic fit faciēda. q̄z ducat linea. f. g. h. que tāgit vltimā partē totius pdī, et cōstat quod j. illā linea. z. c. e. dsunt. xij. dimidia quadrata et sic ex stadia, et sic continet tertiam partem plusquam debeat habere emptor. et si diuidatur quod est inter dictas lineas, in tres partes, vt ostendit linea. i. k. l. et linea. m. n. e. et due partes vltime erunt de necessitate quatuor stadia. et illa habebit emptor a parte inferiori totius fund. siue predij. Ista vidi in questione de facto esse magni effectus: quia cum in predio esset quedam domus secundū vnā determinationem, cedebat emptori, secundum aliam non. Ibi opinio. positis videndum est quid iuris: Ad huius euidentiā

sciendum est quod fundus est quoddam totum ꝛ quelibet gleba ipsius est pars totius fundi. vt l. iij. in princ. ff. de acquir. poss. facit ff. de furtis. l. vulgaris. in princ. Item sciendum est quod cum dico pars inferior fundi, intelligitur id est pars, que in fundo est infima, seu magis infra, ita ꝙ infra illã nulla sit alia, vt ff. de vulg. ꝛ pupill. et duobus de reb. dub. l. qui duos. de verbo. significa. l. priorimus. in proposito tamen dico, vendo quatuor stadia a parte inferiori, intelligo de illis stadijs, que sunt in ea parte fundi, que est magis infra, vt l. j. ff. de aqua plu. arce. ꝛ de leg. ij. l. Caius. § j. videbitur ergo vendita illa pars, que continetur in illo tria gulo. p. c. q. quia in illo est inferior pars totius fundi nec potest dici quod sit inferior pars certe partis fundi, quia hic consideratur fundus tanquam vnum totum, vt dictum est, ꝛ per predicta multas potes dirimere questiones.

ADDITIO.

3 T. D. Vtrum translatum. vide Pet. Philip. Corn. in cons. l. mi. volumi. incipien. videtur in hac consultatione. ꝛ Philip. Decium in consil. clxxix. in l. traditionibus. C. de pactis.

Tractatus de Alueo domini Bartoli.

Superest vt de alueo dicamus sequẽtes ordinem, quem Iurisconsultus Cassius secutus est. Primo igitur verba eius referamus, que posuit. ff. de acquirendo rerũ dom. l. adeo. §. qõ si toto que verba sunt hec: Quod si toto naturali alueo relicto flumen alius fluere ceperit, prior quidem alueus eorum est, qui prope ripam predia possident pro modo scilicet latitudinis cuiusque predij, que latitudo prope ripã fit. Novus autem alueus eius iuris esse incipit, cuius ꝛ ipsum flumẽ est, i. publici iuris gentium. Quod si post aliquod tẽpus ad priorẽ alueum reuersum fuerit flumen, rursus novus alueus eorũ esse incipit, qui prope ripam eius predia possident. Si cuius tamẽ totum agrum novus alueus occupauerit, licet ad priorẽ alueũ reuersum flumen fuerit, non tamen is, cuius ager fuerat stricta ratione quicquam in eo alueo habere potest: quia ꝛ ille ager, qui fuerat, desinit esse amissa propria forma, ꝛ qui vicinum predium nullum habet, non potest ratione vicinitatis vllã partem in eo alueo habere, sed vix est, vt id obtineat. Aliud sane est, si cuius ager totus inundatus fuerit. Namque inundatio speciem fundi non mutat, ꝛ od id cum recesserit aqua, palam est eiusdem esse, cuius ꝛ fuerat. Hec ille. Legis ergo verba discutiamus, ait ler,

Quod si toto. Ideo dicit toto, quia si partẽtãtum relinqueret, videret tãtum si li. qui predia possidet, ab ea parte, qua alueum dimittit, ꝛ acquiretur eis per eum modum, quem ꝛ de alluuione in principio lib. diximus, non solum est alluuio, si flumẽ ponat, sed etiam si paulatim retroceda at nil apponendo, vt ff. de acquirend. rer. dom. l. ij. Bartus. licet g. ibi in verb. alluuione dicat quod improprie dicitur alluuio, sed Azo in summa C. de allu. ꝛ palu. dicit qõ proprie alluuio est, quod puto verum, argumen. ff. de acquire. rerũ dom. l. ergo. §. tribus, sed quando totus alueus relinquitur illa est nouacessio, nec est alluuio nec est insula, vt dicit gl. super isto verbo toto.

Naturali. Naturalis alueus dicitur. i. consuetus, vt ff. de flu. l. j. §. ripa. ꝛ ibi no. quia naturalis cursus est ate discernitur potius quam in hyeme. vt ff. ne quid in flum. pu. l. j. §. is autem. Alueus vero qui non est naturalis dicit inundatio. vt ꝛ circa finẽ dicitur. Vel dic alueus naturalis, id est antiquus, ꝛ sic ad differentiã nouialuei, de quo infra dicet.

Alueo. Alueus proprie vcatur fluminis est, secundum Augu.

Relicto Perfecte oportet quod sit relictus, vt cedat vicinis, quãtẽ perfecte sit relictus, cõstat in hyeme, ꝛ sic per contrarium est quod supra dictum est, nec etiã alueus constat est, tequando aqua minor est, arguẽdo a minori ad maius sicut de quo minus videtur, de metalis locus fluminis occupatus, ergo multo magis de hiebitur hyemeq; autem sit derelictus cõstat ex hyeme arguendo a minori negatiue, si talis locus nõ est detentus, sed derelictus in hyeme, ergo magis erit derelictus in estate. si talis locus nõ est detẽtus, sed derelictus in hyeme, de quo magis videtur inesse, ꝛ inest qõ debeat dimitti occupatꝰ, ergo multo magis erit derelictus est ate, et quod hoc er hyeme inspiciatur, patet, quia quandoq; est ate fluuia perennia etiam exarescunt. vt ff. de flumin. l. j. §. j. Item relictum, intelligo etiam si aliquãtulum aqua fluat per antiquũ alueũ si tamen sit ita modica quod fluminis nomen per dictionẽ er opinione circumcolentiũ discernitur, l. j. §. j. ff. de flum. si enim aqua inde currens nõ est flumen, ergo locus ille non est alueus fluminis. Item relictum intelligo sine spe redeundi, quia enim si ideo quia aqua ducitur ad molendinum cessat ire per alueum, alueus priuatus non efficitur, cum in potestate sit dominus eum in alueum remittere, ꝛ sic sufficit, quod possit ire per alueum, licet non vadat, arg. ff. de aqua quot. ꝛ est. l. j. §. quadriana. Item pone, vt de facto est Ursie flumen quod dam. cuius nomen est Timbido quod septem annis fluit, ꝛ septem annis occultatur. ꝛ sic factum est a tempore cuius non extat memoria, an dicetur alueus derelictus; certe illo tempore quo occultatur, non dicitur alueus derelictus propter consuetudinem reuertendi, arg. ff. de acquir. rer. dom. l. naturalem. §. pauonum.

Flumen. Idem in lacu, stagno, riuo, fossato, que sunt publici iuris, vt dictum est in precedentibus.

Alias. Scribit breue, ꝛ sic est aduerbiũ loci. alio loco est, alio tempore, vt ff. de arb. l. diem. vel alias. id est, aliquando ꝛ quando in eadem oratione reperitur pluries alias, vt ff. de dictione fisc causa. l. qui fine. ꝛ de verborum obligationibus. l. stipulationibus. in princip. ꝛ de vsufr. lega. l. denique. § Interdum. Interdum est aduerbium qualitatis, vt alias. l. aliter. vel alio modo, vt ff. de aqua quoti. ꝛ est ua. l. j. § illud tamen. Interdum vero est coniunctio. ꝛ idem significat quod si non, vel si. vt ff. de nego. gest. ꝛ ff. de iureiurand. l. alias. Interdũ ponitur pro aliloquim. de cuius dictionis significatione mirabili scilicet de alioquim, dixi plene ff. de condi. ꝛ demon. l. j.

1 Verbum preteriti subiunctiui rem preteritam significat.

2 Alueus fluminis derelictus vt acquiratur predio quid requiratur ꝛ probandum sit ex parte agentis.

Fluere ceperit Preteritum subiunctiui est, quod rem preteritam significat. l. j. §. ij. ff. quod quisq; iur. ꝛ de verbo. obligat. l. si quis sti-
2 pulatus sit Stichum. in princip. Requiritur ergo, quod reliquerit alueum reliquerit, ꝛ quod per alium locum perfecte fluat. hoc ideo quia quotidie communiter contingit, ꝙ alueus non diuertitur, nisi alius assumatur. Sed si contingeret, quod illum occultaretur, nec alio loco flueret, idẽ esset quod si alueus diuersus esset eorum qui prope ripam predia possident. Idem puto, si in iudicio probaretur solũ quod alueus est dimissus. licet non probetur quod alio loco cepit fluere, tamen agens debet obtinere. Sufficit ergo primum, si a primo incipias, scilicet ab alueo derelicto. Si vero incipias a secundo, scilicet, quod alio loco cepit fluere requiritur vtrunque. Potest enim esse quod per nouum loca fluat, ꝛ in quolibet retineat nomen fluminis. vt apparet in Pado prope Ferrariam. Facit ad predicta ff. de acquir. rer. quemadmodum, ꝛ quod ibi not.

Prior. Prior quidem dicitur comparatione alterius. vt ff. de aqua quotid. ꝛ est ua. l. j. §. ... si flumen se celasset, alueus derelictus non esset alueus. ꝛ tamen haberet locum hec lex, vt dictum est probatione aqua quotid. ꝛ est. l. j. §. qui hac est ate.

Alueus. Vocat alueum, qui non est modo fluuius. sic ff. de acquirend. rerum dom. l. illa. in fine ff. de negotijs gestis. l. dinoratio. in princi. quod tamen notarijs, ꝛ testibus quando dicunt, talis filius Titij. cuius tius sit mortuus, eorum est iure dominij, vel quasi, vel alias prout sunt predia, quibus adheret, prout dictum est in principio qui prope ripam predia possident. Quid sit prope ripam predia possidere. dic vt dictum est in precedentibus libris. Addendum tamen est, quod hic non dicit ab vtraque parte. licet in precedenti dixit quoniam ripa non potest esse insula, que ab vtraque parte habet predia, alueus vero derelinqui potest ab vna parte, tunc si quidem derelinquitur paulatim, fit accessio iure alluuionis. ff. de acquirendo rerum domin. l. ab ortius. ꝛ supra dixi. Si vero tunc simul sit acquisitio alueorum derelictorum, vt hoc §. sit tamen alueus totus ab vna parte relinquitur, tunc inter eos qui ab vna parte predia possident, fit diuisio pro modo latitudinis cuiusque predij, que latitudo prope ripam fit, et statim sequitur. ꝛ ideo eodem modo quo in alueo derelicto ostẽdimus. Si vero alueus ita derelinqueretur ab vtraque parte essent predia, tunc inter eos qui possident ab alio fieret diuisio iure vicinitatis, ꝛ proximitatis. ꝛ sic per medium, vt dicitur de insula, ꝛ probari. ibi. nõ potest iure vicinitatis. ꝛc. Inter

eos vero qui ab vtraque parte possident. fiet diuisio pro modo latitudinis, vt dictum est de alluuione. & sic eodem modo fiet diuisio, diuersorum riparum iure, quia ibi iure alluuionis, hic iure aluei derelicti. pro modo prædicto cuiusque latitudinis. que latitudo propterea sit hec verba satis supra proxime & in precedentibus exposita sunt.

Nouus. Nouus autem alueus dicitur ad differentiã veteris & sic si per multos annos steterit, sic appellatur, donec nouus alius alueus superuenerit, vt ff. de vsu fruc. lega. l. vsufruc. & quod no. si certum petatur. l. cũ quod. alias autem dicitur nouum. id est insolitum. vt C. de iudi. l. rem non nouam. & ff. de vent. inspiciend. l. i. in alijs etiam significationibus accipitur de quibus diri ff. de oper. noui nũcia. sup rubrica.

1 ☞ Incipit & desinit, adiecta facto habenti tractum successiuum quomodo accipiantur.
2 Incipere improprie & large dicitur, qui se preparat ad incipiendum.
3 Incipere proprie dicitur, qui aliquid incipit facere de eo quod est faciendum.
4 Incipere etiam dicitur, qui multa ipsi inceptioni adhĩcit.
5 Iuramentum calumnie si prestatur post litem contestat. dicitur prestitum in exordio litis.
6 Desinere aliquid quando dicatur.
7 Incipit & desinit si adhĩciuntur tempori, quomodo accipiantur. Dies quando dicatur incipere, & quando desinere.
Annus quando dicatur incipere, & quando desinere.
8 Incipit & desinit, si adhĩciuntur loco, qualiter accipiantur.
9 Incipit & desinit, quando adhĩciuntur essentie alicuius substantie vel qualitatis, qualiter intelligantur.
10 Incipit & desinit, quando adhĩciuntur potentie alicuius, qualiter intelligantur vt quis dicatur posse

Eius incipit iuris esse. In hoc text. pluries Iurisconsultus vtitur verbo, incipit. Item vtitur hoc verbo, desinit, vt statim subditur, ibi, desijt esse, &c. de quorum verborũ significatione varias contentiones vidi inter dialecticos, ad quorum sensum si reduceretur iuris nostri sensus peruerteretur, ideo secundum legalem doctrinã quid ista verba significent explanemus. Ad quod sciendus est quod hec verba adhĩciuntur quandoque facto quod habet tractũ, seu successionẽ quandam in faciendo. Quandoque adhĩciuntur tempori, quandoque loco, quandoque essentie alicuius rei, quandoque potentie. De quolibet videamus. Primo adhĩcitur facto, & tunc tribus modis accipit. 2 Primo large, & improprie, vt dicatur incipere ille, qui se preparat ad incipiendũ vt in casu speciali. ff. de polli. l. primo. §. cepisse. ibi si apparatum siue impẽsam in publico posuit. alias autem dicta preparamenta non dicitur quis incipere l. fi pecuniã. in verſi. nam si ita res. ff. de condictio. cau. da. & de procu. l. si de 3 functus. Secundo accipitur proprie eo ipso quod incipit aliquid facere de eo quod est faciendum. vt si fundamenta facit, & si milia. vel in alijs exemplis positis in d. §. cepisse. & de oper. nouncia. l. de pupillo. §. nũciationem. ibi, inchoet, &c. & dict. l. si pecuniam. Et hoc modo dicimus quod lit. contestat. incipit iudicium, quia tunc incipit tractare de his, que sunt de substantia cause. 4 Tertio modo dicitur quis incipere non solum in ipso actu quo incipit, sed etiam in multis, que sunt posita propinquius ipsi inceptioni, vnde istud verbum incipit, non solum verificatur in primo lapide, qui ponitur, sed etiam multa, que postea fiunt dicuntur esse de inceptione. vt ff. de oper. no. nunciatio. in fi. Impositio §. opus. sic etiam iuramentum calumnie quod præstatur post litem contestat. fit post quam lis incipit, dicitur fieri in exordio litis vt C. de iuramen. calumn. l. secunda. §. sed prædictum. Itaque eodem modo in verbo, desinit. 6 Primo dicimus desinere qui ad hoc tendit vt definat, argument. de excusatio. tut. lege, non tantum, & de damno infect. lege, damni. §. Sabinus. Item desinere dicitur res que non perfecte desinit, sed incipit desinere, vt de contrahenda emptione, lege domum. 7 Secundo dixi quod hec verba quandoque adhĩciuntur tempori tunc similiter tres significationes habent exemplũ in die artificiali. dicimus enim quod incipit mane, desinit, seu finit sero, vt ff. de fer. l. more. & ibi not. in authentic. de iudi. §. sedebunt. Dic ergo quod mane intelligitur ante ortum solis. cum iam celum incipit albescere, vt ff. de liber. & postbum. lege, Titius. §. primo, & tunc dicemus dies incipit. sed tunc non est dies. sed statim erit. hec tamen non est propria locutio. Secundo modo dicitur mane in ipso puncto, quo sol oritur, & tunc vere dicitur, incipit dies. cum sol est supra terram, dies est, vt ff. de verborum signification. lege. hec verba, ille aut ille. Tertio per aliquale spatium post ortum Solis adhuc dicimus dies incipit, & ita loquimur, licet non sit propria locutio. nec hoc sit necesse est propter dicta testium, & propter multa. Eodem modo desinit, scilicet cum est prope occasum & cũ vere occidit, & aliquo spatio post. Facit ad predicta que diri ff. de pen. l. aut facta, a §. tempus. Eodem modo in anno incipit, & desinit, habet tres significationes, sed in aliquo differunt. nam in tẽpore ante, quã vere incipiat, & in ipsa inceptione idẽ est in die, & in anno, sed in eo, quod sequitur, postquam incipit, differunt in tempore, nam cum annus & mensis sit longius tempus, longiori spatio durat illud tempus quo dicimus, incipit recte per vnam diem, & forte per plures dicimus mensis incipit, vel annus incipit. argumẽ. ff. de furt. l. fur est manifestus. & quod ibi dixi, & statim dicam de verbo desinit. Similiter contingit in verbo, desinit. nam primũ tempus, quo incipit desinere, & cum dicitur desinit, est longius in anno, quam in die. Nam aliquando tota vltima die dicitur desinit, vt ff. de testamen. l. qua etate. in alijs duobus idem est in anno & die, sicut annus, & dies in verbo, incipit. concordat in primo, in tertio discordat. sed in verbo desinit, discordat in primo & 8 concordat in duobus vltimis. ✠ Tertio dixi, quod hec verba quandoque adhĩciũtur loco, & tunc verbum, incipit, habet duas significationes. Prima est propria in illo puncto, in quo incipit, vt patet in principijs cuiuslibet libri, vbi rubri. dicit, incipit liber primus vel secundus. Secundo postquam incipit, per aliquod spatium adhuc dicimus incipit. vt ẽ. dictũ est. & de his que consistunt in facto. & patent ex vsu communi. Recte enim dicimus territorium, illius ciuitatis incipit in tali castro, vel villa, lõgum spatium occupat. & recte dicimus, talis prouincia incipit in tali ciuitate, ante vero quam perueniatur ad illum punctum, in quo incipit, vere in illo loco nõ vtimur verbo, incipit. De verbo vero desinit, dico quod duobus modis accipitur sed econuerso ad precedentes. Nam ante, quam perueniatur ad vltimum punctum, in quo desinit per aliquod spatium. dicimus desinit. Item in illo puncto in quo desinit post vero illum punctum nõ vtimur verbo desinit in presenti, sed desinit in preterito, & hec 9 per se satis patet. Quarto dixi ✠ quod hec verba quandoque adhĩciuntur essentie alicuius rei siue illa res sit substantia, sine qualitas, & tunc proprie incipit esse, cum ex consumatione recipit formam. vt ff. ad l. falcidiam. l. si is qui quadringenta. §. quedam. & proprie desinit illo instanti, quo perdit formam vt hic in ter. patet. bis desijt esse, amissa forma apparet hoc in qualitate. Dicimus enim quod res incipit esse eius iuris, cuius est flumen, & sic illius qualitatis, que constituunt, & constituta definũt modis, & ex his contingit quod aliquando aliquid eodem instanti incipit, & desinit. vt C. de postlib. be instituen. l. penultim. ff. de nouatio. l. quoties. de solutio. l. sub conditione, & predicta procedunt proprie loquendo. Improprie vero dicitur incipit, & definit hic, sicut ẽ. dixi. Nam ad dies fort. facto. Quandoque enim dicitur aliquid esse, seu durare esse factum cum successione, & isto modo desinere non potest dici, nisi illud quod fuit. vt ff. de condition. & demonstratio. l. Tertio vsufructus. in princ. licet improprie ponatur, vt 10 in l. ij. §. definere. ff. quibus modis vsusfructus amit. ✠ Quinto dixit quod hec verba incipit & definit adhĩciuntur potentie, vt aliquis incipit posse. vt aliquis definit posse, & tũc dicta verba vnam significationem tantum habent. tunc enim dicimus quis incipit posse quando omnia concurrunt que requiruntur vt quis possit. vt ff. de diuer. & tempo. prescript. l. prima. de verborum significatione. l. nepos. §. Proculo. & tunc quis definit posse quando definit omnis spes potentie. quod quandoque est ad vltimam vitæ spiritum. quandoque definit ab aliquo spatio ante. vt ff. de heredibus instituen. l. suus quoque. §. penultimo. in fine. & ibi de hoc plene diximus & de condit. instit. l. fi. Et predicta vera, quando dicta verba, incipit, & definit. ponuntur in tempore presenti. Si vero ponuntur in preterito, tunc haberent significationem certam.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ✠ In anno incipit. Vide & adde eundem Bar. in l. fur est manifestus. ff. de furt. & in l. ij. C. de temp. appe. & Ange. & Bal. in l. prima in princi. ff. de origin iur. & in rubr. ff. de rerum diuisio. in versiculo, Secundo quero, quando dicatur principium. & Alleran. in consi. ix. in vij. volumi. incip. Attentis verbis. in princip.

Cuius ripsum flumen Nota mirabile. Nã quic quid alias superimponitur, cedit solo: hic vero solus cedit aque a cui superimponit. & est speciale in flumine, & mari, & in ceteris aquis, quas in primo lib. dicimus habere ius alluuionis.

ADDITIO.

a L. B. ✠ Et mari. Facit text. in l. riparũ quoq; vsus in mari cũ prin. l. seq. ff. de rer. diui. Et rationem assignat Jo. Fab. & Ang. de Are. in §. cum, in suo. Justi. de rerum diuisio. & in l. in tantũ.

ff. de rerum diuisio. & vide Joā. de Imo. Aler. & Jas. in l. j. §. nūc v. dicamus. ff. de oper. no. nuncia.

Id est. Hec est coniunctio expositiua, sunt alie, scz. vide- licet v. g. hoc est, vt varijs legibus reperitur.

Publici iuris gentium. Omnes enim gentes isto iu- re vtūtur, vt alia loca sint publica. Et puto talia loca esse in do- minio eius, qui ibi tenet Imperium, quod patet per leges que soli principi permittunt disponere super his, vt l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum obligation. & de contraben. emptio. l. sed Celsus. in princ. & ff. de flum. l. quominus. &c.

1 Perempta propria forma rei res perit, & esse definit.
Propria forma rei que sit.
2 Plus & minus non faciunt rem differe specie.
3 Forma rei substantialis qualiter cognoscatur.
4 Forma rei substantialis rerum inanimatarum est id. per quod ipsa consistit. & vñ denominationē nominis appellatiui accipit.
5 Res inanimate tunc perdunt earum substantialem formam, quando illa communia accidentia, ex quibus sic denominantur, perduntur.
6 Res vna & eadem, & diuersimode secundum diuersas considera- tiones accipitur.
7 Acetum licet in eadem substantia sit vt vinū, tamen non venit appellatione vini.
8 Forma substantialis rerum animatarum anima vegetatiua, est ipsa anima vegetatiua.
9 Arbor propriē que sit, & que dicatur secundum Jurist. as.
10 Herba dicitur que terra continetur, & separata a terra non dici- tur propriē herba.
11 Anima sensitiua est forma substantialis rerum animatarum ani ma sensitiua.
12 Anima intellectiua est forma substantialis rerum corporalium, & intelligentium vt homo.
Homo anima separata non est homo, sed cadauer.
13 Anima rationalis non presumitur esse in monstro nato ex mu- liere, non habente formam exteriorem hominis, secus, si commu ni aspectu videtur homo.
14 Dominem non esse liberum non est de forma substantiali, sed ac cidentali
Homo est animal ciuile, politicum.
15 Dominum due sunt species. scilicet liberi, vel serui, cōsiderando in esse naturali.
16 Seruus factus liber, vel econtra, videtur alius homo, & non te- netur ex ante gestis.
17 Forma substantialis hominis politici, est esse liberum.
18 Dominum species secundum ius ciuile sunt due, qui a alij sui iu- ris, alij alieni.
19 Forma substantialis in rebus artificialibus est quedā aptitudo, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem facte sunt.
20 Forma substantialis rerum incorporalium, que secundum iuris dispositionem sunt individua, ex natura ipsius rei.
Actionis natura dicitur figura ipsius.
Nova actio dicitur, cum aliquid additur, vel detrahitur nature actionis.
21 Seruituti si aliquid detrahitur, non valet detractio, si additur, non est seruitus.
22 Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat positum in interrogatione.
23 Obligationi de his que ipsam respiciunt nil potest addi vel de trahi.
Obligationi si additur vel detrahitur, quantum ad exceptio- nem obligatio non mutatur, nec leditur.
Obligationi respectu rerum que sunt in obligatione & ipsis re- bus diuisionem recipientibus potest addi vel minui, & isto re- spectu dicitur obligatio pro parte perimi.
24 Jurisdictio in se non recipit augmentum, nec diminutionem, & ipsi non prorogatur sed dicitur prorogari respectu materie.

Quod si. Supra diri quando dimittitur al- ueus antiquus. Hic incipit secūda pars, quādo dimittitur alueus nouus. Et diuiditur hec pars in tres. Prima loquitur, quando tempore occupationis noui aluei nullius ager totus fuit occupatus. Se- cunda, quando alicuius ager totus fuit occupatus, quid si de ri- gore iuris declaratur. Tertia, quid si de equitate.

Post tempus aliquod. Hic per dictio nē post tēpus, neutrū significatur qō qualiter procedat diri in precedenti lib.

Ad priorem alueum. Facti cōmuniter ac cidentis euentū po nit. timen idem videtur si per alium locum fluere ceperit se- paratum ab antiquo, & nouo alueo.

Reuersum. i. retro seu iterum versum. vt ff. de lega. ꝯ. l. cum quidam. & de verbo. significa. verbum reddendi. Cetera verba que sequuntur exposita sunt in precedentibus.

Sicuius. i. alicuius.

Stricta ratione. Strictam rationē vocat il- lam quam infra ponit di- cens, quia ille ager, &c. quam rationem sic forma. Acquisitio alue dimissi fit occasione vicinitatis, sed ei qui nullum predium habet nil potest deberi ratione vicinitatis. ergo &c. Quod aute nullu predium habeat probatur. qz desinit esse amissa propria forma.

1 Ex quo nota, qd peremptā forma rei desijt esse res. Simile de statu ho. l. non sunt liberi. ad exhib. l. Julianus. ff. §. Ite quis Flota, ꝯ quando forma est peremptā, perit res. sed solum cum perit propria forma rei. Que igitur sit ista propria forma videamus. Vnde sciendū est, qō quedam est forma substātialis alia accidentalis. De accidentali nō potest intelligi hic. qz hec vna res mutet sua accidentia. qz heri albus, hodie niger. hec uenis, hodie senex. heri paruus, hodie magnus per hoc non finit esse idem. vt ff. de iudi. l. proponebatur. & de vent. inspici.
2 l. j. §. de inspiciendo. & ideo dicimus qō plus. & minus. non ciunt res differre specie, vt ff. de fund. dot. l. si. oportet. ergo
3 hoc intelligat de propria forma. s. substātiali. De ista igitur deamus qualiter cognoscatur. Ad qō dicendū quod rerum dam sunt corporales, quedam incorporales. Item corporā alie naturales alie artificiales. Ite naturales possunt consi rari secundum esse naturale, & secundum esse mentale. mus ergo primo de rebus naturalibus corporalibus. quedam sunt inanimate quedam animate. Animate que sunt animate anima vegetatiua, quedam animate anima sen
4 na quedam animate anima rationali. Rerū inanimatarum stātialis forma est id. per qō ipsa consistit. & vnde denomina nē accipit loquor de denominatione nominis appellatiui ma autem substantialis in qualibet re inuisibilis est secundū Philosophos. Exemplū in homine, in quo substātialis forma est anima vt in Clement. de summa Trini. cap. j. animal ni derī nō potest. sic nec forma substantialis ligni vel lapidis. re cuiuslibet rei. Sed per formas accidentales, quas rationabili camus de forma substantiali, qz homo habet corp. & sic cogni zatū. ideo dicimus qō est homo. & si non haberet illam formā, ho ceremus ꝯ nō est homo vt l. non sunt liberi. de sta. homo in re bus inanimatis. in quibus cognoscimus terrā qi habent acci tie terre exterior. si illa accidentia pderent, vt qi deterra fi lapis coctus. tūc amissa propria forma desinit esse terra. et in aliā speciē. & pdit primum nomē appellatiuū. & assumit aliud. Sic econuerso, si glans vel aliud pomū in terra corrūpitur, pdit nomen glandis. vel pomi. & assumit nomen terre. vt sic de legēda. l. vnica. sic si vinū. vel mel cōmisceātur. quodlibet pdit sua accidentia exteriora. & transit in aliā speciem. et econtra
5 mulsum vt l. adeo. §. cum quis. de acquir. rer. domin. Simili ergo, quod in istis inanimatis tunc perditur substantialis ma do perduntur illa communia accidentia, ex quibus talis natura. & sepe apparet, quando res perdit nomen appellatiuum & transit in aliud nomen appellatiuū, alterius speciei. vt apud Juristas. dicitur quod sic communiter. vt patet verbis
etis & est expressum. ff. de aur. & argē. lega. l. Seia. §. huc
6 titate. ff. de le. j. l. si quis in fundi vocabulo. Sciendum est circa predicta, quod vna & eadem res secundum diuersas derationes diuersimode accipitur, vt ecce. in agris potest derari respectu materie, quia terra est. & tunc tibi fi alueum. nō desinit esse terra remanet in suo genere. Potest considerari prout est terra apta. vt per eā possit agi. hoc est malia duci. & laborari, a quo ager recipit propriam denomi nez, vt dictū est in principio huius lib. Et isto modo perdit priam formam. Ita loquitur hic tex. non enim ipsam in ter primam debemus inspicere, sed illam qualitatem, aqua denō nationem recipit. & sub illa denominatione apud nos sic ap
7 latur. sic simile in vno. & si enim fiat acetum, adhuc eadem tia est secundum considerationem materie, vt ff. de contrahē emption. lege. in venditione. secundum autem considerationē propriam nō est vinum. sed alia species est, & vini appellatiū non continetur, vt ff. de vino tritico & oleo legato. si quis num. §. primo. & §. si quis acetum. & item si quis vinum. Sed
8 do videndum est, de rebus animatis anima vegetatiua, vel te. & istarum omnium forma substantialis est anima vegeta
9 licet etiam ipse in se habeant speciem vt arbor & herba. Ar quidem dicitur tunc propriē, cum radices ita in terram em

vt terre alimento vegetetur. ⁊ eius materia dura est, et non tenera, tunc arboris appellatione continetur, vt ff. arb. fur. cesa. l. iij. §. i. ⁊ l. iij. ⁊ ideo si quod istorum deficeret. s. quod desineret a terra vegetari. vel quod fiat ita tener, sicut herba etiã si non haberet formam substantialem, non est arbor. vt dictis legibus. et hoc stricte loquendo. veruntamen quia apud Juristas hoc esset dure inuestigationis, suadente equitate statutum est, vt arbor intelligatur illa que stirpitus euulsa est et in aliam terrã trãslata licet nondum cum terra comprehẽsa. Item quod dicatur arbor etiam illa, cuius radices mortue sunt, quamuis terra contineatur et hoc etiam casu proprie dicitur arbor cum anima vegetatiua sit priuata. text. in d. l. iij. §. ij. arbor. fur. cesa. Illud vero quod a terra succisum est, ⁊ sic animam vegetatiuam, que est eius substantialis forma, perdidit, non est arbor, sed vel est lignum, sicut causa comburendi paratum est, vel vocatur materia, si parata est ad aliquod edificium, vt ff. de lega. iij. l. ligni.

10 Eodem modo videtur dicendum quod herba dicatur quando terra continetur postquã vero separata est proprie definit esse herba. cadit in speciem rerum naturalium, que anima carent, licet apud quosdam nomen non mutet sed adiectionem recipit, quod primo dicebatur herba simpliciter. nunc dicebatur herba ficata, vel herba ficcata. vt ff. de verborũ significatione. l. sylua. §. fi. priatum. C. de pascuis publicis. per totum lib. vndecime.

11 Tertio videndum est de rebus animatis anima sensitiua, vt sunt animalia, ⁊ istorum forma substantialis est ipsa anima sensitiua, ⁊ cum ipsam perdiderit, definit esse illud, ⁊ vocatur cadauer. vt ff. de lega. ij. l. mortuo boue. in prin. de cõdictione furtiua. l. si seruus. §. boue. Clerum quia istorum habentium animam sentitiuam diuerse sunt species. vt equus, bos, ⁊ similia si quid nascatur, quod non habeat figuram exteriorem dicti animalis, dicamus non esse illud animal, quia ex hoc quod non habet figuram dicimus non habere formam substantialem vt in homine.

12 de statu homi. l. non sunt liberi. Quarto videndum est de rebus corporalibus animatis anima intellectiua, vt homo. Jn his dico quod forma substantialis est ipsa anima, vt in cap. j. de summa Trinita. in clementi. ⁊ ea separata definit esse homo, ⁊ cadauer vocatur, vt ff. de cada. punito. per totum. Item dico

13 quod si quid est, quod non habeat formam exteriorem hois, vt quia ex muliere nascatur monstrum aliquod, quod in communi aspectu non dicitur homo. ius presumit quod ibi non sit anima rationalis. ⁊ sic deficere presumit formam substantialem, et indicat quod illud non sit homo d. l. non sunt liberi. de sta. homi. ⁊ de verbor significationi. l. queret aliquis. Sed si aspectu communi videtur homo, licet ibi esset aliquid a natura auctum, vel diminutum, ius presumit quod ibi sit forma substantialis, sci-

14 licet anima, et sic sit homo. d. l. non sunt liberi. Quod ergo ibi dicitur, non sunt liberi, quia contra formam, et econtra intelligitur de forma, hoc est figurã que est quedam forma accidentalis que non dat nec tollit esse rei vt dictum est, sed pro tanto dicitur non sunt liberi. quia est defectualis figure, lex presumit quod deficiat forma substantialis, que est inuisibilis, sicut etiam dictum est in ceteris rebus. et hoc prout homo consideratur in esse naturali. Sed quia homo est animal ciuile politicum in esse ciuili ⁊ politico habet aliquas differentias, que inducunt differentiam specificam, et ea existente, vel deficiente videtur alia res esse. hoc autem esse politicum, vel consideratur secundum

15 ius gentium, prout commune est omnibus gentibus, vel secundum ius ciuile, quod proprium est ciuium Romanorum. Primo modo sunt hominum due species, quia alij liberi, alij serui vt ff. de statu hominum. l. iij. liberi dicuntur esse serui vero secundum esse ciuile. ⁊ politicum dicitur nõ esse, quia seruitus morti

16 assimilatur vt. seruitutem ff. de regur. iur. et l. quod attinet. ff. eodem. Videndum est autem quid de seruo facto libero vel de libero facto seruo. videtur alius homo. vt l. si seruus. §. i. de adimen lega. ⁊ si est factus liber. nõ tenetur ex ante gesto. quia nouus homo est secundum istam considerationem. vt C. an ser. ex

17 suo fac. per totum. Forma ergo substantialis hominis politici secundum hanc considerationem est esse hominem liberum. deficiente libertate. definit homo esse politicus. ⁊ sic de eo. ⁊ super eo contrahitur sicut de animalibus brutis. Aliquem vero esse liberum non inducit differentiam specificam inter homines, qa liber est, sed magis est differentia accidentalis: vt notat. ff. de

18 iusti. ⁊ iur. l. manumissiones. Si vero consideratur secundo modo scilicet secundum ius ciuile proprium Romanorum. tunc alia est diuisio. quia quidam sunt sui iuris quidam alieni, vt liberi q sunt in aliena potestate, vt ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. tertia. ⁊ tantum in hoc inducunt differentiam specificam quod olim filiumfam. si efficiebatur sui iuris, videbatur alius homo quia mutabatur forma substantialis secundum illud esse ciuile. ⁊ per cõsequens non tenebatur illis obligationibus, qui

bus erat primo obligatus. cum sit alius homo, licet per pretorem restituantur contra eum actiones. vt ff. de capi. dimi. l. ij. §. ait pretor. ⁊ ibi not. in gloss. in verb. iudiciis dabo. Ex predictis apparet ratio, que mouit Juristas ad dicendum quod manumissione, ⁊ adoptione, fit ut quis in natiuitate naturali efficitur ciuis, ita ista natiuitate ciuili videtur enim nasci nouus homo. Alie vero qualitates hominum, vt quidam nigri, quidam albi: quidam nobiles, quidam plebei, quidam furiosi, quidam sanementis ⁊ similia non inducunt differentiam specificam. vt not. Jnstitu. de iure perso. in §. vlt. in gloss. pen. ⁊ fin. ⁊ sic propter illam qualitatem esse ⁊ non esse, videtur alius homo, sed quo ad

19 multa varios effectus habet. Quinto videndum est de rebus artificialibus. Circa que dico, quod iste assumunt formam substantialem ex quadam aptitudine, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem facte sunt domus. tunc enim dicitur domus cum habet debitas partes compositas, ita quod est apta ad habitandum. vt ff. ad legem Falcidiam. l. si is qui quadringenta. §. quedam. ⁊ ideo ea depposita si quidẽ aliqua res permanet apta ad illum vsum adhuc retinet essentiam domus. vt ff. de vsufru. l. si cui insule. ⁊ ff. de contrahen. emption. l. domum. secus. si in totum esset depposita. d. l. domum. ⁊ quibus modis vsufruc. amitta. l. repeti. §. fina. Item in scypho, vel alio vasefacto ad finez bibendi, vel comedendi. donec retinet illam aptitudinem, scyphus vocatur. cum vero ita fuerit conflatum, ⁊ ad illum vsuz esse non possit, dicitur perdere formam substantialem. ⁊ desinit esse scyphus. vt ff. ad exhibend. l. Julianus. §. sed ⁊ si quis. ⁊ probatur expresse ff. de auro ⁊ argento lega. l. Quintus Mucius. §. cui aurum. maior. capacitas. vel minor non mutat formam substãtialem rei nec eius substantiam. vt ff. de fundo instructo. l. finali. nisi forte ex capacitate certe quãtitatis assumeret denominationem. vt cõtingit in mensuris publicis. C. de sus cep. ⁊ arca. l. modios. libro x. dico quod falsus modius modium

20 facit. vt not ff. de dolo. l. arbitrio. §. de eo. Sexto. videnduz test de rebus incorporalibus vt sunt iura, seruitutes, actiones, ⁊ obligationes, ⁊ similia. Dico quod quedam sunt iura secunduz iuris dispositionem individua ⁊ tunc ipsorum forma substantialis est ipsius rei natura. Et ideo natura actionis dicitur ipsius figura. vt C. de rei vxo. action. l. vnica. §. cum autem. ⁊ hoc etiam patet, quia si nature actionis aliquid addatur tunc dicitur noua actio. l. vnica. §. cum autem. de rei. vxo actio. Ubicunque autem reperitur aliter, est impropria locutio. vt patet cum iura senatusconsulti, sicut regula ista, attribuuntur Trebelliano, vt Jnstit. de fideicommiss. here. §. sed quia. et ff. de pact. l. iuri gentium. §. adeo. Sed quia consistit in individibili. adeo. quod in ea

non potest aliquid addi, nec detrahi quin corrumpatur, ⁊ transeat in aliam speciem, vt ff de iusti. ⁊ iure l. ius ciuile. statim vbi aliquid detrahitur, vel additur iuri naturali, vel gentium, effi-

21 citur ius ciuile. Hoc patet in seruitutibus, in quibus si aliquid detrahitur, non valet detractio, vel transit in aliam speciem. vt ff. de acceptilation. l. a per iusiurandum. §. primo. ⁊ §. sequen. Item nil potest addi. ⁊ si addatur. erit non seruitus. ff. de aqua pluuia. arcen. l. si prius. in princip. ⁊ quod ibi not. Et hoc

22 patet in stipulationibus. ff. de verbo. obligationibus. l. i. §. si quis simpliciter, ⁊ §. sequen. vbi si. responsioni aliquid additur, vel diminuitur de eo quod erat positum in interrogatione. vitiatur stipulatio. vbi dicit text. quod alia res est, ⁊ ista sunt vtilia ad multa. vt ibi dixi. Sed hic obijcit quod obligatio potest tolli pro parte. solutione. acceptilatione. ⁊ similibus, vt l. stipulationes. §. secundo. de verboruz obliga. Potest etiam tolli in modo contrahendi, ⁊ huic nil potest addi, vel detrahi. Et ideo dicunt iura quod certi sunt modi. l. obligationum fere. §. placet. de

23 actionibus, ⁊ obligationibus. Primo potest considerari ipsa obligatio prout contracta est. ⁊ ideo quia de his que ipsam obligationem respiciunt. nil potest addi vel detrahi. ⁊ ideo nec conditio, nec tempus nec locus. adhibetur. vt ff. de legatis primo lege. nemo potest. ⁊ dicta l. obligationum fere. §. placet. ⁊ ideo dictum est s. quod variatio in condi tione, vel tempore facit esse aliam rem, sed ipse adiectiones apponuntur quantum ad exceptionem. per quam ipso iure obligatio non leditur, nec mutatur, ⁊ dictis legibus. Secundo potest considerari obligatio respectu rerum, que sunt in obligatione. ⁊ tunc ipsis rebus potest addi, vel detrahi, et illo respectu dicitur obligatio pro parte

24 perimi in his, que diuisionem recipiunt. Itẽ predictis obijcitur iurisdictio, que res individua est. ⁊ tamẽ dicimus quod multis modis iurisdictio prorogatur. Respondeo ipsa iurisdictio non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materie quia in plures personas vel in plures res extenditur. ipsa tamen in se non recipit augmentũ, vel diminutionẽ. Exemplum. Una scientia dicitur crescere quando a pluribus scitur, tamen in veritate ipsa in se nõ crescit. hec nõ prosequor, licet vtilia ⁊ necessaria sint.

Ager inundatus a flumine, si flumen postea recessit quando primo domino restituatur.

Sed vir est vt id obtineat. Id est nullo modo id obtinens. Sed contra istud est Instit. de rerum diuisio. §. alia sane causa Solut. illud verum de rigore, hoc de equitate secundum Azon. & bene cum determinatione, quam infra dicam dantur in glo. alie solutiones, que etiam sunt bone in casu suo. † Ideo pro ipsarum declaratione distingamus, Aut flumen recessit cum impetu, et restituitur primo domino, vt infra proxime, & ita loquitur hic tertia solutio. gloss. j. in verb. sed vir. Ratio, quia magis videtur fuisse inundatio, quam alueus. Aut non recessit cum impetu & tunc aut apparet forma primi agri, & domino primo restituitur, vt hic in ij. gloss. Ratio quia non desinit esse ager, sed remanet forma. Aut forma non apparet, & tūc aut loquimur de rigore, & non restituitur primo domino, vt in precedenti rubrica & in Instit. de rerum diuisio. §. alia. Aut de equitate, & tunc restituitur primo domino, secundum Azo. vt hic quod intelligo nisi flumen fecerit ibi alueum per decem annos inter presentes, & viginti inter absentes. Sic enim quilibet prescripsisset, ergo flumen cum habeat titulum de iure gentium. argumen. ff. de capt. l. in bello. §. si quis seruum. Item quod dicit in toto fundo, idem in parte fundi eadem ratione. Item sicut recuperat fundum, seu partem eius, ita videntur per eandem rationem equitatis quod habeat ius acquisitionis alluei dimissi, vel eius quod adderetur per alluuionem, & ista est mens istius litere, si bene inspiciatur.

Aliud sane Tertia pars, que loquitur de inundatione fundi.

1 ✠ Species pro figura sumitur.
2 Inundatione licet perdatur possessio. tñ dominium non mutat.
3 Prescriptio nunquam potest perfici in possessionibus existētibus iuxta flumina.

Speciem. Id est formam, vel speciem, id est figuram, vel speciem proprie † hoc non facit transire in aliam speciem.

Non mutat. Magis esse est tegere, seu cooperire ad tps quam inundare, facit ff. de acquir. rer. domi. l. ergo. §. alluuio. de flu. l. j §. si fossa. Sed cōtra
2 de acquir. possessio. l. ij §. Labeo. Sol. † Per inundationem nō mutatur dominium, vt hic, sed perditur possessio, vt ibi, quia illo
3 instanti non potest possideri, quod not. pro † possessionibus que sunt prope flumina in quibus nunquam potest perfici prescri-
4 ptio propter interruptionem. Item contra ff. quibus modis vsusfru. amitta. l. si ager. Solu. ✠ Dicit dici quod donec aqua iacet, dominium perditur, sed aqua recedente, restituitur, vt ibi, & quod hic dicit, non mutat, expone, id est mutare non videtur, recedente aqua. Vel verius dic, quod in lege contraria, ponuntur duo casus. Primus, quando flumen fecit alueum, & sic concordat cum precedenti. Secundus, quando non fecit alueum, & quod ibi dicit non reuertitur dicit quatenus de facto exiuit vt ibi no. per gl. Item contra ff. quib. mod. vsusfru. amit. l. cum vsusfructus. in princi. Sol. vt dicit hic glo. in verb. speciem, in fin. Deo grātias.

ADDITIO.

a Th. D. ✠ Prescriptio. Vide Alexand. in cōsi. clxxvij. in vj. volum. incipiēn. in causa, & lite vertente.

Tractatus de Iurisdictione,

editus per do. Bartol. a Saxoferr.

ADDITIO.

a Th. D. ✠ Tractatus de iurisdictione. Adde qō inuenitur alius tractat. de officio iud. & in quibus casibus habet locum officium iudi. incip. Quoniaz quotidiana magis sciri debent, & ille tractat. attribuitur Bar. & est in meo lib. consi. xcij. & charta lxxvij. tamē credo quod nec iste tractat. nec ille est Bartol. quia styl⁹ non est ipsius. Et de materia iurisdictionis quādo sunt duo fratres habētes iurisdictionem, & merum imperiū, & vnus delinquit possit alius punire fratrem, vide Alexand. de Imol. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de legatis primo. & ibi multa ponit.

1 ✠ Factum a iudice quod ad eius iurisdictionem non pertinet, vel spectat ad eius officium non est ratum habendum.
2 Sententia, confessio, processus, & preceptum facti coram iudice non suo, sunt nulli, nisi in causa reconuentionis, & quādo iurisdictio ordinarij sit prorogata.
Iurisdictio delegati non prorogatur,
3 Prorogans iurisdictionē iudicis ordinarij potest penitere vsq; ad litem contestatam, licet teneatur ad interesse si conuenerit.
4 Sententia lata in ducentis a iudice qui vltra centum iudicare non poterat, is non valeat in ducentis valeat tamen in centum.
5 Actus ab inutili in contractibus in quantitate separatur.
6 Rei vendicatio an detur pro iurisdictione.
7 Officium iudicis datur habenti ius in aliqua dignitate, et actio confessoria.
8 Laicus, qui delictum commisit, et postea effectus est clericus a quo iudice puniatur.
Fraus ex quibus presumatur.
9 Incola deliquens in loco, & transferens se ad alium locum requisitus, & positus in bannum a iudice delicti, potest inquiri et condemnari a iudice domicilij pro dicto delicto.
10 Fur qui furtum commisit Parme postmodum aliud furtum et deprehensus per potestatem Parme potest per ipsum tam quam famosus suspendi, si non fuit aliter pro primo punitus.
11 Consuetudo in criminalibus inducitur per bimum actum.
12 Iudex ex pluribus habentibus eandem cognitionem in criminalibus, prefertur alijs in procedendo qui prius incepit.
13 Judices duo si concurrant in citando delinquentem, et non apparet quis primo, quis secundo citauerit, debet constare quis eorum procedat, vel per superiorem concordentur, & pena per medium diuidatur.
14 Delicto commisso in confinio duarum ciuitatum, vtercto ratione dubij procedit.
15 Mandans homicidium fieri, an secuto homicidio is in mandati delicti possit per iudicem loci in quo mandatum factum, et delictum sequutum puniri.
Argumentum de contractibus ad delicta procedit.
16 Remissio in criminalibus de vbanitate non de necessitate dicitur.
17 Jurisdictio delegati qualiter finiatur morte delegantis.
18 Jurisdictio delegati Pape, et Papa mortuo non expirat.
19 Jurisdictio vicarij episcopi, etiam re integra, non expirat morte episcopi.
20 Officium executoris gratie apostolice non expirat, etiam re integra morte concedentis.
21 Procurator quando censeatur reuocatus morte constituentis.
22 Jurisdictio delegati an expiret morte ipsius delegati.
23 Delegatio si est facta pluribus iudicibus sine clausula, quod si non omnes, et aliquis eorum preuenerit, alle emporet.
24 Clausula, quod si non omnes, vel quod coniunctim occupantis non sit melior, apposita in delegatione, operatur quod si vnus inciptat, collega non excludatur.
25 Electio si est facta de pluribus ad aliquod officium, vno eorum absente, vel recusante exercitum totius iurisdictionis interim pertinet ad collegam.
26 Assessor presidis non habet iurisdictionem in sententiando, et consuetudo contrarium obseruet.
27 Preses si remouetur ante tempus, dicitur culpa assessoris.
28 Presidentium vnus ciuitatis si fuit cum exercitu extra territorium ciuitatis, ibi non habet iurisdictionem, nisi fuerit motio vt facta in exercitu valeant.
29 Presidentes ciuitatis habent iurisdictionem primo suis familiares in officio delinquentes.
30 Presidentes ciuitatis possunt cognoscere de inquilinatibus suis illata.
31 Judex extra prouinciam existens potest iurisdictionem dare, et excommunicatum sibi suppositum absoluere.
32 Syndicus qui habet syndicare officialem an potest cognoscere de homicidio per officialem commisso, durante officio.
33 Parmensis si accusatur coram Bononiensi de delicto interrio Bononie commisso, & accusatus comparet declinando, & si delictum dicit illud se commisisse in regno, an super actione procedi possit, non obstante exceptione.
34 Jurisdictio est nomen generale comprehendens merum, & mistum imperium licet non conuertatur.
35 Cause meri vel misti imperij, vt delegari possint, duo requiruntur de iure ciuili, de iure canonico secus.



Primo igitur circa hanc materiam dicendum est, quod iudex ordinarius, vel delegatus statim quod fines sue commissionis excedit, nil agit, quia facta per eum non valet ipso iure, vt extra de sententia, & re iudicata. cap. j. Cum enim iudicat de eo quod ad eius iurisdictionem non pertinet seu vltra quam ad eius iurisdictionem spectantem, non valet quod agitur.

si non cõmp,iud.l.j.ꝛ C. quando pronũ.non est necess.l. certa rõne,extra de cõsuetud.cap.quanto.ꝛ l. ff.de iurisdic.om. iudi. Non enim intelligitur iudicium, quando iudicatur ab eo,qui ius iudicandi non habet.ff.ad Trebellian.l.j.in fin. vel ius dãnandi non habet ff.de pen.l.ỹ.in fi. Item si iudicat inter homines non sue iurisdictioni subiectos,vel ipsius delegationi subiectos, ꝛ contentos,vt dicta l.j.ꝛ ff.de officio presid.l ỹ.ꝛ extra de iudi. cap.at si clerici.de officio deleg.capit.pen.ꝛ xi.q.ỹ.cap.j.ꝛ l.fin. de iurisdi. om. iudic. Non enim debet immittere falcem in messem alienam.vj.q.iỹ.can.scriptum.ꝛ extra de electio.cap.venerabilem.in princ.ꝛ ff.si ser.vendi.l.sicuti.§.Aristo.Et talis sententia ab extraneo,siue a non suo iudice lata, dicitur sententia peregrina.iỹ. q.v. cano. peregrina. Idem.si iudicat vltra tempus sue iurisdictionis,vt ff.de pen.l.fin nam transacto tempore, iurisdictio expirat:vt ff.de offi.presid.l.iỹ.ꝛ ff.de offi. prefec. vrb.l. ỹ.ꝛ de iurisd.om.iud.l.fi. Idem,si existat in loco sui territorij: si tñ pronunciat de reb. extra territorium vel intra existentibus, quia si dici posset quod iudicare de bis valeat tamen missionem facere non potest.ff.de bo.author.iud.posl.cum vnus.§.pen. et dete m.l.a diuo Pio.in prin,ꝛ dic vt plenius not. C.vbi in rez
1 act.lina. Conclusio autem ad omnia predicta est. quod factus a iudice, quod ad eius iurisdictionem non pertinet, vel spectat ad eius officium non est ratum habendum vt ff. de regu. iur.l. factum a iudice.ꝛ extra eo.tit.c.ỹ.ꝛ c.quoties.li.vj.ꝛ l.fi.ff. de iu-
2 risdi.om.iud. et idcirco † tam sententia,quam preceptum, quam cõfessio,ꝛ omnes processus coram iudice facti nullius sunt momenti vt extra.de iudi.c.at si clerici.ꝛ ff.de pe.l.ỹ in fin. Predicta aut fallũt in casibus suis. vcz in reconuentione cause ciuilis: vt C.de sen.ꝛ interlo.om.iud.l.cum Papinianus.per authen.ꝛ consequenter.ꝛ C.eod.d.c.at si clerici. Eliquando partes consentiunt scĩtes eum qui habet alias ordinariam iurisdictionẽ, non dico delegatam.licet inter easdem personas non cõsentientes.non de illa re vel quantitate,vt C.de iurisd.omn. iud.l. j.ꝛ ff. de iudi.l.j.ꝛ ỹ. plenius not.in d.c. at si cleri. Sed tamen non at-
3 tendas dicit esse differentiam,si talis consensus durat quouisque lis contestetur. si enim peniteret consentientem qñcunque ante litem contestatam, non compellitur huic conuentioni stare, vt casus de iurisd.om.iud.l.si conuenerit. licet penitẽs possit conuenire ad penã,vel interesse si adiecta fuerit,vt C.de pact.l. si pacto.ꝛ Inst.de inutil.stip.§.alteri.ꝛ adde casus qui no.ꝛ.q ỹ. in fi.
4 Ex predictis igitur primo quero Quid ff si iudex profert sententiam vltra quantitatẽ sue iurisdictionis,vt puta bz potestatẽ cognoscendi de causis consistentibus vsque ad quantitatẽ centum aureorum,sed ipse fert sententiam in ducentis aureis;num quid valebit sententia in aliquo?ꝛ an valebit sententia? ꝛ in quibus iudicare potuit? Et certe de vltiori quantitate non est dubium,vt s.dictum est.ꝛ ad idem ff. mand.l. rogatus. sed in ea quantitate in qua potest,an valeat sententia? glo. variauit. Mas ff.de iurisd.om.iudic.in l.si idem cum eodem.in fin.gl. dicit.idem esse.ꝛ allegat ff.de fideiussoribus.l.si a reo.ỹ.respõ.ꝛ l.Erecti. §. illud.ꝛ aliter glosl.dicit C.de re iu.l ỹ. Unde quidam ita distinguunt. Aut iudex pronunciat vltra quam possit ꝛ debeat. ꝛ tũc ipso iure non valet sententia. Idẽ si vltra quam põt vt C.quando pronũ.non est necess.l.certa. aut vltra quam debeat. Si vltra
a quod illud inutile tantum vitietur,a vt d.l. certa.ꝛ ff.man. l.si procurator.ꝛ quod no.C.de sacrosan. eccle.l.illud. ꝛ clare dicitur extra de preben. c. dilectus. quia bz sententia non possit pro parte valere ꝛ pparte non valere.d.l.in hoc iudicio.ff.famil.erciscũ.et C.eod.licet.verum est quando vna species alteri coheret.non
5 alias.vt d.l.in hoc iudicio.sed in contractibus † separabitur vtile ab inutilinia quantitas est ipso iure diuisa. vt not. de re iudi cal.a diuo Pio.§.hoc amplius.ꝛ cũ vitiata quãtitate inutili remanet vtilis.ꝛ in ea valet.vt ff.de vsur.l.placuit.et de verb. ob. l.j.§.si stipulanti.que quidam inutilis adiectio ita vitiatur,quod nõ habetur pro adiecta.ff.de ver.ob.l. si quis stipulatus absente.

Secundo quero an † Papa possit iurisdictionẽ vẽdicare? Et dixerũt quidã,q̃ non,qz dicunt q̃ iurisdictio est quoddã genus: sed aliquid in genere vendicari non potest.ff.de rei vendi. l. si rem. in prin.ergo.ꝛc. Item alia ratione,quia. (vt dicunt) iurisdictio est quoddam ins incorporale. in iure enim consistentia incorporalia sunt,vt ff.de rer.diui.l.i.§.j.ergo vendicari non põt,cum ea vendicantur que possidentur. C.de alie.iudi.mu.cau.fac.l.j.ꝛ ff.de euict.l.vendicantem.ꝛ l.vendicatio.ff.de rei vendic. sed incorporalia non possidentur.ff.de vsuca.l.sequitur.§.fi viam. ergo vendicare non possunt:sic dispensatio,cũ consistat in iure, vt lex disponit.tamen verum distinguitur. Econtra videtur, quod sic,qz cum non pro iure incorporali,sed seruitutis, vel usufructus detur actio, vt Institut.de actio.§.ỹ.ꝛ iỹ. Sed potest responderi quod illud ideo quia sunt actiones in rem scripte,vt ibi dicitur. Item videtur ad id quod sicut filium meum,, siue libertũ vel colonum in quibus ius potestatis habeo possum vẽdicare, vt plene no.ff.de lib.exhiben.l j.§.penult.sed hic fiet vẽdicatio ad ista tamen de iure Roman.vel Ciuiliter. Preterea,ibi vendicatur persona propter ius quod in ea prætenditur, sed in proposita qstione nunquid possit iurisdictio vendicari? Sed ad hoc respõdeo quod si recte intelligas, quod per predicta iura questio est sublata. Nam semper oportet esse personam. vel in qua vel ꝓpter quã iurisdictio vendicatur quod potest esse multis de causis,extra de prescrip.c.cum olim extra de mnio.ꝛ obed. per totum.xvj.q.vỹ.c.omnes basilice. ff. de iurisdi.omn.iudi.l, et quia Vel dic quod ibi petitur iurisdictio tẽporalis, vel secularis dignitatis, vt puta ius Comitatus vel Marchie, vel Baronie, vel ius alterius dignitatis spiritualis. vt puta decanatus, vel prepositur.ꝛ vel alia dignitas. Implorabit etiam cognitionem
7 pretoris vel officiũ iudicis. Dictum est enim est qui habet ius in aliqua dignitate.vt possit eam petere.sed quia non competit sibi aliqua actio,habet officium iudicis.ff.de min.l. quod si minor.§ fi.ꝛ de libe.exhiben.l.j.§.hoc interdictum.ꝛ talis actio sine officium erit nobile. Et hoc tenet Spe.in titu.de act.§.sequitur. versi.vtrum autem petens.ꝛ de religiosis domibus versic. porro si aliquis petit. Rei vendicatio autem in predictis non competit quia pro rebus tãtum corporalibus datur, vt s.dictũ est, ꝛ posset dici quod actione confessoria agi possit secundum Inno.ꝛ plene extra de excep.c.venerabilis.

8 b **Tertio quero**, †quidã laicus delictuz cõmisit, ꝛ postea effectus est clericus.° qritur ad quem spectet cognitio illius delicti. an ad iudicem secularem.de cuius foro erat tpe perpetrati criminis, an ad iudicem ecclesiasticum,in cuius iurisdictione nunc inuenitur per susceptionem ordinis clericalis? Et primo videtur quod sit cognitio iudicis secularis,quia debemus spectare tempus delicti. ff. de penis.l.j.ꝛ l.mortis.in fine.ꝛ de quest.l.statuliber. ꝛ sic spectamus tempus contractus.ff.de contrahen.emptio.l. Rutilia.extra de elec.c.dudum.ꝛ videtur casus de adulte.l.adulter. §. si eo tempore.vnde per commissionem delicti videtur prenẽtus a iudice seculari,arg.ff.de iudic.l si qs postea.ꝛ de iurisdictio.omn. iudic.l.pen.extra de foro compe.c.proposuisti.Ad idem facit,qz obnoxius muneribus realibus licet efficiatur miles,cogitur ad illa munera subeũda.ff.de mu,ꝛ bo.l.cura.in fi.ꝛ C.de sac.sanc.eccles.l.qui sub pretextu.ff.de iur.immu l.semper.§.diuus.quia nox a caput sequitur,vt delicta ꝛ honores cum capite ambulent.ff. de nox. l. j.ꝛ de car.l.cum fine.ꝛ ff.de iniur.iniuriarum. Item, quia seruus delinquens si postea efficiatur monachus,vt penã euitet,debet de monasterio extrahi,ꝛ pene tradi.d.§.si quis. de furtis.l.si seruus nauem. Sic etiam eximitur a milita,ꝛ a militari soluitur sacramento miles,qui propter metũ delicti,quod ante commisit.nomẽ militie dedit,vt ff.de re mil.l.fi. Addides,C.de decu.l.omnes.lib.x.C.de epis.ꝛ cleri.l.officiales.in prin.C.ad le. Corne.de fal.si quis decurio.§.nec vero.C.de cu.vel cohor.l.j.ꝛ extra de pen. c.cum dilectus.ꝛ de voto.ꝛ vo.re.c.ỹ.ꝛ de excu.tu.l tutor.ꝛ ff.ad munic.l.incola. Econtra videtur,qõ cognitio istius spectet ad iudicem ecclesiasticum,de cuius foro effectus est Pã per ordinis assumptionem exemptus est a iurisdictione laicoũ, C.de Episco.ꝛ cler.l.quisquis emensis.imo punitur pena sacrilegij laicus,qui cognoscit ꝛ iurisdictionez exercet in clericos extra de foro compet.c.ỹ.ꝛ de iur.ca,c.cum olim. vnde si iudex laicus se intromittat,non valet quod agitur,tanquam ab incompetente factum vt extra de iudi.c.j.lib.vj. Itẽ quia deuenit ad eum casum,a quo non potuit incipere ideo vitiatur.ff. de seruit.l.pro parte.ꝛ ff.de re mili.l.qui cũ vno.§.reus.quia sicut superueniẽs dignitas temporalis eximit quẽ ab alterius potestate, vt in authen.sed episcopalis.posita C. de Episco.ꝛ l. sacrosancte.ꝛ C. de decu.l.fi.ita multo fortius dicitur, quod superueniens dignitas spiritualis debet eximere iurisdictione laicorum,vt C.de re.auth.Nazaros. Item quia per assumptionẽ ordinis est post ea defendendus excusando.ff.de vaca.mu.l.iỹ.in prin.ꝛ l.bis bonoribus.§.j.ꝛ ff.quis cau.l.qui autem.ff.de excus. tuto. l. spadonem.§.si autem.ꝛ l.iurisperitos.ꝛ ff.de arb.l.nõ distinguimus.§ sacerdotio. Respond.distinguendo. Nam si constat.quod laicus propter commissum delictũ efficiatur clericus in fraudem. ꝛ causa euitandi penam delicti puniendus est per iudicem secularem. per iura primo alle.ꝛ maxime per l.bos accusare.in fin.primi responsi.ff.de accusat.ꝛ de adult.l.si maritus.§.legem.fraus autez presumitur.secundũ Dy.si tam erat accusatus,vel in crimine deprehensus.per l.post contractum,ff.de dona.Si autem non cõstat.nec est fraus presumpta. etiam puniendus est per iudicẽ ecclesiasticum,per iura secundo alleg.arg.ff.de bo.co.l.fin maxime vt cum de damnatione agitur,deprehenditur in habitu. proba-

tur extra de sententia excomm.c.si iudex.lib.vj.vel dic vt ibi no.

9 Sed rursus † queritur, quidam post delictum commissum fit notuiter incola alterius loci, vel se transfert ad alium locum, vbi primo domicilium habebat, cõtra quem iudex loci, vbi deliquerat procedit, & eum ex contumacia ponit in bannum, iudex vero loci vbi nunc inuenitur delinquens, procedit contra eundem ex eodem delicto, queritur vtrũ de iure possit? Et videtur, quod non, quia quoties de delicto est semel cognitum non debet amplius cognosci, siue absoluendo ff.nau.cau.stab.l.l3.ff.de accu.l.si cui. ℌ. Idem crimẽnibus.C.eo.l.si quis homicidiũ. siue etiam condẽnando, vt ff.de accu.l.senatus.& de exce.re.iudi.per totũ, cum nõ debeat de delicto eiusdem bis sepius queri. ℨ in casu proposito iudex loci delicti cum semel quesierit eum ex contumacia cõdemnando, sequitur quod secundus iudex eum punire non ds. Contra, quod sic, non obstante dicto banno, quia per bannum non dicitur a pena delicti absolutus, vel condemnatus. Non enim fuit nomen eius receptum inter reos quod fit per litis contestationem.ff.de adul.l.si maritus.ℌ. Prescriptiones.C.eo.l.adulteram.& ideo diffinitiua ferri non potuit.C.de lit.contest.l.j.in authen.de exhiben.reis.ℌ.si vero.C.de accu.l.absentes.ff.eo.tit.l.iũ. Et si obijciatur, quod licuit ex forma statuti, quo cauetur, vt etiam contumax possit diffinitiue condemnari, respondeo, quod ex tali condemnatione nulla pena est secuta. vnde condẽnatio opitulari non debet.ff.de exce rei iudi.l. euidenter. nec ex suo delicto, vel ex sua improbitate debet actionem, vel lucrum consequi.ff.de furt.l.itaque.ff.de interdi.& rele.l.relegatorum.ℌ. fi.& de neg.gest.l.siue hereditaria. hoc videtur verius, quod bannum fuit ratione contumacie, et etiam pro delicto aliter fuisset punitus. nam si presens fuisset, sine pena non euasisset.

10 **Quarto queritur**, quid fit ſ. utine fur vnũ furtũ cõmisit aliud Parme, nec inuenitur quod fuerit de aliquo predictorum punitus, nunquid si deprehendatur per Potestatem Parme, possit eũ furcis suspẽdere: quod videtur, quia sepius commisit ff.de pen.l.capitalium.ℌ. famosos.& quia binus actus inducit consuetudinem.C.de episc.au.l.iũ. & quia sepius committendo videtur famosus, id est, fama, vt ibi dicitur. Et not. quod plura delicta concurrentia aggrauant penam delinquentium: quia grauius puniuntur.ff.de re mil.l.non omnes.ℌ. qui desertioni.et C. de rap. virg.l.j.ℌ.fin. Ecõtra videtur, quod non: qz in territorio Parme vnum tantum furtum commisit, de quo tamen habet punitionẽ Potestas Parmensis, vt in authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.ff.de offi. presi.l.j.& secundum omnes fustibus erit puniendus regulariter pro vno furto quod in loco sue iurisdictionis commisit, vt in authen.ℨ nouo iure.C. de ser.fug. vnde de alijs nil ad eum, vt ff.si ser.ven.l.loci corpus.ℌ. competit. Cõstat enim, quod de alijs est iudex per eandem l.iũ. & dictum est plenius. ℨ in prin. huius tractatus. imo, quod ad alia maleficia alibi commissa est remittendus, & ad locum criminis puniẽdus per suum iudicem, vt in authen. vt nulli iu. ℌ. si vero quis comprehensorum. & de accu.l.si cui.ℌ.fina.& hoc videtur verius. ℨ Hur. de Suza, secundum feroces rectores contrarium seruat dicens, quod constat eos tunc famosos esse, & ideo vt famosi puniẽdi sunt. Et itelligit † quod binus actus inducat cõsuetudinẽ in criminalibus, alias non, vt extra de cau.pos.& ppriet.c.cum dilectus. Qualiter autem quis puniatur pro pluribus furtis, dic vt plenius not.ff.de penis l.capitaliuz.ℌ. famosos. de causa dic, vt in authen. sed nouo iure. iuncta gloss. ibi. C. de seruis fug.

11 **Quinto quero** † quando plures sunt iudices, qui parem habeãt iurisdictionem in causis, vt puta Potestas & Capitaneus, quorum vterq; habet iurisdictionem in maleficijs, & eius cognitionem vt est in aliquibus ciuitatibus, vt Perusij. Vel pone in scholaribus. q habent tres iudices, vt in auth. habita. C. ne fil. pro pat. vel pone in iurisdictione presidis puincie rectores ciuitatis illius vt puta in Marchia, vel in patrimonio. Modo accidit quod perpetratum est delictum in illa ciuitate vel territorio, cuius occasione rector prouincie & Potestas illius ciuitatis incipit procedere queritur quis eorum preferatur? & preferendus est qui in citatione preuenit, vt ff.de iudic.l si quis postea.& l.vbi ceptus.& c.

13 ppositi. extra de fo.comp. Quid, † si ita concurrant in citado, quod nõ appareat quis prior, & quis posterior citauerit? Et primo videtur quod inuicem se impediant per concursum & q prevenit, procedere debet.ff. de le.j.l. huiusmodi.ℌ. fin. C. qui admit. ad bo. poss. l.si ff.de reb. dub. l. quoties. vnde ratione incertitudinis neuter admittẽdus videt. ff. de vsufr. l. si quis. ℌ. interdum. et de re iud. l. a diuo. Ad idem, quia vbi ratio ista inuenitur eo tempore, & die confecta. ita quod non appareat quod fuerit primum & qõ posterius, ratione incertitudinis neuter valet. ff. de bono. poss. secundum tab. l. j. ℌ. i. & ibi no. & in ℌ. si quis. Ecõtra videtur, quod vterq; habeat iurisdictionem ff.de excu.tut. l.si vnus oriundus. ne vnus per alium impediatur: quia in hoc sunt pares: quia par in parem, &c. l. ille a quo. ℌ. tempestiuũ. ff. ad l. Rho. & l. digna vox. C. de legi. Sed ex hoc sequeretur valde absurdũ: quia non debet pro eodem furto citari & ad diuersa tribunalia vocari. ff. de re iud. l. contra pupillum. ℌ. j. C. de iud. l. nulli. ff. iud. sol. l. iam tamen, & quia de delicto eiusdem hominis non debet sepius queri. ff. nau. cau. stab. l. j. in fi. de accu. l. senatus. & ideo dic quod vnusquisque illorum rectorum in dubio consequitur medietatem illius pene, et sic diuidantur inter se pro diuidia parte. & est expressum. ff. de pigno. l. si fundum. ℌ. si alicui. & el. in delictis. & ff. loca. l. in operis. & ideo inter se debent conuenire quis eorum procedat, & alter desistat, ita quod empore exactionis quilibet dimidiam consequatur, vt dictum est: alias per superiorem compellentur concordare. ff. de excu. tut. l. chirographis. & de per. hered. l. iũ. & de preb. c. ad hec. & not. lxv. dist. can.

14 si forte. † Et idem dicitur in simili questione, videlicet quando commissum est delictum in confinio duarum ciuitatum, & dubitatur in cuius territorio est commissum. Nam ratione subiũ vterque ciuitatis rector procedere potest vt plene not. ff. de libe. agno. l. siue contra. in beneficijs autem simul pluribus obstiss. dic vt extra de preben. c. si a sede apostolica. lib. vj.

15 **Sexto** † queritur, ciuis veteris vbis tractatũ habuit & mãdauit in ciuitate Viterbiũ cuidã Seio q occideret ciuem Viterbiensem in Viterbio. ibi ipse captus confitetur quod de mandato ciuis vbis veteris predicta commisit. qui transtulit se de vrbe veteri, & ibidem sibi mandauit quod occidi, rector Viterbiũ formato processu, procedit ad sententiam contra alium ciuem Viterbianum mandatorem: post tẽpus venit talis mandans in fortiam communis Viterbiũ, petitur contra eum executio tanquam contra bannitum, et condemnatum. Sed pro parte mandantis excusatur, quod nullus est processus tanquam ab incompetenti iudice factus quia rector Viterbiũ nullam habet iurisdictionem in eo: ideo celendus est processus nullus, tanquam factus ab eo, cui ius et potestas dannandi non fuit. vt plene dictum est supra in prin. huius tractatus. Econtra per Rectorem Viterbiũ allegatur quod vltius est processus ex eo quod mandans predictus mandauit crimen offensione vt supra probatum est multis iurib. & arg. et contrario matur primo quia licet arguere de contrarijs ad delicta ff. de iudic. l. omnem. Sed constat, quod ibi videtur quis contrarie se, vbi se soluturum constituit. vt l. contrariise. ff. de act. & obligo. ergo in proposito ibi deliquisse videtur, vbi delinquendam mãdauit. & sic Viterbiũ deliquisse videtur: quia cõsiderandum non solum verba, sed eius effectus sequutus. C. de libe. preter. iũ. vt quis non inspicimus tempus conditionis apposite, sed certitudinis. ff. de condi. & demon. l. legata sub cõditione. Igitur vbi inspicitur tempus perpetrati criminis, & locus vbi perpetratum est quasi precedentia ex postfacto confirmentur. ff. de reb. credi. l. proinde. Ideo Viterbiũ dicitur esse commissum. Item quia confirmandã donationem factam inter virum & vxorem non tenditur tempus facte donationis, sed illud tempus quod confirmari potest scilicet mortis, vt ex tunc valeat. vt no. inter vi. & vxo. l. si eũ. ℌ. fi. & l. seq. & C. de admi. tut. l. semper punitur mãdans. sicut mãdatarius. C. de accu. l. nouimus imo mãdans pro principali percussore habet. ff. ad l. Iul. de vi. si percussit consummatũ est mandatũ per consummationem delicti mãdati. ff. de verb. sig. l. sepe. ad fi. Igitur & si inspiciatur delictũ cõsummatũ, igitur & locus vbi cõsummatur ad finã referendo. d. l. proinde. Econtra videtur quod iudicius fuerit tanquam factum ab incompetenti iudice, cum in ciuem vbis veteris nullam habeat iurisdictionẽ, mãdatũ autem interuenit extra territorium Viterbiũ. vt supra proponitur: ergo. & arg. ff. iud. l. eum quem. & in l. fi. ff. de offi. rect. proui. l. iũ. C. qui pro iurisd. l. j. & ideo ad locum delicti remittendus est. vbi punitur. vt in auth. vt nulli iudic. ℌ. si vero quis comprehensorum. & fit delictum graue. Si vero esset leue, in loco delicti puniretur vt eo. ti. ℌ. si quis vero cognoscat. & no iũ. q. & in prin. & hoc videtur verius. Ad d. l. contrariise respondeo, quod bene ler non obstat: qz in casu nostro plura facta seu delicta commissa fuerunt versus quemlibet pro se, sed ibi pronisio & solutio sunt ad idem

16 quo ad obligationem dissoluendam ideo diuersum. Credo autem dixi de remittendo ad suum iudicem, intelligitur de vbanitate, non autem cogitur. vt not. ff. de accu. l. si cui. ℌ. fin. Sed contra prouincie iudex non tenetur reũ fugientem remittere ad locũ delicti, vbi puniendus est ita loquitur d. ℌ. si vero quis comprehensorum. quia iudex loci delicti cognoscit, & punit. ff. de excusatio. l. fina. & d. authentica. qua in prouincia, sed cum non sit graue, sed leue delictum, tunc sue prouincie iudex non cogitur remittere, sed puniet ipsum, vt in authenti. vt nulli iud.

vero cognoscatur.& not.iō.questio.vj.ex prouincia.vt S. dixi.

Septimo queritur †nūquid morte delegātis finiatur iurisdictio delegati? Et distingue, aut delegās moritur naturaliter aut ciuiliter. Item aut moritur re integra, aut nō. Primo casu, s. qñ moritur naturaliter,& re integra,in totū finitur iurisdictio delegati, vt ff.de iurisd.om.iu l.& qr. Iusti.mandati. ꝯ recte.& extra de offi.dele.c.ij.& e.ti.lib.vj.c.si delegatus a contrario sensu. Si autem moritur ciuiliter,puta quia relegatur, deponitur vel excommunicatur,vel deportatur,tunc si est res integra,finitur delegatio.vt ff.de leg.iō.l.cum pater.ꝯ. hereditatē.ff.de iure fisc.l. ... tius.ff.ff.de do.inter vir.& vxo.l.cum hic status. ꝯ. si donator. & d.c.ij. Ad idem quod not.extra de offi.dele.c.j.lib.vj. Īn alio vero casu quando delegatus re non integra moritur,quod ex so lacitatione,etiam ciuiliter siue naturaliter moriatur delegans, non expirat iurisdictio delegati,ff.de iud.l.venditor.ꝯ.j. qz per citationē perpetuata est iurisdictio,vt extra de officio delega.c. gratum.& de.si delegatus.& d.l.& quia. Predicta fallunt †in delegato pape cuius delegatio obitu non finitur committentis, ſz tanquam ordinarius remanet in iurisdictione sibi concessa,etiā post obitum committentis, non inspecto quod res sit incerta vel non.vt extra de offic.deleg.c.iō.lib.vj.& ibi not.idem †in officiali vel vicario episcopi,quia licet sit extraordinarius,vt extra de consue.c.non putamus.lib.vj. non tamen re integra expirat iurisdictio eius obitu committētis,vt not.de offic.vic.c.j.lib.vj. vnde summi pontifices est speciale propter dignitatem & bonorum prerogatiuam vt supra dictum est,vt d.c.j. Sicut etiam †nō finitur officium executorum ad exequendum aliquam gratiam vel prebendam ab apostolica sede cōcessam licet re integra cōcedens moriatur extra de offic.dele.c.si super gratia.lib.vj.† Sz quid de procuratore? Dic quod procurator re integra reuocat morte cōstituentis.vt C.de procu.l.procurator.nisi sit factus dominus per litis contestationem:tunc enim nō reuocatur, vt ea. ut l.nullum. Item in alio casu morte constituentis non finitur mandatum.si dominus procuratoris presente,& volente satisfecit pro eo:quia tunc etiam lite non contestat:non reuocatur, vt ff.eo.si defunctus. Si autem sit procurator ad negotia,dic quod reuocatus est morte domini.ff.man.l. inter causas.& Īnstit. eo. tit.& recte,quod est verū. si est res integra scilicet non inceptis negotijs vel negotiationi cepte non conueris. Si vero res non est integra.vt quia sunt cepta iam negotia vel eius conuenta moritur dominus:tunc procuratio durat ff.de inst.l.si quis mancipijs.ꝯ.si impubes.extra de offic.dele.c.fin.ꝯ.officium.lib.vj.& ff. de negot.gestis.l.eum actum.& l.atqui natura.ꝯ. Scueol.& C.vbi causa pupilla.& de pac.pig.l.fin. Sed quid re contra si moritur is, cui facta est delegatio,dic quod si moritur re integra non extinguitur eius iurisdictio, sed reuertitur in delegantem. extra de offic.deleg.c.lib.vj. Si autem re non integra extincta est iurisdictio eius,quia non reuertitur.vt dictis capitulis.& argu.eius quod legitur & not.ff.man.l.inter causas,in prin.& l.si quis alū. ꝟmorte.

Octauo queritur qđ si fiat delegatio pluribus iudicibus de eadē re necin delegatione est adiecta clausula,quod si nō omnes &c.que ponitur extra de offi.deleg.c.vno,an si aliquis eorū preueniat in cognoscendo, erit potior alijs consocijs suis? Primo videtur quod sic.ff.de iurisd.om.iud.l. cum quedam.etiam si nondum tulit sententiā.d.l.ꝯ.respondeo. Ad idem.ff.de procu.l. si pluribus.& quod not.ff.de iud.l.vbi.& quod not.in l.j.C.etiā per proc.&c.qō not.autem habita.C.ne filius pro patre.ff.de leg.j.l. si pluribus. in fi.Adde.ff.de iudic.l. si quis postea.extra de fo.comp.c.pro posuisti.Contra videtur quod nō:quia cum duobus causa committitur,in dubio omnibus commissa videtur, vt ff.de arb.l non distinguemus.ꝯ. cum in plures.pe.responso. Igitur sententia vnius non tenet.extra de offic.deleg.c.cum causam matrimonij. Item dic.duo er tribus. Unde videtur quod non si portio. ff.de nou.l.si quis a multis.& ff.de pec.l.si vero. Īn quibus dicit quod non preuenitur agendo vel litē cōtestando.nisi perueniatur ad sententiam,sed dic quod primus verius est & cum aliis ca fibus soluitur,ideo solue secundū Īyn.vt ipse not. in d.l.si plures.ꝯ.fin.sed in quesito perdēdo desideratur sententia, l.si quis a multis.ff.de nou.& Quandoque autem dicitur clausula:quod si non omnes &c.vel illa quod sit melior cōditio occupantis tūc siue vnus siue alter incipiat tamen collegas non excludit d.ꝯ.in plures.& dicto.c.j. extra de procu.si duo lib.vj. Idem si non fit ibi clausula insolidum. Nā quilibet agit pro parte,d.l.si plures. tus in ordinarijs quilibet per ses seorsum habet iurisdictionem, vt ff.de offi.procon.l.j.Etnon †facta cōuncta commissione,vel electione de pluribus ad aliquod officium, vel iurisdictionem exercendam vno eorum habēte vel recusante interim totius iurisdictionis exercitium pertinet ad collegam qui exercitiū occupauit,vt ff.de app.l. Īmperatores.ꝯ.si magistratus.

Nono queritur †nunquid assessor presidum habeat iurisdictionem in ferē do sententiam quibus assidet? Et dic quod non,sed sunt ferende per eos.scilicet.presides vt not.ff.de officio assessō. l.j. in gl. fi. Unde sententia lata per assessores non valeret nisi eam ferāt ex delegatione a presidibus eis facta, vt in eadem glos. que innuit,etiam si sint cause ciuiles,vel tales criminales.que delegari possunt.vt ibidem dicitur.sed de consuetudine secus obseruatur in ciuilibus. †Item dicit quod remoto preside ante tempus, dicitur culpa assessorum.licet autem contra. vt sibi imputet qui imperitum elegit.ff.de rei ven.l.vtique.ꝯ.si. ibi no.& vide quod not.gloss.in l.ꝯ.C.de officio eius qui vicem alte gerit.

Decimo queritur †quidaꝫ de presidētibus ciuitatis iuit extra territorium,vt puta quando ciuitas eorū facit exercitum contra aliquod castrum extra ciuitatis territorium consistens,nūquid habeant illi iurisdictionem mandandi inter suos subiectos? Certe dicendum est quod non:vt ꝯ.q.ꝯ.c.j.quia ibi priuatus est, vt no. ſz in prin.tituli: sed cautela est vt vel ante exercitum vel post in loco sui territorij faciat reformari,vt que in exercitu fiāt, valeāt, per ea que not. de ca. fnlo.ꝯ.q.vij. †Primo queri potest, nunquid presidentes habeant iurisdictionem puniendi suos familiares in iurisdictione, siue in officio delinquentes. qō videt ff. de custo.re.l.milites.& de penis.l.si quis forte. ꝯ. si quos comites.& alias p l.ꝯ.ff.de offi.pſi.ſz posset dici Ītum vt C.de offic. presi. Aug. l.ꝯ.sed ibi forte loquitur de ordinarijs iudicib. vnde in eorum priuilegium,quia forte habebat per se officium administrationis a populo. † Sed vlterius queritur, nunquid presidentes possint cognoscere de iniuria eorum familiaribus illata. Et primo Pet. videtur quod sic.ff. de arbi. l.etiam. de iu.d.l. in priuatis. Econtra videtur,quod non,quia ille loquitur in ciuili, ſz in criminali non videtur.ff. de iurisd. om.iu. l. qui iurisdictioni. ſz dominus Jac.de are.dicit quod sic quia per hoc videtur sententia tueri dignitatem.ff.de offic.presi. l. obseruandum. et tunc non est dicenda qō potestatis,sed dignitatis,vt C.de heretic. l. Manicheos. Ad hoc facit quod not.ff.ad muni.l.de iure.& ꝯ.q. vij.c.si quis episcopus. Jure vero Decretalū non distinguitur, vt extra de preben.c.j.li.vj.† Postremo dic,quod licet iudex nō possit extra territorium suū vel prouinciam iudicare.vt ff de de iud.l.j.& ff.de interd.& releg.l.relegatorū.ꝯ.sicut.& ꝯ.si quis & diri in prin.huius questionis.nec etiā potest ibi ordinare vt not. i.q ꝯ.extra volūtariam iurisdictionem potest idem exercere,& de legare.vt no.extra de ver.sig.c.ex parte. Ītē potest absoluere excommunicatos suos in quacunque prouincia, vt ibi pro tribunali autem sedere in alterius prouincia non potest. vt extra, de offi.le.c.nouit.item non parochianum alterius prouincie ad penitentiam recipere.vt no.extra de sepul.c.j.

Undecimo queritur †ficorā syndico, qđ aliquem officialem syndicare preponitur,vel instituitur actio de aliquo maleficio personali,quod dicitur commissum per eū officialē, qui syndicatur suo durante officio,vt puta de homicidio vel alio crimine personali commisso,cum eius durabat officium,nunquid habet iurisdictionem cognoscendi,& puniendi? Et primo videtur quod non,quia syndicus non habet merum vel mistū Imperiū sed solam cognitionem,& punitionem. De administratis,negletis,vel ablatis per illū officialem occasione illius officij,de quibus puniendus est per iudicem illius loci vbi officium gessit de alijs potius videtur cognitio rectoris succedentis in illo officio siue alterius qui de hoc habet iurisdictionem quā ipsius syndici,quia ad ipsum nequaquam spectat cognitio meri vel misti secundum formam statuti. Econtra videtur quod possit quia examinator villicationis audire debet generaliter omnē villicationis speciem & ipsam de omni eo quod commisit, punire p. c. qualiter & quando.el.ꝯ.extra de accus,sed generalis nunquā syndicatur de omnibus in officio cōtingētibus audire,& cognoscere debēt,quia qui omne dicit,nihil excludit.extra de maio.& obed. c.solite.in fi.& quia verbum generaliter pro latus generaliter est intelligendum.ff.de ser.vrb. predio. l. si seruitus. videtur etiam quod omnis syndicus de predictis punire non possit,cum in generali commissione non veniant,nisi nominatim specialiter demonstretur.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdi.l.j.extra de offi. vica.c.j,lib.vj. Unde dicendū est quod omnis sua authoritas dependet ex forma siue electionis,& potestatis illi attribute. ff. de arbi.l.nō distinguemus.ꝯ.de officio. Sed cum dictus officialis dictum delictū commisit suum officium exequendo,an teneatur vel non,dic vt plene no.ꝯ.de questio.ij.q.iij.

17 † Quero de questione, que fuit in ciuitate Brixie, de facto inter duos fratres, Joan. & Mart. litigantes adinuicem, qui compromiserunt in laicum communem tanquam in arbitrum, & arbitratorem qui arbiter ex gratia Joan. & Martini auditis iuribus vtriusque partis pronunciauit contra Martinū, postea in processu temporis dum ipse Mar. nollet parere sententie ipsius arbitri. Joan. petebat penam ab ipso Martino coram iudice, qui Mart. dicebat, Domine iudex, non tenetur ad penam, eo quia sententia illius arbitri non tenuit, nec valet quia non fuit legitime lata: ipse iudex auditis allegationibus condemnauit ipsum Martinum ad penam compromissi, at ipse Martinus grauatus ex sententia dicti iudicis appellauit ad quendam iudicem appellationis: opponebatur per ipsam partē, quod talis appellatio non valebat, nec tenebat nec debebat admitti. Primo, q̄ non potest appellari a sententia arbitri ergo nec ab aliqua, que oriretur ex ipsa, iuxta regulā iuris quod statuitur in principali, debet statui in accessorio. l. cū principalis. ff. de reg. iur. & l. fin. C. per quas perso. nobis acqui. Item si hoc liceret indirecte cōcedi-
tur per aliam viam, contra legem, cum hi. de transactio. non enim debent captari verba legis, que dicit non appellari a sententia arbitri. l. penult. ad exhib. Preterea cum quid prohibetur, & eius species. l. oratio. de spon. Preterea si hoc posset ipse Martinus, sequif. quod omnes sententie arbitri essent elusorie, contra l. ne in arbitris. C. de arbit. & l. si pretor. de iudic. Item si hoc liceret, lites ex litibus orirentur contra l. fina. de fruct. & lit. expen. ano lites sunt dirimende. l. quidam existimauerūt. si certa. Secundo contra videtur pluribus rationibus, quia appellatio est inuocabilis, & commune axiliū l. tertia. ff. rem ratam hab. ergo appellatio admittenda. l. secunda. & l. cum quidam. de liber. & postliminiis. Preterea nulla lege cauetur, quod ipse Martinus non possit appellare: ergo, &c. ergo videtur cōcessum. l. nec non. §. quod eis inquit Pretor. ex quibus cau. maior. Preterea, tam in maioribus, quam in minoribus licitum est appellare. & l. in maioribus. C. de appellatio. Non obstat. l. i. C. de arbitr. quia respō-
deo quod hoc non est verum: quod sic probo. nam lex dicit, q̄ō ab executione non appelletur. l. ab executione. C. de appella. tamen si modum indicati excedat potest appellari. d. l. Itē video, quod tutor nominatas appellare non potest. vt Institutionibus. de excusation. tutorum. §. qui autē. tamen potest intra quinquaginta dies excusationes suas proponere. vt ibi dicitur: & nisi iudex tūc eas admiserit potest tutor prouocare. ff. quorum appella. non rec. l. prima. §. primo. quapropter dicendum est ita in
18 questione proposita, cum non possit reddi ratio diuersitatis argumen. l. a Titio. ff. de verborum obligationibus. Ct Quero, in quo discrepat arbiter ab arbitratore? dic, quod in tribus. arbiter super lite, arbitrator super contractu. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Secundo quia arbiter tenetur cognoscere secundum formam iuris ciuilis. l. cum antea. §. licet. C. de arbit. Arbitrator vero ex equitate, vt l. fin. C. de contraben. emp.

Et ex hoc sequitur tertio, quod sententia arbitri non potest reduci, sed arbitratoris. l. vnde si Herue. & l. sequen. ff. pro socio
19 Item arbiter cogitur sententiam dicere, arbitrator non, vt supra dictum est. Quid est ergo, † quod quotidie fiunt compromissa in arbitrum, & arbitratorem, cum iste vie sint contrarie? Solutio, copula, & ponitur pro disiunctiua secundum quosdam, & alteram viam necesse habet eligere verbis vel factis, & sic iudicam de eo tanquam de arbitro, vel arbitratore, vel secundum Jacobum Butri. potest sustineri communis modus quia arbiter potest assumi super lite quia super lite potest tranfigi. intelligūt, & de hoc in concordia non sunt super tali transactione in contractu tanquam arbitrator assumitur, & sic diuersis respectibus sit
20 arbiter & arbitrator. S3 quero, an possit renunciari iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri, sunt opiniones. Dyn. in cap. scienti. de regulis iuris. libro vi. dicit quod non: quia in quacunque huiusmodi conuentionum est tacita dispositio legalis per modum conuentionis. l. quidam cum filium. §. videamus. ff. de verborum obligationibus & l. quero. §. inter locatorem ff. locati. qui satisdare cogantur. l. fin. li. Quando ergo conueniuntur tacite intelligitur, si fuit arbitramentum equum: & si non fit causa conquerendi, sed hec argumenta Dyni non procedunt in casu, quo conuenisset simpliciter Jacob. de Aret. tenet indistincte conuentionem valere, quasi per hoc arbitramentum ex partium conuentione censeretur esse arbitrium, argumen. l. in conuentionalibus. ff. de verborum obligatio. sed arbitrium non potest reuocari per supradicta. Sed durum est, quod talis renunciatio inducat remissionem futuri doli & inuitat arbitrum ad delinquendum cōtra iurisgentium. §. si paciscar. de pact. Ex quo quidam ibi euitant absurditatem predictam, & assumunt consilium, vt remittatur dolus futurus, & ita iacet conuentionis forma quod partes remittant petere reductionem ad arbitrium boni viri & renuncient arbitrio iudicis, que mere petitur reductio sicut patet in actione depositi, in cuius cōsequentia potest dolus futurus remitti. sed non fuit Jacob. Lutr. qui sequitur opinionem Innoc. in cap. Quinta nullis. de iure iurando. Aut queritur de iure, aut de consuetudine. Primo casu, aut laudum est iniquum re ipsa, & nocebit cōuentio, & renunciatio. aut ex proposito, non valebit propter predictam rationem, argumen. l. ꝟ. C. de rescindenda, venditione. cessante tamen conuentione, & renuntiatione propter vtriusque iniquitatem, vel alterius tantum posset corrigi, & reformari. De consuetudine autem talis renuntiatio, vt tale pactum, nihil operatur, quod nota.

a Tractatus de differētia inter ius canonicum & Ciuile.

ADDITIO.

a Tho. Dip. C De differentia Adde quod iste tractatus non est Bart. quia non est stylus ipsius, & credo, quod ille qui composuit istum tractatum recolligit scripta domini Jaco. Alber. de Bononia sed fine aliquo ordine. Dominus enim Jac. Alber. de Bononia existens Verone composuit tractatum siue sumulam contrarietatum inter ius canonicum & ciuile, vbi posuit clxij. differentias inter ius canonicum & ciuile. & incipit a citatione, qui floruit tempore dominorum Alber. & Asti. de la scala dominorum Verone anno Domini Mccxxxx. & sic tempore Joan. And. & ipsum etiam allegat Bart. in consi. cxxiij. incip. an fratres consobrini.

1 C Compromittere de iure ciuili cum iuramento non debet, iure canonico sic.

2 Procurator iure canonico ab vniuersitate constituitur iure ciuili non, licet secundum Jac. sic.

3 Possessorium recuperande iure ciuili datur aduersus deiectorem, vel quia mandauit, vel quia ratum habuit, iure canonico aduersus quemcunq; res illicite peruenit.

4 Judex secularis de iure ciuili cognoscit de causa spirituali incidenter, secus de iure canonico.

5 Prelatus iure ciuili non constituit procuratorem in causis sue ecclesie, iure canonico sic.
Prelatus in bonis ecclesie habet plus iuris quam tutor in bonis pupilli.

6 Mulier iure ciuili in criminalibus testis esse potest, iure canonico non.

7 Lis inter patrem & filium in potestate esse non potest iure ciuili, iure canonico sic.

8 Contra absentem in criminalibus lite non contestata iure ciuili, an procedatur, & quid iure canonico.
9 Casus quibus lite non contestata possunt recipi testes.
10 Accusatus & condemnatus de crimine iure canonico suum accusatorem accusare nō potest, secus iure ciuili, nisi amiserit libertatem, vel ciuitatem.
11 Testes super nouis capitulis testibus apertis iure canonico inducti possunt iure ciuili non.
12 Crimina iure ciuili alia publica, alia priuata, iure canonico omnia publica.
13 Restitutio in integrum iure ciuili ecclesie non datur contra libertatem, iure canonico sic.
14 Jurisdictio iure canonico perpetuatur citatione, iure ciuili litis contestatione.
15 Judex appellationis iure ciuili non delegat cognitionem cause retenta prolatione sententie, iure canonico sic.
Judex ordinarius iure canonico simpliciter committit cognitionem cause principalis, iure ciuili secus.
Judex ordinarius iure ciuili audientiam causarum solum committit suis, iure canonico quibuscunque.
16 A sententia lata a subdelegato iure ciuili appellatur ad delegatum iure canonico non.
17 Etas virilis iure ciuili est xxv. an. iure canonico est triginta.
18 Furtum iure canonico sumitur pro qualibet illicita detentione. iure ciuili secus.
19 Heri vel misti imperij ea que sunt iure canonico delegantur, non de iure ciuili, nisi causa absentie.
20 Res de qua data fuit tenuta iure ciuili recuperatur vsq; ad xxx. annos, iure canonico vsq; ad xl.
21 Rescissoria post quadriennium iure ciuili datur postliminio reuersis, iure canonico non.
22 Latrones & depopulatores notorius fugientes ad ecclesiam inde extrahi possunt iure canonico, alij non, sed iure ciuili homicide, adulteri & raptores virginum.
23 Jurare per creaturas iure canonico non est permissum, iure ciuili sic.
Jurare per membra Dei vtroq; iure prohibetur.
24 Actio in libello de iure ciuili exprimetur, iure canonico secus.
25 Instantia iure ciuili finitur triennio a die litis contestate, iure canonico non.
26 Judex ordinarius iure ciuili non recusatur, iure canonico sic.
27 Delegatus de iure ciuili cum recusatur causa suspicionis nō est proponenda, nec probanda, iure canonico sic coram arbitris: aliam vide num. 67.
28 Ecclesia iure ciuili aduersus prescriptionem restituitur, iure canonico non: tamen ipse dicit quod sic, sicut minor.
29 Torneamenta iure ciuili & canonico prohibita.
30 Fama sola jure ciuili non probat, iure canonico facit vitandum esse excommunicatum.
31 Predicatores & confessores possunt eleemosynas iure canonico recipere ab vsurarijs, iure ciuili non sua authoritate, sed de manibus dominorum debent recipere.
32 Clerici Parisijs cōmorantes iure canonico laicum pro causis pecuniarijs coram Episcopo conueniunt, quod nō est iure ciuili.
33 Clericus iure ciuili potest in non suum iudicem ecclesiasticum consentire iure canonico non.
34 Cōtrahens in loco potest a iudice loci, si tbi inueniatur, citari, & absens omni remedio pretorio cōpelli, vt compareat iure ciuili, sed iure canonico solum pronunciat de mittendo si alibi existat.
35 In causa matrimoniali, & in causis electionum iure ciuili non peruenitur ad diffinitiuam absque litis contestatione, iure canonico sic.
36 Rigor in causis ecclesiasticis iure canonico non seruatur, sed discretio iure ciuili secus.
37 Sequestratio iure ciuili, non fit propter rei absentiam, iure canonico sic.
38 Differens se liti iure ciuili condemnatur ac si rem possideret sed iure canonico non.
39 Consanguinitas iure canonico probatur per testes de credulitate & auditu, iure ciuili testes non probant.
40 Sententia in causa matrimoniali iure canonico potest fine scripti ferri, quod iure ciuili non reperitur.
41 Dicto vnius testis iure ciuili non statur, iure canonico sic, quando non est preiudicium alterius.
42 Abbas in causa monasterij iure ciuili iurat de calumnia in animam suam, iure canonico in animam maioris partis cōuentus.
43 Testes iure ciuili absolute magis coguntur testificari, quam de iure canonico.
44 Frater iure ciuili non accusat fratrem de magno crimine, iure canonico accusat de heresi.
45 Parentes iure ciuili non testificatur contra filios, iure canonico sic.
46 Exceptio dilatoria iure ciuili debet ante litem cōtest. proponi. iure canonico quandocunque.
47 Sententia lata & transacta in rem iudicatam quis vltra non appellare potest iur. ciu. sed iure canonico sic in causa matrimoniali fraude probata per vnum testem, & iuramentum.
48 Cessio recepta a clerico iure canonico presumitur simulata, iure ciuili non, nisi doceatur simulatio.
49 Laicus ingrediens monasterium iure ciuili aliquid retinere non potest, sed iure canonico potest aliquid concedere loco prebende.
50 Promittens aliquid dare sub pena, si aliquid omittit in ciuitate tenetur ad totam penam, iure canonico secus.
51 Pro iure indicando licite iure ciuili licet accipere, iure canonico non.
52 Ordinandi ad sacerdotium iure ciuili debent aliquid offerre coram ordinanti & notario, sed iure canonico non possunt.
53 Promissio facta de dando alteri iurata iure canonico valet, iure ciuili secus.
54 Transigere iure ciuili super criminibus ingerentibus penam sanguinis licet, sed iure canonico videtur aliter.
55 Matrimonium inter pares simul habitantes iure ciuili presumitur, sed iure canonico adulterium.
56 Promissio pene, & datio arrharum in matrimonio iure canonico non valet iure ciuili sic.
57 Pater etiam filia recusante potest eam iure canonico matrimonio iure ciuili non, nisi indignum vel turpem daret.
58 Consensus parentum in matrimonio iure ciuili requiritur, non de iure cōnonico.
59 Infamis quis videtur effici iure canonico pro omni crimine, de iure ciuili non.
60 Filij nati ex incestu, vel nefario coitu, iure ciuili a patre alendi non sunt, iure canonico sic.
61 Matrimonium inter seruos iure ciuili esse non potest, iure canonico sic.
62 Mulier intra annum iure ciuili licite non transit ad secunda vota, iure canonico sic.
63 Vxor etiam non perfecte etatis, que fuit a viro cognita in domo patris, & nondum traducta ad domum viri, vxor mortui lucratur quartum.
64 Statutum quod vxore premoriente vir lucretur dimidiā bonorum, habet locū etiā in sponsa de presenti, & ad domum nō ducta.
Item an idem sit in sponsa
65 Spurius iure ciuili a decurionatu non prohibetur, iure canonico sic.
66 Contrahentes iure ciuili licite adinuicem se circumuenire, sed ecclesia iure canonico pro venditione rei sue vltra iustum pretij licite non recipit.
67 Heres iure ciuili non implens voluntatem defuncti perdit hereditatem, excepta legitima si est filius, sed iure canonico etiam filius perdit totum.
68 Sacrilego iure ciuili imponitur durior pena quam iure canonico, & nu. 79.
69 Pena pecuniaria iure ciuili ab ecclesia infligi potest, iure canonico non.
70 Pactum nudum regulariter iure ciuili non producit actionem, sed iure canonico sic, quia datur condictio canonis.
71 Pupillus iure ciuili non iurat, nec seruare tenetur iuramentum iure canonico sic si est doli capax.
72 Fur iure canonico dicit quī nō intrat per ostiū iure ciuili fecit.
73 Prescriptio in iuribus que non habet causam continuam tempore iure ciuili, sed iure canonico in omnibus iuribus sufficit prescriptio xl. anno.
74 Mortui pro suis sceleribus si fint in morte contriti tradantur sepulture iure canonico, sed iure ciuili non absque permissu principis.
75 Pena incestus & adulterij iure canonico mors est, sed iure ciuili mulier in monasterium detruditur.
76 Bestum non meo nomine, iure canonico ratum habere possum, secus iure ciuili.
77 Reus proponens exceptionem dilatoriam, & non probans in te sententiam in expensis condemnatur sed iure ciuili condemnatio expensarum non fit, nisi in fine cause.
78 Incendiarius aliter iure canonico, aliter iure ciuili punitur.
80 Plures si vulnerant aliquem qui mortuus sit, iure canonico omnes tenentur de occiso, iure ciuili ille solus, ex cuius vulnere apparet ipsum mortuum.
81 Accusatus, si accusator non probat, iure ciuili absoluitur, sed iure canonico purgatio indicitur, in qua si deficit, condemnatur.

92 Sacrilegus punitur iure ciuili capite, sed iure canonico pena quinq; sureorum.
93 Incestum cõmittẽs cum monacha iure ciuili pena capitali punitur, iure canonico clericus deponitur, laicus excõmunicatur.
94 Matrimonium iure ciuili soluitur altero ex coniugibus volente monasterium intrare, secus iure canonico.
95 Nuptie inter consobrinos iure ciuili contrahi possunt, iure canonico secus.
96 Legatum rei aliene iure canonico non valet, iure ciuili sic cum distinctione tamen.
97 Bona fides. & titulus non requiritur iure ciuili in prescriptione iure canonico sic.
98 Patria potestas iure ciuili durat in omni etate, sed iure canoni quo ad matrimonium, & iuramentũ aduenient adulta etate.
99 Filiusfamilias iure ciuili voto non obligat: iure canonico secus.
100 Stuprum iure canonico proprie cum virgine, iure ciuili etiam cum vidua, puero, vel soluta.
101 Fornicatio simplex iure ciuili non punitur, iure canonico sic.
102 Peccatum contra naturam iure ciuili pena capitis punitur, iure canonico mitius.
103 Pater occidens filiam in adulterio deprehensam iure ciuili nõ punitur, iure canonico sic.
104 Maritus iure ciuili non permittitur vxorem verberare, clerico vxorato sic de iure canonico.
105 Coniunx iure canonico non vouet castitatem, iure ciuili sic.
106 Gradus aliter iure ciuili, aliter iure canonico computantur.
107 Mulier rapta raptori iure ciuili non potest nubere, iure canonico sic.
108 Lex bene a Zenone, C. de quad. prescrip. non habet locum in rebus ecclesiasticis.
109 Alienantur res immobiles ecclesie cum minori solennitate de iure canonico quam iure ciuili.
110 Locator, finito tẽpore, potest domum alteri locare iure ciuili, secus iure canonico in scholare inquilino.
111 Emphyteuta iure ciuili si non soluit canonem elapso biennio cecidit, iure canonico non.
112 Fructus pignoris iure ciuili sortem extenuant, iure canonico in duobus casibus.
113 Res sacre vel religiose iure ciuili non possunt in obligatione venire, iure canonico sic ex causa necessitatis.
114 Testes in testamento iure ciuili requiruntur septem, iure canonico sufficiunt duo, vel tres.
115 Institutio vel relictum collata in voluntatem alterius iure ciuili non valet, iure canonico sic.
116 Fructus iure ciuili dicuntur deductis expensis, sed decime iure canonico soluuntur de fructibus, nulla facta deductione.
117 Mora iure ciuili non fit re ipsa, sed interpellatione, sed iure canonico in tarda solutione decimarum fit re ipsa.
118 Bona vectigalia imponens aliter iure ciuili, & aliter iure canonico punitur.
119 Desponsata de facto que nõ potuit cõsanguinitate impediente desponsari non potest cum altero fratre matrimonium contrahere iure canonico, secus de iure ciuili.
120 Iuuenis qui puellam septem annorum duxit, quam attentauit cognoscere, & non potuit, iure canonico non poterit cum illius consobrina matrimonium contrahere: secus iure ciuili.
121 Eligentes Abbatem iure ciuili iurant, secus de iure canonico.
122 Matrimonium iure ciuili consensu sine verbis contrahi potest iure canonico non in valentibus loqui.
123 Testes & ornamenta iure ciuili cum mortuis non sepeliuntur, iure canonico Archiepiscopus cum pallio sepelitur.
124 Archiepiscopus iure canonico pallio non vtitur extra prouinciam quod de iure ciuili videtur.
125 Dignitati iure canonico quis licentia obtenta cedere cogitur. Cedens bonis iure ciuili re integra illa recuperare potest.
126 Liberti ecclesiastici multa specialia habent de iure canonico, que non inueniuntur iure ciuili.
127 Pene multe iure ciuili imponuntur, que iure canonico nõ traduntur, & contra nu. 120.
Pena carceris est ex grauioribus penis, quã ecclesia infligat.
128 Pena falsi iure ciuili alia est a penis iuris canonici.
129 Patronꝰ presentãs indigñ iure ciuili priuat, sed iure cano. nõ.
130 Interfectori iure canonico ipor & pena minor, ꝙ iure ciuili.
131 Pugnare quis potest pro defensione possessionis, & rerum sua rum iure ciuili, sed iure canonico clericus etiam cum Saraceno non pugnat.
132 Vulnerans, iure ciuili quando dubiũ est an vulneratus ex vulnere mortuus sit non tenetur de occiso, iure canonico sic.
133 Corrumpens virginem, iure ciuili non tenetur eam in vxorem accipere, iure canonico sic.
134 Stuprum committens iure canonico minori pena punitur quam iure ciuili.
135 Raptus proprie in sponsa committitur iure ciuili, secus iure canonico.
136 Empta ex pecunia fenebri iure canonico venduntur, & pecunia restituitur, sed iure ciuili emens ex pecunia mea, & nomine suo, non habet ius in re empta.
137 Quis in fronte iure ciuili non bullatur in penam de iure canonico aliquando.
138 Vtens falsis instrumentis, & penitens iure ciuili non punitur, sed iure canonico secus in vtente falsis literis apostolicis.
139 Blasphemator Dei & sanctorũ iure ciuili punitur vltimo supplicio, iure cano. laicus excommunicatur, clericus deponitur.
140 Mutans sibi causam possessionis iure canonico tanquam indignus priuatur suo beneficio secus iure ciuili.
141 Noualis terra que de iure ciuili dicatur, & que de iure canonico
142 Possidens mala fide iure ciuili dicitur possidere, secus iure canonico.
143 Malefactores rerum ecclesie coram ecclesiastico conueniuntur iure canonico, sed iure ciuili actor sequitur forum rei.
144 Petens plus debito iure ciuili in triplo condemnatur, & in expensis. iure canonico solum in expensis.
145 Impediens legatum iure canonico excommunicatur, iure ciuili traditur hostibus.
146 Fugiens ex bello publico iure ciuili capite punitur iure canonico est infamis
147 Existentia in bonis nullius occupanti conceduntur iure ciuili, tamen iure canonico Episcopus non occupat diecesim, vel parochiam in locis nemini attributis, nisi a superiore concedatur.
148 Nil innouatur iure ciuili questione restitutionis in integrum pendente, sed iure canonico sic imposita cautione.
149 Delegatus ab ordinario iure ciuili non exequitur suam sentẽtiam, secus iure canonico.
150 Sententia plurium valet iure ciuili, sed iure canonico contra eum qui criminaliter est cõdẽnandus omnes debẽt cõcordari.
151 Missus in possessionem in actione reali statim possidet, iure canonico non, nisi elapso anno.
152 Bona hereticorum iure canonico publicantur, & filijs auferuntur, sed iure ciuili non auferuntur filijs catholicis.
153 Bona committentium enormia delicta in ecclesiam, in fiscum ecclesie cõmittuntur iure canonico, sed iure ciuili bona damnatorum reseruantur filijs.
154 Judices seculares in criminibus exequũtur gladio iure ciuili. secus iure canonico.
155 Pena mortis iure ciuili infligitur, iure canonico non.
156 Appellari a sententia appellationis quando possit.
Appellatio rescindit pronunciatum.
Appellare licet a sententijs, que secum trahunt executionem.
157 Judex appellationis a quo appellatur iure canoni, statuit terminum intra quem appellans prosequatur appellationem, iure ciuili non.
158 Appellari ad Imperatorem omisso medio iure ciuili non potest, secus de iure canonico.
159 A sententia interlocutoria iure canonic, appellatur, iure ciuili non potest.
160 Judex a cuius sententia est appellatum, iure ciuili non recusatur in alia causa, secus iure canonico.
161 Appellare a sententia in causa momentanee possessionis iure ciuili non licet, secus de iure canonico.
162 Testes in causa appellationis publicatis attestationibus super eisdẽ capitulis iure canonico recipi nõ possunt iure ciuili secus.
163 A sententia episcopi iure ciuili appellatur ad secularem, iure canonico ad Metropolitanum, vel ad Papam.
164 Prescriptio non currit iure canonico tempore prelati male alienantis, iure ciuili hoc non reperitur.
165 Juramentum calumnie iure canonico non habet locum in spiritualibus causis, secus de veritatis, secus iure ciuili.
166 Questio naturali, iure canonico spectat ad ecclesiasticum, & iure ciuili seculare is etiam incidenter cognoscit.
167 Minori iure canonico censetur maior in spiritualibus, secus iure ciuili.
168 Positio mere negatiua iure ciuili fieri non potest, iure canonico secus.
169 Senes, & valetudinarij iure canonico compelluntur ad testificandum, iure ciuili secus.
170 Orfanoti etiam non damnati iure canonico repelluntur a testimonio, si crimen probatur, secus iure ciuili. & nu. 64.
171 Accusari post mortem quibus casibus possit iure canonico & iure ciuili, questio bona.
172 Testes iure ciuili etiam in ciuilibus compelluntur, sed iure ca

nonico tantum in criminalibus.

165 Mulier iure ciuili non accusat virum de adulterio, secus iure canonico.

166 Pro adulterio iure ciuili agitur pena corporali, iure canonico ad tori separationem.

168 Maritus excluditur quinquennio ab accusatione adulterij iure canonico, non ad separationem tori.

169 Judices ordinarij & delegati aliquid iure ciuili habere possunt iure canonico delegatus habet expensas.

170 Sententia in notorijs contra ordinem lata iure ciuili non valet, iure canonico sic.

171 Officio iudicis expediuntur ea que desiderant cognitionem, & decreti interpositionem, & nō delegantur iure ciuili, secus de iure canonico.

172 Actor iure ciuili potest reum trahere coram diuersis iudicibus pluribus actionibus, iure canonico secus.

173 Parentes pro filijs iure ciuili non testificantur, sed iure canonico super consanguinitate sic.

174 Ordinarius causa trecentorum aureorum iure ciuili non delegat nisi iusta causa iure canonico sic.

175 Prorogari potest iurisdictio de persona ad personam de iure ciuili etiam delegati, secus de iure canonico.

176 Vir iure canonico accusat uxorem adulteram solum ad separationem tori ius ciuile hoc non habet.

177 Filiusfamilias iure ciuili absq; patris consensu in iudicio esse non potest, iure canonico potest esse in spiritualibus.

178 Heres conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hereditarias iure ciuili, sed iure canonico videtur secus.

179 Consuetudo subsequens iure ciuili preiudicat iuri scripto, sed iure canonico ita demum si sit rationabilis & legitime prescripta.

Consuetudo iure ciuili sumitur, que tendit circa factum, & processum iudicis, iure canonico que attendit circa ius priuatum aliquorum.

180 Locus religiosus iure ciuili efficitur ex eo quod mortuus infertur iure canonico nisi Pontificis authoritate.

181 Mortui iure canonico in ecclesia sepeliuntur, iure ciuili extra ciuitatem sepeliri debent.

182 Bona fides in vsucapione a principio iure ciuili tātummodo requiritur, iure canonico, continuō.

183 Bona fides longissima prescriptione iure ciuili non requiritur, sed iure canonico requiritur titulus.

184 Prescriptione interrupta litis contestatione iure ciuili possidens potest etiam prescribere, iure canonico secus.

185 Pena nulla iure ciuili non excedit quadruplum, iure canonico secus iustitia suadente.



Bus itaque presens in quatuor partes conabor diuidere: In prima quidem differentias ponam, que sunt inter ius canonicum & ciuile, circa inchoandum & ordinandum iudicium. In secunda subijciam differentias, quas inuenio inter predicta iura circa decisiones causarum & negotiorum. In tertia tradam differētias circa executionem sententiarum. In quarta & vltima adijciā differentias inter prefata iura, quas reperi in appellationibus, & appellationum causis. ¶ In primis † pono differentiam inter ius ciuile, & canonicum, q; de iure ciuili nō debet compromitti cum iuramento, vt C. de arb. auth. decernimus. sed iure canonico etiam cum sacramento est permissum cōpromittere. vt extra de arbit. c. cū tēpore. & cap. exprte.

2 ¶ † Addo aliam differentiam, quia de iure canonico vniuersitas constituit procuratores vt extra de procur. c. q; in causis. & c. petitio. & de iur. calum. c. cum causas. & Canoniste omnes, Administratores generali vocabulo procuratores appellāt. vt. j. q. ij. c. Si uator. & extra de iur. calum. c. in pertractandis, & c. Imperatores. Sed de iure ciuili dicit Azo, quod vniuersitas non potest procuratorem constituere: quia procurator fit a singulari domino vt ff. de procur. l. ij. & q̄ est vniuersitatis, nō est singulorum. vt ff. de in ius vocā. l. sed & hac lege. §. & si aduersus Rēpublicam. & ff. q̄ō cuiusque vniuersi. no l. sicut. §. i. Nec obst. authen de sanctis. Episco. §. si quando autem causa emerserit. quia exponitur ibi procurator id est procurans, & sic pro syndico ponitur Alij docto. iuris ciuilis. vt Jacob. dicerunt argumen. d. §. si quando. quod vniuersitas potest facere procuratorem: & q; vniuersitas est domina. vnde procuratorem cōstituit. ¶ † Nota

3 † aliam varietatem. quia de iure ciuili possessorium recuperandæ possessionis non datur, nisi aduersus deiectorem, vel quia mandauit, vel quia ratam habuit deiectionem. ff. de vi, & vi ar ma. l. cum a te. & extra de ord. cog. c. cum dilectus. & de restitu to spoliat. c. cum ad sedem. in fine. de iure vero canonico latius patet aduersus quemcunque res illicite peruenit. vt in d. c. cum dilectus. & ibi not. & extra de restitutio. spoliato. c. sepe contingit.

4 & ij. questione j. c. credite grauida. ¶ Aliam † differentiam not. quod de iure ciuili iudex secularis posset cognoscere de questione spirituali incidenter, vt probatur C. de iudic. l. quoties. & de ordi. iudi. adite presidem. & ff. de iurisd. om. iudi. l. si idem. & de iudi. l. prima licet non debatur: at iure canonico secularis iudex nec incidenter quidē potest cognoscere de spiritualibus causis extra de ord. cog. c. tua. & qui filij sint legi. c. causam. & c. latores. de

5 hōc dictum est iudi. c. at. si clerici. ¶ † Nota aliam differentiam, ḡ de iure ciuili dicimus prelatum non posse constituere procuratorem in causis ecclesie sue ante litem contestatam, sed inde tutoris & curatoris, vt C. de procurat. l. neque. & ibi not. in glo. in ver. debent. Sed de iure canonico est secus. extra de procurat. c. petitio. Et reddit ratio diuersitatis inter prelatū ecclesie. & tutorē, vel curatorē: quia plus iuris habet prelatus in bonis ecclesie, vt puta cū vtatur, & fruatur rebus ecclesie, quā tutor vel curator in bonis pupilli, vel adulti, qui nō fruūtur bonis pupilli vel

6 adulti, vt hic plene no. Bern. extra de reser. c. edoceri. ¶ † Item aduerto aliā differentiā inter ius canonicū, & ciuile: quia de iure canonico mulier nō accipit in testē, si criminaliter agat, xxxi. q. v. c. mulierem constat. & extra de verbo. significatio. c. forus. & no extra de testib. tam literis, sed iure ciuili ita pōt esse testis mulier, sicut masculus, nisi in testamento, vt ff. de testamen. l. quis stamento. §. mulier. & not. in d. c. forus. & nisi sit damnata de publico crimine. l. ex eo q̄ō. ff. de testib. & l. j. eod. titu. Jnsuper nu

7 rit potest alia varietas, quia de iure ciuili non potest esse lis vel iudicium inter patrem & filium in patria potestate constitūm. ff. de iudic. l. lis nulla. & de hoc vide quod ibi not. sed de iure canonica videtur esse permissum. vt ij. questio. vij. c. quidam. dicit, vt ibi not. sane dici potest quod nō sit differentia quo ad hoc, & q̄ illud c. intelligendum est secundum legis distinctionē.

8 Reperimus aliam differentiam, † quia de iure ciuili in crimine non proceditur contra absentem lite non contestata, sallit in casu contra apparitores, vt C. de penis. l. ne diu. pro contumacia autem proceditur sicut ceditur, vt C. de requi. reis. l. j. Si autem lis est contestata, & liquet de causa nunquam ceditur contra absentem, imo auditur quandocunque venerit. ff. de requi. reis. l. annus. Sed in minoribus, quia penam relegationis vel damnum existimationis continent, vnde proceditur contra absentem. ff. de penis. l. absentem. & ibi no. facit C. de adult. Quamuis licet Canonist. distinxerint, aut liquet de causa, aut nō liquet. de crimine potest condemnari absens. iij. q. v. ca. i. xxiij. q. iij. c. de illicita. Si vero non liquet, expectādus est. vtri q. iij. c. cursus. & c. quicunque. Ita in hoc videtur male dicere: quia non distinguunt, si lis est contestata, vel non, vnde potest dici secundum Ber. quod quando lis est cōtestata, & liquet de causa, ju

9 tur & habet locum c. cursus. & c. quicunque. † nam ante litem contestatam non sunt testes recipiēdi in crimine, vt extra de testi. contest. cap. primo. Fallit in casibus not. iij. quibus. ea. & C. de pen. l. ne diu. nullo enim priuilegio gaudet qui male administrando contubernales aufugis. Contrarium. ci. l. ij. ¶ Item in causa inquisitionis, vt extra de dolo. c. veritatis. & ibi not. ¶ Item vbi quis infamatus debet purgatione. extra de purg. ca. cum Bet. & de simo. c. de hoc. Et in hereſi post mortem. xxiij. questio. ij. c. sane profertur ita nam su ciuili non proceditur vt extra, vt lit. non contesta. c. quoniam. ¶ Item in causa appellationis. C. de tempo. appellat. vbi extra de appellat. c. sepe. ¶ Item in absentia actoris, extra. de dolo & contuma. c. causam que hodie videtur correcta per capniam frequenter. & C. quomodo & quando iud. in authent. de semel. ¶ Item vbi agitur de inofficioso, vt C. si. vt se ab hered. absti. authen. si omnes. ff. de minorib. lege. in cause. §. causa. ¶ Item in causa subiectionis, extra de simonia. cap. cum olim. ¶ Item secundum quosdam in causa libertatis. ar. C. de vsufruct. legata. l. secunda. ¶ Item in Trebelliānica restitutione. C. ad Trebel. l. penulti. §. cum autem. ¶ Item cum electus non compareat extra de electio. c. dubiū. in fi. & not. hoc ij. quest. vij. accusatus.

10 † Est & alia repugnantia, quia iure ciuili cōdemnatus de aliquo crimine post ipsam condemnationem in sum accusatorem potest accusationem inchoare si non perdit ex illo crimine ciuitatem vel libertatē. ff. de publi. iudic. l. iis qui. & ibi plene no. & hoc idem quia parcitur ei qui prouocatus voluit se vlcisci. ff. de bo. libert. l. qui cum maior. §. si libertus. in fi. Jn iure autem canonico cautus quis est condemnatus de crimine amodo suum accusatorem accusare non potest. neque extraneum. vt vi. quest. j. ca. qui crimen.

11 & de hoc not. iij. q. xj. cap. neganda. Ellia est differentia, quia

re canonico possunt induci testes apertis attestationibus sup
nouis articulis, vt extr. de fide instr. c. cum Joannes. & extra ō
testib. c. ex tenore. & c. veniens. Sed de iure ciuili non possunt in
duci testes super nouis attestationibus, vt in authen. de test. §.
quia vero multi, & auth. at qui semel. C. de proba. & ibi gl. ordina
12 ria. Habemus aliam †differentiam, quod iure ciuili alia sunt pu
blica crimina, & alia priuata, publica crimina traduntur ff. de
publ. iudi. l. j. in ter. & no. glo. & Jnstit. de publ. iud. per totū & tit.
sequen. Sed de iure canonico videntur omnia crimina publica
13 esse. vi. quest. i. c infames. ibi not. Subijcio †aliam de iure ciuili.
Ecclesia non restituitur contra libertatem si. ut minor contra li
bertatem non restituitur. ff. de minorib. l si ex causa. in fi. & l j. C.
si aduer. lib. per totum. & minorem & ecclesiam lex equiparat. vt
C. de sacrosanctis eccle. l. fin. & C. ex quibus cau. maio. l. Respu
blica. ſ3 de iure canonico conceditur ecclesie in integ. restitu. cō
14 tra libertatem. xvj. quest. ij. & si illi. & ibi not. †Refero aliam diffe
rentiā, quare ciuili perpetuatur iurisdictio delegati per solam
litis contestationem, vt si postea moriatur delegans nō finitur
mandatum. Si vero moriatur ante expirat iurisdictio delegata.
C. de iurisdictione om. iud. l. j. & quia concordat etiam authen. ō
ling. Jnnouem. Sed de iure canonico non consideratur tan
tummodo contestatio, sed sufficit sola citatio ad perpetuandum
iurisdictionem vel rescriptum. de offic. deleg. c. gratum. & c. licet.
15 extra de offi deleg. c. vlt. ſ. j. & not. in c. relatum. Surgit alia †dif
ferentia, quia secundum legem iudex appellationis non potest
delegare cognitionem cause appellationis retenta prolatione
sententie. C. de iudi. authen. ad hec. sed secus secūdum canones,
vt extra de offic. iudi. deleg. c. super questionum. ſ. intentionis. & c
ibi not. ¶Item circa idem secundum legem non potest iudex
principalis cause causarum cognitionem committere, nisi litē
ficat coram se cōtestari, & semel audiat in medio, semel & in fine,
vt in auth. vt defun. seu fu. ſ. illud. & sequen. C. de iud. authen. ad
hec. secundum Canones vero non requiritur quod semel audia
tur in principio, semel in medio, semel in fine. sed simpliciter po
test causarum audientiam committere. d. ſ. intentionis. Item
circa idem secundum leges iudex committit audientiam causa
rum tantum consiliarijs suis. vt in auth. ad hec. & in authen. de
iudic. ſ. si quis autem. sed secundum canones potest iudex com
mittere cuicunque. vt extra de offic. dele. c pastoralis. Est & alia
16 differentia, quia leges indistincte dicunt, quod si delegatus
committit alicui causam, ad eum est appellandum. C. qui pro sua
iurisdictione. l. vnica. de hoc tamen dic. vt ibi not. Sed ius cano
nū distinguit. vtrum delegatus committit totam causam & tunc
appellatur ad ipsum delegantem primum. vel nō committit to
tam causam, & tunc appellatur ad ipsum delegatum, qui secundo
deleg. fuit. vt extra de offi. deleg. cap. super questionum. ſ. porro
17 & est ratio. vt ibi not. †Aliam vero diuersitatem inuento, qz lex
virilem etatem interpretatur. xxv. ann. ff. de minor. l. j. & C. de his
qui ven. et impe. l fin. sed aliter secundum canones interpreta
tur. vt virilis etas scilicet xxv. ann. vt lxxvij. distinc. c. presbyter
18 ante. & est ratio. vt ibi not. ¶Potes notare †aliam differentiam,
quia iure ciuili furtū diffinitur, cōtrectatio rei aliene fraudulo
sa. c. ff. de fur. l. j. ſ. furtum & not. do. Azo in sum. de fur. in prin.
Sed iure canonico furtum large sumitur pro qualibet licita cō
19 trectatione. vt xvij. questi v. c. dominus. ¶Nota aliā †differen
tiam de iure ciuili ea, que sunt meri vel mixti Jmperij non pos
sunt deleg ri nisi quando contingit ordinarium proficisci. vt ff.
de offic. eius cui mandata est iurisdi. j. Sed de iure canonico se
20 cus potest dictnam delegatio permittitur xxij. q. iij. c. sicut. &
not. extra de offi. ordi. quod sedem †Rursus aliam differentiā
notandam de iure canonico potest recuperari proprietas rei, ō
qua est detenta. vt ſ3 ad rl. ann. cū prescriptiones de iure ca
nonico sint quadrigintalea, sed de iure ciuili potest recuperari
vsque ad xxx. ann. C. de prescrip xxx. ann. l. cum notissimi. xvi. q.
21 iij. c. placuit. vt quicunque. ſ. quas actiones. de hoc no. extra
de offic. ordi. c. pastoralis. Aduerte ad aliam differentiam. iure
ciuili postliminio reuertētibus datur rescissoria intra quadrien
nium. Jnstit. de actio. ſ. rursus. C. de in integ. restit. l. fin. sed se
cundum canones cum non currat eo tempore prescriptio, non
22 datur rescissoria. xvi. quest. iij. can. prima actione. & ibi glo. in ver
bo postliminio. Item est alia differentia, & de iure canonico. qui
fugerint ad ecclesiam, non debent inde extrahi. Excipiūtur pu
blici latrones, & notorij de popolatores. xvij. q. iij. c. sicut antiqui
tus. & extra de immunit. eccle. cap. inter. Jsti soli excipiuntur. &
non alij. secundum canones. sed iure ciuili excipiuntur homici
de. & adulteri, raptores virginum, qui in ecclesia sunt capti ō iu
23 re canoni. xxxvi. q. i. de raptoribus. Admitti potest †alia differē
tia de iure canonico non est permissum iurare per creaturas ni
si vbi inuenitur expressum. vt per Euangelia. per altare. per cru
cem. vt xxij. q. i. c. considera. & c. clericum. & can. habemus. &c. si ali
qua. & x. q. v. periurat. Sed iure ciuili permissum videtur. ff. de iu
reiur. l. ij. ſ. fin. & l. seq. & l. qui per salutem. Sed vtroque iure con
cordāte prohibitum est iurare per membra Dei. vt xxij. quest. j.
si quis per capillum, & in authen. vt non liceat contra naturam.
24 circa medium. Non omittimus †aliam differentiam, iure ciuili
actio est proponenda in libello, quia sine actione nemo experi
tur. vt de negotijs gestis. l. si pupilli. ſ. fi. ff. de admnis. tut. l. quo
ties. ſ. item si. & argu. ff. de eden. l. j. & Jnstit. de act. in prin. quā
uis alij vt Azo. dicunt contrarium. Ad hoc tamen dic vt not. ff
de eden. l. j. secundum canones, vero nemo tenetur edere actio
25 nem, extra de iudi. c dilecti & ibi not. Maxima differentia † non
remanet indiscussa iure quidem ciuili instātia iudicij perit cur
su triennij. numerando a litis contest. C. de iudi. l. properandū.
fallit in casibus specialibus ibidem not. Sed de iure canonico
instantia iudicij triennio non finitur, extra de iudic. c. venerabi
lis. quamuis recitentur aliorum opin. quas dic vt ibidem nota
26 tur. Repugnantia † iam in alio reperitur: quia de iure ciuili
ordinarius non potest recusari. vt not. C. si qua predi. po. l. j. ſ. il
lo. & quando Jmpera. inter pupil. & vid. l. j. & de iurisd. om. iudi. l
fin. & hec est verior opinio Bulgari. sed ad art. contra. quod dic
plene. vt not. C. de iudi. l. apertissimi. Jure canonico etiam ordi
narius recusari potest, extra de foro compet. & si quis contra cle
ricum. & de appel. cap. cum speciali. Circa eandem materiam est
27 etiam differentia inter ius canonicum & ciuile. quia de iure ci
uili quando recusatur delegatus, nō est necesse allegare causas
suspicionis, & sic etiam nec probare. vt C. de iudic. l. apertissimi. &
auth. ibi posita. si vero cōtingeret. & est argum. ff. ad Trebella.
l. quia potest. de appellat. l. si prolusorio. Alij, vt Bileus de
iure ciuili dicunt causam suspicionis esse proponendam. & pro
bandam. quod dic vt plene no. in d. l. apertissimi. Sed de iure ca
nonico coram arbitris causa suspicionis est proponenda, & pro
banda extra de offic. deleg. cap. suspicionis. & extra. de appellat.
secundo requiris. ſ. j. & c. cum speciali. Differunt ius canonicum
28 & ciuile. † quia de rigore iuris ciuilis aduersus prescriptionem
ecclesia restituitur a tempore prescriptionis cōplete infra qua
driennium. C. de temporib. in integrum restit. l. superuacuam. nam
ecclesia & Respublica equiparātur. C. de sacrosanc. eccle. l. fin. &
Respublica restituitur. C. ex quib. cau. maio. l. Respublica ſ3 de
equitate canonica non restituitur ecclesia contra prescriptionē.
vt dicit Ber. & Goffred. ne iura canonica de prescriptione loquē
tia sint frustra. voluit tamen preiudicare ecclesijs per prescri
ptionem xvi. quest. iij. c. placuit. & quest. iij. c. volumus. vt no. ex
tra de in integ. rest. c. auditis. in apparatu Ber. Hoc autem nō
omitto dicere de iure canonico potest subtiliter dici, vt ecclesia
restituatur cōtra prescriptionē cū ecclesia equiparatur minori,
29 extra de in integ. rest. c. j. & c auditis. cū simi. Item differūt. nā † iure
ciuili tornamentū non est prohibitū, nam iudex gratia virtutis
ostendende permittit. ff. de aleato. l. sclet. arg. ff. ad l. Aquil. qua
actione. in ſ. si quis in colluctatiōe. Jure canonico prohibitū est
extra de tornea. in c j & hoc ibi no. sed melius puta dicēdū, q tor
namenta sunt prohibita in iure ciuili. C. de gladi. l. vnica. l. vj.
30 ¶Item differūt. nā de iure canonico fama aliqua facit excōmu
nicatū vitādum esse, extra de sent. excom. c. cum desideres. sed iu
re ciuili sola fama non probat, sed est semplena probatio. ff. de
31 tritic. l. ij. ¶Item differunt † iure canonico predicatores & con
fessores possunt recipere eleemosynas ab vsurarijs, & raptorib⁹
alienarum rerum quorū gestores eorum quorum res extorte sunt
cum non habeant vnde viuant aliunde, extra de sent. excom. ca.
cum voluntate. Sed iure ciuili tales predicatores & confessores
non possunt sua authoritate recipere. sed manibus dominorum.
ff. quod met. caus. l. ait. nec possent hoc habere contra prohibi
tionem dominorum quod iure canonico conceditur. C. de nego.
gest. l. vltima. & not. Jnno. in allegata decretali. cum voluntate.
32 ¶Item differunt, iure canonico † clerici Parisijs morantes,
etiam in causis pecuniarijs. vt possint conuenire laicos coram
Episcopo. extra de foro compet. cap. quod clericis. quod non est
de iure ciuili. que sit ratio. quia Episcopus est ibi comes. vt ibi
33 no. ¶Item differunt iure ciuili. q; clericus posset cōsentire liti
gare coram iudice non suo. non tamen ecclesiastico. vt C. de iu
risdi. omn. iudi. l. j. ff. de iudi. l. ij. C. de epis. au. l. si quis ex consen
su. & l. episcopale. Sed iure canonico secus. nisi consensus sui
episcopi accedat extra de foro cōpe. c. significasti. iij. quest. vi. c.
34 non licet & ix. quest. j. & ij. Item notari potest alia differentia.
iure ciuili si quis contraxit in vno loco potest citari a iudice il
lius loci. si in loco inueniatur. si non inueniatur, & potest mulcta
ri, & omni remedio pretorio cōpelli vt veniet prout probatur. ff.
de iud. l. heres absens. Sed iure canonico potest iudex loci con
tractus solum modo pronūciare de mittendo si alibi cōuentus exi
stat. vt no. in Decre. Jnn. Romanus. de foro cōpe. & vide q no. an
decre. c. ij cet. eo. ti. per Jnnoc. ¶Item differūt. iure ciuili non potest

procedi ad diffinitiuam sententiam lite contesta.nisi in causa appellationis vt C.de temp.appella.l.vlt.§.illud.de iure canonico in causis matrimonialibus, vbi agitur de cõiungendo federe matrimonij,non de dissoluendo,& in causis electionũ bene potest procedi ad diffinitiuam vsq; ad lit.contest.vt extra vt lit.nõ
36 contest.c.j.& c.quoniam.§.porro. ¶ Item differunt,iure canonico in ecclesiasticis personis,& negotijs,nõ tamen rigore,sz discretio est seruanda,sed aliter de iure ciuili, extra de dolo & cõtu. c.j.de restitu.spolia.c.sepe.& ff.si quis ius dicen.non.obtemp l.j
37 ¶ Item differunt,iure canonico potest fieri sequestratio propter obseruantiã rei,extra de dolo & cõt.c.ex literis. Sz de iure ciuili in eo casu nõ fit sequestratio,C. de prohib.seque.l. vaica.& ibi not.& in alijs casib' fit de iure canonico sequestratio, qui de iure ciuili non sunt expressi. vt not. extra de sequest.possess c.cũ
38 dilectus. ¶ Item differunt,iure ciuili,si quis offerat se liti,condemnatur ac si possideret rem, que petitur.ff.de rei vend.l. is q se.& ff.de petit.heredi.l.qui se liti. Sz iure canonico in negotijs ecclesiarum cessat hoc ius:ne delicta persone redundent in damnum ecclesie.xxvi.quest.vi.c.& ne si Episcopum.& extra vt lit.pẽ.
39 c.ecclesia .vbi de hoc. ¶ Item differunt iure canonico ad probandum consanguinitatem admittitur ad testimoniũ de credulitate,& de auditu extra de probat.c.quoties.&c. licet. Sz iure ciuili non reperitur quod admittitur talis probatio in hoc casu.
40 ¶ Item differunt,iure canonico in causa matrimoniali sententia potest ferri sine scriptis,de testib.c.Albericus.& ibi no.Sz iure ciuili nõ inuenitur,quo casu possit sententia ferri sine scriptis.
41 C.de senten.ex prẽsc.recit.fin.& ibi not. ¶ Item differunt iure ciuili nõ creditur dicto vnius testis.C. de testib.l. iurisiurandi. Sed iure canonico creditur aliquando vni testi.quãdo, scilicet nõ est prẽiudicium alicuius,puta queritur inter aliquos vtrum quis sit baptizatus,vel ecclesia sit consecrata.de cõsecra.distin. iij.c.paruulos.&c.cum itaq; & quando q; queritur, vtrum quis
42 penitẽtiam egerit, extra de simo.c.nemo.& extra de penit.& re.c. omnis. ¶ Item differunt, iure ciuili Abbas in causa monasterij iurat de calumnia in animam suam,quia personam habet legitimam & causa fit cum eo tanquã cum legitima persona.C. de iur. calum.l.ij.§.quod obseruari.& §.hoc etiã.& ibi no.& C. de Episc.
& cler.authen.causa que fit cũ mo sed de iure canonico debet iurare in animam maioris partis conuentus in concilio Lugdu-
43 nen.c.presentium de testib.& no.extra de elec.c.dudum. ¶ Item differunt, iure ciuili magis absolute cõpellũtur testes ferre testimonium,quam iure canonico.C. de testib.l. quoniam liberi.& extra de testib.c.super secundo.& not.Jmoc.eo tit.c.j.Preterea clerici de iure canonico non sunt cõpellendi.nisi cũ alie proba-
44 tiones haberi non possunt xiij.q.ij.c.quamquam. ¶ Item differũt,iure ciuili si frater non pot accusare fratrẽ de magno crimine.vt C.qui accusare non poss.l.si magnum.& eod.tit.si sororẽ Sed de iure canonico frater potest accusare fratrẽ de hereti.extra de presump.cap.literas.argumen.xxiij.q.v.can.si audieris.
45 ¶ Item differunt,iure ciuili parentes nõ possunt esse testes. contra liberos etiam volentes.C.de testib.l.parẽtes. Sed iure
46 canonico possunt testificari contra se.extra de presumpt.cap.literas.& xiij.distin.canone.diaconi. ¶ Item differunt iure ciuili dilatoria exceptio debet proponi ante litis contestationem & postea non potest opponi,si ante litis cõtestationem fit omissa.C.de procu.lita demum.& ff.de iud.l.sed & si susceperit.& prin. C.de except.l.fin.Sed de iure canonico instantia recipitur l exceptione ex quo potest opponi in qualibet pte iudicij,extra de exceptio.c exceptionẽ.& in decre.c.pia.de excep.lib.vj ¶ Nota
47 ri potest¶alia differentia,nam iure ciuili lata sententia non auditur aliquis aduersus eam postquam transiuit in rem iudicatam C.sententiam resein.non pos.l.j.& C. de appellat.ij.q. qui.& vt lit.penden.c.quoniam frequenter. De equitate vero canonica auditur quis fauore matrimonij semiplene, probata fraude per iuramentum,& per testem vnum.vt extra de in integrum restit cap.ex literis.& sic potest intelligi xiij.q.v. cap.quisquis in fi. Et hoc potest ita iurare de rigore iuris,quia ibi ablès legitime citatus presumitur contumax si nõ venit.vt xiij.quest.ix.c.decernimus.lxv.distinctio.c.si forte.ff.de re iudic.l.contumacia.sed talis presumptio potest elidi per aliam presumptionem siue semiplenam probationem.vt ff.de re iudica.l.diuus.vnde per sacramentum potuit ibi tolli presumpta contumacia.xxxv. quest.iij. extraordinaria.& optimum arg.extra qui ma.accu pos. cap. cum in tua. ¶ Item circa idem,& in alio dictat contrarium ius canonicum.nec ibi transit in rem iudicatam sententia contra matrimonium.vt extra de re iudic.c.latores.& cap.consanguinei. Idem & in alijs casibus spiritualibus.xxv.questio.ix. per totum.& ibi
48 not. ¶ Item insurgit & alia varietas, quoniam iure canonico si clericus cessionem recipiat,presumitur de iure cessio simulata, vt extra de alienatio.iud.mu causa fac.cap.ex parte.clerici enim ab illicita negotiatione,phibentur.xiij.q.ij.in c.clerici & ca.
nonũ.& lxxxviij.dist.c. fornicari iure ciuili nõ inuenitur, nisi aliter doceatur simulatio.C.mãd.l.per diuersas & l.ab Anastasio
2 ¶ Sed vt mihi clara habeas, si quæritur, an mortuus, post vulnus presumatur ex vulnere mortuus, leges, & canones hũc articulũ variare videnf, & vario modo loquũtur: q̃ quidã dicunt qõ presumit mortem ex vulnere si moriẽ intra tres dies, & alibi dicitur si aliquandiu vixit, & nõ dixit quantũ: vt extra de homicid. c. ad audientiam. alibi dicit intra paucos dies, & nõ dicit quantũ: vt dicto capi. presbyterum, & alibi dicitur si moritur post octo menses qõ propter prolixitatem temporis non presumit mortuus ex vulnere. vt extra de cle. percu. cap. secũdo. sed sumpto argu. a cõtrario sensu ex illo. c. videtur posse dici quod si intra octo mẽses moriatur, presumatur ex vulnere mortuus. qõ argu. valet. vt ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdi. l. §. huius rei, & quia cõtra riorum eadem est disciplina. ff. ò bis qui sunt sui. vel alie. iur. l. i. Item in Lombardia, si moriatur intra annũ, presumitur mori ex vulnere. vt in Lombar. de pla. & homi. l. in hominibus. ò pla.

3 ¶ Et tu in hac veritate modicũ, parũ, vel magnũ iudicis arbitrio relinquas: vt ff. de iur. deliberan. l. i. in fi. & de effra. l. i. §. expilatores. de ẽbo rum obligat. l. cõtinuus §. cum ita. vel quod magnum, vel modicum sit, ex dictis sapiẽtũ arbitretur, vt l. antiqui. ff. si pars here. pet. Iust. qui manu. non pos. §. eadem. vt scilicet, mediã viã eligat. Sed gl. in dictis iuribus rationem non assignat, quare magis in vnã ex his animũ applicemus. quã ad aliam. vt ff. de negest. l. Hesennius. in fi. gl. vbi de hoc facit mentionẽ. Sz hoc itaverum est. si vulnus factũ vsque ad mortem duret q̃ alias ex eo nunquã presumeretur quis mortuus. vt arg. in l. si pro parte. §. verum ff. de im rẽ verso. & ff. qõ cuiusq; vni. l. itẽ eorum. §. qõ si actor. & ff. de fideiuss. l. qui sic. & l. stipulatus es. in fi. & de her. vel
4 act. vend. l. vẽditor §. illud. Sz quid si eodẽm dur ãte vulnere alia superuenit infirmitas & mortuus est. nunquid ex illo vulnere psumitur mortuus. Dic quod sic. q̃ semp vulnus ad alia accidentia videtur dedisse causam. vt extra de homic. c. presbyterum. &c. ad audientiam. &c. certi. ff. ad leg. Cor. de sica. l. lege Cor. & ad le. Aquil. qua actione. §. Celsus. sed hec ita vera sunt. si ppter imperitiã. vel negligentiã medicantis. vel ppter culpã. & inordinatã vitã illius, cui ipse nõ decessit. q̃ tũ illud nõ presumit: vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. § fi. & d. l. qua actiõe. §. fi. & extra de
5 homic. c. exhibita. &c. tua. nos. ¶ Itẽ quid si post vulnus sanatum alia infirmitas superuenit. & mortuus fuerit. nũquid poterit percussor de homicidio cõdẽnari. Dic qõ nõ. vt extra de homici. c. ad audientiam. q̃ cessante causa cooperãte cessat effectus. & malitia suspicio. vt ff. de adop. l. in omni. extra de appel. c. cum ces
6 sante. Item quid si post vulnus sanatum & consolidatum, stillicidium, & languor vulneris eiusdem continue redundauit & affecit percussum, ita quod reluentibus & concurrentibus alijs oneribus & humoribus ad locũ sit afflictio maxima & moritur, nunquid presumit mortuus occasione primi vulneris? Dic. qõ sic. q̃ semper prima causa perseuerasse videtur & causam mortis dedisse psumit. licet ad tẽpus vacauerit extra de homi. c. ad nostrã. & in decre. de pe. dist. ò. c. q̃ si semel. arg. ff. de edil. edic. l. qui tertiana. ut quartana. & C. de cur. fur. l. pen. explorato tñ super hoc cõsilio medicorum. & premissa tẽporis quantitate. vt ff. dictũ est. vnde infirmitas illa causa est. Si ergo nõ mortifere vulneratꝰ quis fuerit, & negligẽtia perũt ppter vulnus non tamẽ agit de occiso. Idẽ est, si mortifere percussus est. sed ab alio occisus. vel ruina, vel naufragio perijt. l. huic scripture. §. fi. ff. ad legẽ Aqui.
7 ¶ Quid si est percussus non mortifere, puta cum baculo vel cum paruo lapide, vel clauis, ita qõ oẽs medici dicunt q̃ ex illo vulnere nõ moritur, & postea superuenit febris, que ipsũz tenuit vsq; ad mortem. tamen medici constentur, quod ex illo vulnere non fuisset mortuus, nisi superuenisset febris. nunquid ille percussor de vulnerato, an de occiso tenebitur? Et certe videtur qõ de vulnerato teneri debeat. l. qui occidit. & l. huic scripture. in fin. ff. ad legem Aquil. & l. ita vulneratus. ff. e. ti. Itẽ q̃ iniuria pfitit in affectu facientis tantum. ff. de iniu. l. illud. §. sane. versi. cõ enim. ibi voluntas & propositum distinguunt delicta. l. qui iniurie. ff. de furt. & de penis. respiciendum. §. delinquunt. non enim crimẽ contrahitur. nisi voluntas nocendi interueniat: vt C. ad legem Corne. de sica. l. prima. ¶ Non autem est verisimile. q̃ occidere vŏ luerit qui pugno, calce, gleba, baculo, vel lapide paruulo percussit. vt ff. ad legem Corne. de sicar. l. prima. §. diuus. Preterea si inferatur alicui modicum vulnus, res ista non habet in se delictum. ff. de edi. edic. l. prima. §. proinde si quid. & vltra quam progrediatur delictum nõ debet prorogari pena. vt C. de pen. l. sanc
8 imus. ff. de vulg. & pu. l. ex facto. §. Iulius Longinus. ¶ Preter ea credi debet medicis qui de egritudine testificãtur. vt C. de re milit. l. semel. causaria. & no. in l. septimo mense. ff. de statu homin. & in auth de non alienandis. §. quod autem dictum est. & si. duobus per tempora. &c. Preterea ex quo mortuus est de febre, non debet percussor condemnari de occiso sicut non cõdemnaretur si ab alio alias fuisset occisus. vel alio casu mortuus, vt supra dixi licet etiam mortifere primo eum vulnerauit. ff. ad legẽ Aqui. latẽ Mela. §. Celsus. & l. huic scripture. Itẽ nec et debet ex post facto casu delictũ crescere. ff. de re iu. l. omnis hereditas. § nũquam. cum ergo a principio nõ fuerit mortiferũ vulnus. ex post facto licet febricitauerit, cum occasione vulneris non mortuus fuerit nũ debet crescere pena eius delicti vt de occiso teneatur, & in predicta lege potest poni exemplum quod hoc tractamus. Nec obstat quod occasione vulneris & percussiõis licet modica superuenerit febris ex qua mors est secuta. quia inter eum qui occidit & eũ qui causam mortis prebuit, differentia est. vt ff. ad legem aqui. l. qua actione. §. Celsus. Econtra videtur quod occisor agi possit, & teneatur: q̃ occasione vulneris superuenit febris, ex qua mors est secuta. & qui occasionẽ facti dat, facisse dicit, vt ff. vi bo. rap. l. pretor. §. bo autem. in fin. Nec obstat quod fuerit modicum vulnus, de quo aliquis verisimiliter mori non põt. q̃ bene quãdoq; quis moritur de leui vulnere, ò quo alius nõ moreretur. vt d. l. qua actione. §. sed si quis. & §. si seruũ egrotũ. Nec obstat quod gleba, vel baculo, vel lapide paruo eum percusserit, quasi non sit verisimile talẽ percutientem velle occidere: q̃

quocunq; modo eũ occiderit, verũ est dicere eũ occisuz siue baculo, siue gleba, siue alia paruarc. ꝛc. vt dic. l. qua actiõe. §. i. facit ad hoc qõ de minore. ꝛ de muliere dicitur, qñ casus pœnis actionis incidunt in iactură. ꝛ sc̃m qõ initio ipsis subuenitur, ꝛ ita ex postfacto si lesio occasione prioris actionis eueniat: vt dicit ter. in l. si mulier perfecte. C. ad Velleianũ. ꝛ in l. iij. §. Seio etiã. ff. de minoribus. Et de hac opi. videtur ter. expssus in l. ait lex. ꝛ l. huic scripture §. primo. ad legem Aqui. Ad idem facit lex. si vulnerato seruo. eodẽ titul. Non obstat qõ dicitur in l. qua actione §. celsus. eod. titu. quod differentia est. an occidat, an causam mortis prebeat. qz respon. illud verũ quo ad actionem, ꝛ ad commodum agendi ciuiliter, ꝛ criminaliter: qz quando occidit agitur actione legis Aquil. directa, quando vero causam mortis pbuit, agitur actione in factum: vel vtili Aquilia cõtra occidentẽ. Sed quantum ad effectum iuris, idem est vtroq; casu qñ agitur de homicidio: vt arg. ff. de nego. gest. l. antepenul. ꝛ ff. de ser. cor.
1 l. i. ꝛ ff. si quis cau. l. eum qui §. qui iniuriam. ꝛ no. ad l. Aquil. l.
9 item Dela. §. si alius. †Unde forte esset distinguẽdum quo animo ille percusserit. an animo occidẽdi necne ꝛ de isto perpendã ex factis, aut dictis precedentibus: vel sequentibus ex qualitate ictus seu percussionis ꝛ gladij, vel teli, cum quo percussit: vt ff. ad l. Cornel. de sica. l. i. §. diuus. ꝛ l. lege. §. cum quidam. argu. ff. de lega. i. l. si seruus plurium. §. fina. Et dicamus q primo casu teneatur de occiso. arg. C. ad l. Cornel. de sica. l. is qui cum telo. ꝛ ff. de pen l. respiciendum. §. delinquunt. vbi animus, ꝛ ꝓpositũ distinguunt delictũ Vel potest dici q semper teneaꝫ de occiso, sed tamen debet pena mitigari ex quo non facit animo occidendi: vt in d. §. diuus. ꝛ l. leg. §. cum quidã secundũ Dofred. Bar.

Ordo Judiciꝰ Bartoli.

Hec sunt que in iudicijs frequentantur, et fiunt. Nã primo aditur iudex cõpetens, citatur reus, offertur libellus reo, datur terminus reo ad respõdendũ libello, recusatur iudex, opponũtur exceptiones per reũ, datur terminus ad replicandum, fiunt interrogationes ante litem contestatam, satisdatur a partibus, contestatur lis, iuratur de calumnia, statuitur terminus ad probandum de iure: vel secundum cõsuetudinem fiunt positiones ꝛ respõsiones, fiũt interrogationes, seu capitula, super quibus testes debeãt respõdere, diuerse fiũt questiones per aduersariũ que debẽt fieri testibus, ꝓducũtur testes ꝛ probationes, ꝛ debent altera ꝓsente aperiri, vel per ztumaciam absentis. Producuntur instrumẽta, ꝛ tunc iudex debet dare terminũ ad opponendũ contra instrumenta, si dicuntur suspecta: debet dari copia actorum deinde datur terminus partibus ad allegandum. causa committitur, ꝛ habetur consilium sapientis. fertur diffinitiua sententia, vel interlocutoria, appellatur intra tempus, mandatur sententia executioni, per l. a diuo Pio. ff. de re iudi. Ad summariã igitur notitiã attingendam venio ꝛ distinguo decem tẽpora circa ipsam totalem causarũ instãtiam. Primum enim tempus est ante citationem. Secũdum est tempus citationis. Tertium est tempus ꝓsentationis. Quartum est tempus proponendarum dilatoriarum exceptionum. Quintum tempus est litis contestationis. Sextum tẽpus producendarum exceptionum. Septimum tempus renuntiationis producendorum testium. Octauum tẽpus disputationum ꝛ allegationum proponendarum. Nonũ tempus earundẽ renunciationum Decimũ tempus prolate sententie. †Circa primum sciI licet ante tempus citationis duo nota. vnum generale ex bona fide scilicet antequam aduersarium trahas, moneas eum vt tibi satisfaciat. ff. de ser. vrba. ꝓdi. l. quidam Iberus. ꝛ C. de pig. l. debitores. ꝛ in authẽ. vt cum de app. cog. §. fi. versic. ꝛ generaliter. Aliud est speciale necessariũ, vt si fit libertus nõ citet patronũ nisi venia petita. l. i. de in ius vocan. Item nec filius emãcipatꝰ patrem vel matrem C. eo. l. fi. Si autẽ est in potestate nullo modo, nisi in castrẽsi, vel quasi. ff. de iudic. l. iis nulla, sed ipse demũ est corrigendus. C. an ser. ex suo facto. l. fine. Seruꝰ tẽpus ante citationem non est de instantia: nam est causa peremptoria ꝛ
2 que incontinenti fiunt. videtur inesse. l. lecta. versi. dicebam ff. si certum peta. Circa secundum tempus citationis quatuor nota. Primũ quod pertinet ad ipsum iudicem, scilicet vt quamlibet partẽ citet ad instãtiam actoris, vt in auth. de mãda. princip. §. fz ettã suscipiẽtes. nisi fint psone exceptuate. l. i. ij. ij. ff. de in ius voc. Secũdũ pertinet ad ipsuz qui facit citari vt cõgruo tẽpore nõ solenni citatio porrigatur. alias reus venire nõ tenef. l. dies festos. C. de fer. ibi nulla vigeat admonitio. Itẽ qõ nõ assignet terminũ in die soleñi, nã tũc reus impune nõ paret. ff. si quis in ius voca. nõ ierit. l. §. in fi. Et hoc casu, primo, si reus venerit, cõsueuit expẽsas petere ab actore. si ignorauit facta dicit sibi assignatũ diem solennẽ. ꝛ actor cõsueuerat eũ condemnari tanquam eum in ius temere vocauerit. l. eũ quem temere ff. de iudi. Item alias idẽ videtur etiã si ius ignorauit. secutulus ignorantie, seu talis ignorãtia in dãno vitãdo nõ nocet. l. error. ff. de iuris ꝛ facti ignoran. Tertium respicit partẽ. qz tenetur venire etiã si sit de aliena iurisdictiõe. l. si quis ex alna. ff. de iudic. ꝛ l. ex quacunq; j. respõ. ff. si quis in ius vocatꝰ. Et caute intellige. scilicet cũ sit dubiũ an sit de iurisdictiõe ff. de iudi. l. §. si dubitetur. alias nõ. ff. de iurisdi. omn. iud. de fer. l. i. Quartum respicit ipsaz citationẽ. qualiter fieri debeat. habes xxiij. q. iij. cano. de illicita. ꝛ d. §. fi dubitetur. respicit citationẽ istã peremptoriam ff. de iudi. l. ad peremptorii. sequẽ. licet d. l. ad peremptorium. ante diffinitiuã sniam locum tur. Nam si reus nõ venit in ipso peremptorio, fit missio omnibus suis bonis. hodie vero pro mẽsura debiti declarandi est actio personalis vt in auth. de exhib. ꝛ introdu. reis §. fi. vel semel. versi. igitur ne latẽte. ꝛ de bon. auth. iudi posl. preterea ꝛ ex quibus causis in posl. ea l. i. Ante missionem quidẽ debet teruenire summaria cognitio cause. l. fi is a quo. ff. vt in posl. Si vero realis. ꝛ vocatus latitet, vel aliter dolose desit ꝓsentare fit missio omnũ bonorum. ꝛ sic sequitur vẽditio. vel fit remissio rei petite. ff. quib. ex cau. in posl. ea l. Fulcinius. §. itẽ videtur ꝛ §. celsus. ꝛ C. vbi in rẽ act. l. si quis alterius. C. de ꝓcurat. ann. l. si quis emptiõis. §. pen. ꝛ requiritur hoc casu cautio cognitio summaria, dicta l. si quis. C. vbi in rem act. Quidam tamen dicunt debere fieri missionem rei debite petite ad instar primi actionis. d. §. si vero seruet, §z vltra obtinet de cõsuetudine missio in possessionem rei petite reus intra annũ audit etiam per possessione oblata cautione. per d. l. si quis. ꝛ hoc si lis vera cõtestatio facta missione p contumaciã non veniẽdo ad de proprietate, sed nõ de possessione C. quomõ. ꝛ quãdo iudex consentaneũ. Idem si esset quasi contumax. qz veniens tamen
3 auditur de ꝓprietate. C. vbi in rem actio. l. j. in fi. Circa tium tẽpus ꝓsentationis cõsidero duo. Nã aut venit reus aut actor. aut vter q; qñdoq; actor. ꝛ nõ reꝰ. vt supra dictũ est. primo casu non põt petere reus se absolui ab instantia iudicij. §. cancellẽtur edictũ. ff. de iudicijs l. ꝛ post edictum. j. respõ. ꝛ properandũ. in prin. C. eo. ti. vel potest petere vt actor citetur eo nõ cõparente, cognoscit iudex de principali. licet lis nõ esset cõtestata. Et hec habes de forma citatiõis actoris ꝛ materie de litigio. §. omnẽ vero. ꝛ vno tamẽ cõtingente quãdoq; petat
4 actorẽ citari, sed sufficit se absolui. †Secundõ cõsueuit actor petere expensas. si plures sint facte citationes, ꝛ ad primũ venit, facit hec iura. ꝓ eo. ff. si q; in ius voc. non ierit. l. ãbitrio. ff. quis ius dicen. l. i. ꝛ C. de iudic. l. sancimus. Consuetudẽ fieri dẽnationes in quibusdã partibus: iudex tamẽ cõsuetudinẽ istã questionẽ reseruare discutiendã in ꝓcessu cause, vel negari. Ideo tamen dicunt non condemnari reum ante peremptorium: cum ante non dicatur contumax. l. contumacia. §. contumax. de re iud. quod est verum quantum ad missionem, non quantum ad expensas per d. l. cõtumacia. Vel illud intelligitur quantum ad diffinitiuam sententiam hoc casu. videlicet. quãdo
5 †Expedit. ꝛ sufficit actori suam petitionem ꝓponere ptis ad euitandã ipsius cause prorogationẽ. quotidiana tione. Si vero simpliciter proponat. ꝛ sine libello. aduersa confessa fuerit, condemnatio nulla sequitur nato assignabit ipsius solutio. que ꝓ vera cõsuetudine consueuit. ff. de cõsti. pecu. l. j. §. ceterum. licet in crimi su post confessionem fit facienda cõdẽnatio. C. de ex. ca. l. fi. ꝛ l. si confessus. ff. de custod. reo. ꝛ C. de penis. Si autem vult sibi offerri libellum generaliter. vt de iure mum sibi offertur in authen. de exhiben. reis. §. igitur. Consuetum est autem iudici libellum offerri. ꝛ porrigi per cem reo in authen. de litig. §. ad excludẽdas. circa princ. tiones vero que in dicto. §. dicũtur de consuetudine non feruntur, nec que dicuntur in authen. de excep. §. i. Qualiter autem beat formari libellus. no. C. de eden. l. j. ꝛ sic reus respõdet de inducijs dilatorijs. In summa no. quod si petitio actoris fuerit serta citationi, ita quod conuentus posset certiorari. ꝛ sic plene deliberare denegabuntur inducie deliberatorie. ꝛ sic cõsuetum est fieri per dictos petitores. per dic. ꝛ preterea extra de dila.
6 Circa vero quartum tempus exceptionis no. quod reus debet esse cautus. nec eas proponat inordinate. nã si exceptiones contra rescriptum competãt expeditioni via possunt ea primo proponi per eas causas. ꝛ vires rescripti. quo sublato tota materia dictio euanescit. nam sublato principali, euanescit accessoriũ. C. depo. l. quarta. ꝛ C. de vsur. l. eos. ꝛ de inoffi. test. l. Papinianus. §.
7 princip. §. j. ꝛ C. de codicil. l. fina. Si autem habet excepnem contra personam puta, quia dicat actorem excommuni-

tum

tum ⁊ ita repellitur,⁊ contra iudicem, cum fit suspectus, quia eius inimicus vel aduersarius fit de eius familia, vel ex aliqua alia causa, tunc si tu vis iudicem recusare ne forte exceptionem
8 opponat contra personam,⁊ in ea obtineat,† Tertio ad recusationem iudicis recurrat.ff.de iudi.l.ỹ.circa ꝓin. ¶Iam cum reciendo interlocutoriam iudicem approbauerit,nō poterit postea reprobare.l. Pomponius.ff.de nego.gest.de testi.l.si quis testibus.de len.⁊ interl.om.iud.l.pe.secus si succumberet.cū vtraque via reus intendebat declinare.l.contra maiores.C.de inof.
9 test.† Si vero nullam habet exceptionē,aut si habet,⁊ probare non poterit, consueuerunt multa proponi cōtra libellum de obscuritate,⁊ de multis alijs,que not.in ter.⁊ gloss.j.l.si in rem alis quis.ff.de rei ven.⁊ ff.depo.l.j.ſ.si quis autem.⁊ de fur.l.in actione.ỹ.respon.⁊ ℌ.de veste.Et not.quod qui proponunt exceptionem.⁊ non probant,condemnantur in expensis,cap.finem litibus.de dolo,⁊ contu.⁊ debet etiam terminus assignari, ad omnes exceptiões dilatorias.vt C.pastoralis.de exceptio.post quē
10 terminū volens probare non audietur,nisi in tribus casibus notatis in d.c.pastoralis.† Sequitur videre de tempore litis cōtestationis. Litis autem contestatio fit per narrationem,⁊ respōsionē.l.i C.de lit.conte.De iureiur ꝓpt.calum.dan.l.ỹ.in ꝓin, siue respondeat negando,siue confitendo. ¶Iam licet cōfiteatur, libello oblato,adhuc tamen cōdemnandus est.ff.de condi.inde bi.l.Iulianus,melius in l fina.C.de execu.rei iud. ¶Nō obst.ad l, Aqui.l.proinde si occisus ℌ.fi.in fi.nam quod ibi dicitur qō nulle sunt partes iudicis in confitentē,intelligitur quantum ad cognoscendū an de facto constet sed tantum in pronunciando,cōfessione tamen facta ante libelli oblationē,non debet sequi condemnatio,vt ꝛ. dictum est:quia ibi nulla fuit cognitio cause,hic autem fictum libellus oblatus est,⁊ inducie date,⁊ tēpus datū
11 ad respondendum:⁊ ideo potest sequi condemnatio. ¶Post cōtestationem litis vero duo nota.† Primū quod statim fit prestandum iuramentum de calumnia,sed ꝓius actor,quam reo.C.de ira.calū.ỹ.circa principi.nec potest remitti a partibus.d.l.ỹ, sed quia veremur,potest tamē tacite remitti vt a pluribus creditur.ff.de procur.l.filiusfamilias.ℌ.veterani.iuncta gl. in verb.
12 ꝓtermissum.† Secundo not.quod positiones fiunt contra factum,nec vna pars tenetur alteri respondere nisi ab ipso interrogante primo id ponatur,vt in authentico,de bis qui ingre.ad appellan.ℌ.fin.idque cum sacramento proposito ¶Iam sub eisdē attestationibus dici intelligitur, vt ff.quod quisq; iur.in rubrio, ⁊ nigro, compellitur autem reus si obscure respondeat declarare,alioquin punit ac si taceret.ff.de interroga.actio.l.de etate.ℌ. quitacut.⁊ ℌ.quod autem.⁊ ℌ.ex causa succurri. si fit persona suspecta ad malignandum.ff.de interrogato. actio.l.qui interro-
13 gatur,⁊ qui satisda.cog.l. fideiussor.ℌ.fin.† Quidam tamen iudices consueuerunt partē interrogatā cogere respondere, vtrum credit, vel non credat,argumen.ℌ.de iur.calum.l.ỹ.circa ꝓincip.⁊ ℌ.quod obseruari,sed errāt:cum interdum sit necessarium, ne dubitent.l.quitinterrogatus.de petitione hereditatis.l.si debitorem.C.de iureiurando.⁊ l.iusiurandū.⁊ ad pecunias.⁊ C.de exception.l.si quidam.ff.de cōdictio.inde.l. fin.⁊ not.C.de iura. calumnie.l.secūda.ℌ.quod obseruari.versi.qō quisq; credit.⁊c. Tantus tamen debet esse actor in positionibus,ne cōiunctiue copulentur nā poterit altera pars totū negare.ff.de rebus dub.l.
a si is qui.ℌ.si quis ita leget.⁊ ℌ.vtrū. Inſtitu.de heredib.insti.ℌ. fin.⁊ in dīcta sufficit quod altera pars sit vera.d.ℌ.si quis ita. a ⁊ ℌ.vtrū. Nec proponatur in plurali dicendo hos fundos meos, cum idem interſit in bis quod in copulatiuis, sed non refert an
14 pars respondeat ad interrogata aduerse parti in iudicio.ff.de interrogatio.si fine interrogatione in ꝓincip.† Et not.quod ad omnes interrogationes nō cogitur quis respōdere, nisi tantum ad eas que ad questiones pertinent l.ad probationē.C.de probatio.⁊ l.quoties.ℌ.fin.ff de noxal.⁊ ff.de iureiuran.l.qui interrosse ℌ.fin.de interrog.act.l.secunda.ℌ.fine.C.ne vxor pro mar.l. fi.C.si mā ita fue.alie.l.prima.⁊ de pred.min.l.si quid.⁊ ff.ad l.fal. l.in ratione.ℌ.pe.⁊ l.momentanee.C.qui leg.pers.ba.stan.in iud. nec ad eas,de quibus dubitatur,nec ad eas que essent cōtrarie precedentibus responsionibus ne incidant in periurū responsio.cōtra.⁊ fiat sibi preiudicū.C.si aduer.ven.l.j.⁊ d.l.si quis libero.in fi.ff.de pe.be.nec negare,que probari nō possunt.C.de
15 proba.l.actor.⁊ sola illa poni debent que probari possunt. Nā lo ꝓbationi sint iste positiones inducte in authēti.de bis qui ingre.ad appel.ℌ.vlti. Iuder tamen ex officio suo de negatorijs potest expedire.vt C. de non nu.pec.l.in contractibus.† In summa no.quod de eodem potest quis sepius interrogari.ff.de questio.lege repeti.quia potest esse quod pri⁹ nō credebat sed quia nunc aperte sunt attestationes, credit.arg.ff.de dam.infe.l qui bona.ℌ.si quis stipulaturus.⁊ arg.ff.de inter.act.l.pe.Et scias ꝙ magna subtilitas est in bis positionibus faciendis. ¶Iam quandoque ꝙ negatur directo fit per obliquū sicut ex diuersis generibus pōt cognosci. Itē caue,ne responsio, seu assertio notarij sit obscura nā tunc accipiendū est ꝙ est vtilius.l.si quis intētione. ff.de iudi.⁊ facias cogi vt confiteatur certū.ℌ.de confess.l.certū. Teneas autē ꝙ positiones numquā fiūt nisi lite cōtestata.extra de lit.conte.⁊ c.vnico.iuncta ibi gl.⁊ c.duduz.ℌ.licet.de elect. Circa vero tēpus probationum que ꝓducuntur suppositioni vel negationi,no.xỹ. Primo ꝙ presente aduersa parte testes produci debent.nisi abesset ex cōtumacia.l.si quando.C.de testi. Secūdo ꝙ debeant esse iurati.l.si quando.⁊ l.iurisiurandi.C.eod.tit. Certio ꝙ debeat pasci,seu expensas eis dare pars producēs eos.l.si quando.C.eod.titu.Quarto ꝙ super circunstantijs factis a parte contra quā producūtur,vel eius aduocatos possint fieri interrogationes.ff.de adul.l.si postulauerit.ℌ.questioni.⁊ he interrogationes consueuerunt tradi iudici in facto,vt per ipsum fiant.
16 † Iam si ipsa pars interrogaret,vt videretur quodāmodo dixisse testificata.Quinto ꝙ si altera pars quodāmodo dixit testificata non poterit postea producere testes,vt in auth.at qui semel. C.de ꝓba.⁊ in auth.de testi.ℌ.quia vero multi.⁊ ff.de fer.l.fi.Sexto ꝙ ex quo quis produxit tertio,nō poterit quarto, nisi cum cause cognitione.d.ℌ.quia vero.⁊ d.l.fi. De cōsuetudine vero q̄ est optima legū interpres l.si de interpretatione. de legi dank plures dilationes.Septimo ꝙ si testis proposuit aliquod ꝓbuz obscurū,illud poterit declarare.l.in ꝓtorijs.ff. de ꝓto. stipula.l.in conuentionalibus.ff.de verb.obl.⁊ l.si quis intentione.ff. de iudi. Potest etiā testis, si non studiose errauerit,incontinēti corripere.extra de testi.c.ꝓtera.a. Octauo ꝙ post publicationē testiū iudex iterū examinet,si confuse fuerint testificati.ff.de question.l.repeti.extra de testi.c.cū clamor validus. In casu tamē licet confuse deposuerint iterū rite examinet,si aduersario placuerit,insuper etiā eorum dicta ad id admittātur extra de testibus. cap.veniēs. Nono nota ꝙ iudex ex officio suo cogit testes testificari,⁊ ad testimoniū venire ex officio sicut ad cognoscēdū signa, ⁊ sigilla testamēti,vt ff. de tab.exhi.l.ỹ.que incip.locū.ℌ.exhibere In criminalibus autē causis secundū Canonistas testes non cogūtur,vt in c.dilectorū.de test.cog ¶Decimo no.ꝙ iudex nō debet pati effrenatā multitudinē testium produci.l.j.ℌ.quanquam quibusdā.in fi.ff. de testi. Que autē sit effrenata multitudo interpretatur vltra quadragenariū numerū.extra de testi.cap cū causam. Undecimo,no.ꝙ lite nō contestata,nō admittuntur ex parte actoris nisi in casibus.vt in auc.de testi.ℌ. hic vero quia multoties.⁊ in c.quoniam frequenter.ℌ.porro specialis.vt lite non conte.reus autē indistincte suos testes producit secūdū doc.in l.procurator.ℌ.fi.de doli except.⁊ de tēpo.in integ. restit.taz mi. l.petende.⁊ C.de dila.l si quando. ¶Duodecimo no.ꝙ causam sui dicti debet exprimere.ꝙ intelligit si fuerint requisiti.C.de testi. l.j.⁊ l.solz.3. Nā in delictis dicit ꝙ de singulis circunstantijs prudenter sunt requirendi scilicet de causis,loco,tēpore famę, visu
17 auditu scientia credulitate,certitudine.extra de testi.c.cum causam. † Productis itaque testibus,sequitur ipsa renuntiatio productionis.qua facta,iudex attestationes publicat, ⁊ ad eas publicandas partibus assignat terminū:quibus publicatis, ⁊ ꝓbatis exemplū,vel originale remanet apud iudicē.vel de cōsuetudine penes scriptores,vt in c.quoniā contra falsas.de ꝓba
18 bat.† Post hec sequitur tēpus,scilicet disputationū,⁊ allegationum proponendarū.de quo in auth.de testi.ℌ.si vero dicat.⁊ ℌ. fi.nam partes diem exigunt ad obijciendum in personas ⁊ dicta testium ad executionem.⁊ vtrū probationes sint plene, vel semiplene,vel alio modo, fiunt autem oppositiones multiplices.⁊ contra ius:tamen quandoque due:quandoque plures exiguntur secundum qualitatem persone,scilicet, an fuerint rogati ꝙ in quibusdā casibus exigitur. Itē ab testes sibūpsis contradicant,vel alter alteri,vel sint liberti,vel serui vel sint amici,vel inimici honesti vel inhonesti,cogniti vel incogniti,vel an falsa dixerunt,vel an varia circa hec ⁊ multa alia q̄ sunt in auth. de testib.
19 per totū.C.⁊ ff de testi.† Qualiter autē testis pretextu criminis repellatur,querik an causa sit criminalis, vel ciuilis.⁊ an sit crimen periurij vel sit crimen mendacij an adhuc in eo perseueret ⁊ an illud crimē infamē comitetur extra de testi.c.testimoniū. tenetq; post publicationē fuit protestatus,vel si sic poterit de novo dixisse ꝙ obijcit,vel iuramento firmare ꝙ adhuc malitiose nō probat ⁊ probatur hoc extra de testi.c.ꝓlentiū.⁊ circa hoc tēpus secundū ius canonicū exceptio peremptoria poterit opponi ⁊ probari.licet vterque repellatur postquam dixit testificata de testib.c.ex tenore.qō intellige,si reprobatio precessit ante publicationē testiū super peremptoria proponenda,secundus ius ciuile dicunt secus esse:cū dixerit testificata,in auth.de testib. ℌ.quia vero.⁊ ponit pro se C.sen.relcin.nō posse.l.peremptorias C.de proba.l exceptionē.secundū tamē vtrunq; ius in causa appellationis potest opponi ⁊ ꝓbari.l.eos.ℌ.si quid aūt.C.de ap

pel.ꝛ l.per hãc.C.de tẽpo.ap.de testib.c.fraternitatis de fide instru.c.cũ Jo.secundum hoc opposita in princi.ꝛ nõ probata.vel
20 ſ.implene probata poterunt in causa appellationis ꝓbari.† Nonum tẽpus est renunciationis, ꝓbationis.ꝛ allegationis tã de iure quã de facto.de quo.C.de iudic.in auth.iubem⁹. que dicit in causa cõclusum ꝛ in hac decretal.quoniã cõtra falsam.de prob. Iudex autẽ sepe,ꝛ sepius vtrancꝙ partẽ interrogat.Iudices.C.de iudic.ꝛ iudex inquirit qñcunꝙ eũ coegerit equitas l.
21 pe.de interrog.actio.† Decimũ tẽpus est sententie quã iudex nõ debet ferre subito,sed prehabita informatione seu dilatione, ꝛ iniam in scriptis proferre.l.ij.C.de sententijs ex breuicu.re.istan.ex quo em eã ꝓtulit, non hꝫ postea facultatem eam remutendi vel corrigendi nisi quo ad grãmaticã ꝛ ornatũ sententie,
22 tenore perseuerante.l.actorũ.ff.de re iudicata.† Et not.q sententia debet cõtinere cõdẽnationẽ.vel absolutionẽ. alias nõ valet. C.de sentẽn.l.preses.vel equipollens.de re iudicata.l in summa. de arbit.l quid tamẽ.ſ.si arbiter.ſi cer.pet.al certũ.debet etiã referri in publico nõ in secreto.l cũ sententiã.C.de sen.vbi dari cõsueuerunt more maiorũ,vt ff.de iustit.ꝛ iur.l.pen. Jtẽ vtraꝙ parte presente.vel saltẽ citata.ff.de re iudic.l.quesitũ.C.quomodo ꝛ quando iu.l.ea que. Jtẽ debet seruare ordinẽ iudiciũ.l.platã.C.
23 de sen.ntẽ debet esse certa nõ incerta.de senten.q sine cer.quan.l. ij,ꝛ instit.de act.ſ.curare.† Jtẽ iudex lata sentẽtia definit esse iudex,cũ sit functus officio suo.l.iudex postquã,ff.de re iudi.ꝛ ideo nil de facto potest addere vel minuere nisi quo ad grãmaticã, vt ſ.dixi.vel mulctã que remittitur ꝓpter inopiã.l.fin. C.de mo. mulcta.ꝛ de expen.ꝛ similibus hoc idẽ dic.l.Paulus.de re iudic. l.litigator.de fruc.ꝛ li.expen. Debet enim iudex victum victori cõdẽnare in expẽsis alias de suo vel eius successor tenet refundere.C.de iudi.l.ꝓ perandũ.ſ.fin aũt alter utra. nec potest in minus condemnare quã iurati sit,ꝓpter taxationẽ factam a iudice.auth.de iudi.ſ.oportet aũt. Si vero ꝓtidetur ex iusta causa, nec videtur esse in sumptibus cõdemnandũ,id suo facto decernat.dicto ſ.oportet.ſ.si tũ. Quod si nulla est sententia interlocutoria iudex potest cognoscere. C. quomodo ꝛ quando iuder.
24 l.si preses.ꝛ de sen.ꝛ interlo.om.iud.l.j.ꝛ de accus.l.ỹ.† Si aũt eẽt delegit⁹,quidã dicũt eũ nõ posse cognoscere.sic itelligũt q est.C.cũo et quando iuder.l.si vt proponis la.j.Alij dicunt idẽ in delegato quod i ordinario.dicta.l.j.sed negatur eundẽ delegatũ posse cognoscere C.sentẽ.rescind.nõ po.l.j.† Jtẽ no.q non
25 super incidenti, sed super principali potest cognoscere, de ordi iudic.l.j ꝛ ỹ.ꝛ hoc cũ distinctione qũ ciuilis incideret in ciuili ꝛ hoc modum exceptionis vel defensionis.ꝛ habent locum dicte leges. Non obstat de minoribus.l.in causa.j. respon.ff. de precar.l.j. nam sunt specialia hoc casu per sententiam latam.in principali preiudicatur in incidenti, dicta.l.j. de ordine iudic. Nec obstat.l.penult ff.de his q sunt sui vel alie.iur. et de liber. agnoscen l.si quis a liberis.ſ penult. vbi lata super principali non preiudicat in incidenti, quia ibi non fuit habita plena cognitio super incidenti vt ex predictis legibus expresse patet. Si autem quando sit emergens, super ea pronunciabitur non expectato eritu principali.l.a procedente C. de dila. Si cause principaliter intẽtate incidit criminalis, vel criminali prius instituite ciuilis pronunciabit iudex eodem tempore super vtraꝙ. l.cum ciuili.C.de ordi.iudi.ꝛ lỹ.ſ.si publico ff.de adult.ꝛ l.si filium. C. de lib.caus. Si vero ciuilis criminali in modum accusationis proponite proponitur.supersedetur in ciuili donec super criminali pronunciatum fit l.si.C.de ordi.iudic.ꝛ s. dicta habẽt locum vbi altera sit preiudicialis. Si vero vtraꝙ est ciuilis.et principaliter proponitur.habet locum.l.qui prior. ff.de iudi ita vt nihilominus qui reconuenitur pendente lite prioꝛ possit super petitione per pactum inducere. licet alius primo probet. et postea super questione reconuentionis sua sententia proferatur ꝛ in questione reconuentionis incõtinenti vt in authen.de exhib.ꝛ introdu.reis. ſ.sancimus.extra de mutu.petit.c.penult.tenetamen quod qui reconuenitur ante litem contestatam debet offerre libellum conuentionis.d.ſ.sancimus. Quidã dicunt posse reconuenire vsque ad iniam sed primũ placet.Si vero vtraꝙ questio est criminalis.ꝛ principaliter intentatur. Verũ, quod no.in l.is qui ff.de iudi. Jtem not. quod si actor plene probat, vincit.alias reus vincit.l.qui accusare.de edend.ꝛc.Bartol.

ADDITIO.

a Tho.Dipl. Ordo iudiciũ. Aduerte,quod aliqui attribuunt hunc tractatum do.Jaco.Bent de Perusio.tamen iste tractatus est Bar.ꝛ non Jaco.quia ille tractatus est diuersus ab isto, ꝛ incip.alle tractatus ordo iudiciarius per Jac.Bent procuratorem Perusi.sub breui compendio,ꝛ cancl. in nomine domini Jesu Christi.cui omne genu flectatur,ꝛc.Et adde,quod attribuitur alius tract.Bart.de ordine iudiciorum. qui est insertus in Rub.vbi consulitur. nisi tamen non est Bartol.

Tractat. quomodo ꝛ qualiter

a probetur mors a,secundum Bartolum.

ADDITIO.

a Th.D. Tractatus quomodo ꝛ qualiter probet mors. Ista est tract.Bar.licet scripserit sine allegation.secundum Bald.de Are.in ſ.actionum. Inst.de act.ꝛ Felin.c quoniam frequenter in ſ.porro.vt lite non conte.ꝛ adde quod huiusmodi tractatus de verbo ad verbum j.in tract.de testi. Bart.in ſ.mortuum nominem dixit,qualiter causa,ꝛc,ꝛ ideo ibi vide.

Mortuum hominem dicit qualiter reddatur excitandum eius. Mors est priuatio vite.si priuatio ergo negatiua cuius difficilis est probatio.Sed aduerte de morte,quia aliquando sumus in paruis casibus aliquãdo in magnis.maioribus ꝛ minimis.in primis vbi modicum preiudicium versatur,vt si tractatur de periendo testamento ꝛc. De huiusmodi tractatu, vide infra tractatu de testimo.ſ.mortuum hominem.char.clvij.ꝛ ibi annies de verbo ad verbum.

a

Tractatus successionis ab

intestato secundum Dynum.

ADDITIO.

a Successionis. De hoc tractatu aduerte quod dicit Corn.cexxxiij vol.iij incip.pro decisione presentis questionis.q.iusmodi tractatus intitulatur Bar. ꝛ idem in l.si qua illustris C.ad Orficia.allegat Bar.in isto tract.si est tract. Bar.ꝛ ꝓ de Sancto Seuer.in repetit.d.l.si qua illustris dicit.habes tractatum intitulatum Bart in cip. Qm ab intestato successerunt ꝛc.ꝛ in eo alleg. Cyn. in l.j.C.de condit.insert. ꝛ dicit quod illum tractatum in libris aliorum intitulatum Dyni.in eo est allegatus Lynus. Et adde quod dicit ipse,quod Dynus olim tractatum de successione ab intestato,siue summul.quam conserunt ỹ.in auth.itaque.C.communia.de succes.ꝛ aliarum tractatum paruum.quem habebat attributum Dyno,ꝛ qui ibidem in fine sue lecture super insortiato,ꝛ ficiste tractatus Bar. de secundus ipsum non est Dyni,vt patet ex comparatione illius tractatus ad hunc.Et adde quod idem do. Jo.de Ianc.Seuer.in d.l.si qua illustris.dicit quod huiusmodi tractus est Dyni,ꝛ sic magis credit fuisse Dyni, vt colligitur ex verb. Cyn. in auth.cessante.in addi.mag.C.de suis ꝛ leg. Et adde quod hic tractatum pro tractatu Dyni allegat Aller.cons.lxx.volu.ꝛ incip.viso.ꝛ in consi lxxvj.vol.vj.incip.Francis.

1 Liberi succedunt ab intestato parentibus, transeuntes exclusis.

2 Filiorum quot species.

Filij legitimi,ꝛ naturales ex legitimo matrimonio vtpote sumpto nati dicuntur.

3 Filij naturales quinque modis efficiuntur legitimi,legitimati succedunt sicut legitimi.

4 Legitimatus dicitur legitimus etiã quo ad honores,ꝛ alia.

5 Filij naturales tantum dicuntur nati ex concubina vxore non retenta.

6 Filij naturales qualiter succedant patri vel matri,succedunt testamento ꝛ ab intestato.

7 Filij legitime tantum dicuntur inducti a lege vt adoptiua.

8 Arrogatio fit coram principe,ꝛ qualiter succedat arrogatus.

9 Eldoptio fit coram quocunque magistratu,ꝛ qualiter adoptatus succedat.

10 Incestuosi.vel adulterini qui,ꝛ nu.13.

11 Spurij non possunt succedere patri.

12 Spurius succedit matri etiam cum legitimis,si mater non est illustris.

14 Spurij ꝛ alij damnati non succedunt patri,nec matri,repellunt ab ordinibus dignitatibus,nisi per principẽ fuerit dispensatum.

15 Ascendentes descendentibus qualiter succedant.

16 Collaterales qualiter collateralibus succedant.

17 Frater si monẽ sine liberis ꝛ ascẽdẽtibus relicto fratre ex patre patris tãtũ,ꝛ fratre ex patre matris q ex patre matris in bonis patris,ꝛ ex parte mris in materinis,in aliis equaliter succedũt

frater

18 Frater vtrinque coniunctus prefertur fratribus ex vno latere tantum coniunctis. ⁊ solus fratri vtrinque coniuncto succedit.
19 Filij fratrum succedunt in stirpes. ⁊ non in capita.
20 Collaterales naturales tantum. ⁊ non legitimati qualiter inter se succedant.
Collaterales legitimi tantum. qualiter inter se succedant.
21 Spurij vel bastardi. qualiter inter se succedant ab intestato ⁊ agnatis patris.
22 Fratres spurij eadē matre inter se inuicē ab intestato succedūt.
23 Fiscus quibus casibus succedat.
24 Ecclesia prelato decedenti ab intestato succedit in his que ab ecclesia. vel ecclesie contemplatione habuit.
25 Vir quibus casibus succedat vxori.
26 Seruus quando possit succedere ab intestato.
27 Successio ab intestato cessat donec potest habere locū successio ex testamento.
28 Proximios in gradu prefertur posteriori in successione.
29 Hospes alūno. siue vitrico. siue hospiti ab intestato nō succedit.
30 In successione ab intestato q̄ immutata sunt per ius nouissimū.



Quoniā ab intestato successionum materia in corpore iuris videt esse dispsa. tā in ter. quā in gl. ideo ne iuris. plixitas ⁊ gl varietas multitudinē psonarū renoluat. C. de cad. tol. l. vnic. §. ne aūt hoc ver. in pro non scripto. ⁊ vt ipsoz notitia verius ⁊ clarius habeatur, notulā psentē ordinare dispsui. nec imerito. cū sit materia quotidiana. ff. de lib. leg. l. legaui. ⁊ qm̄ ob diuisionē omnis res clarior aperit. ff. de do. exceptio. l. j. Ideo sciendū est. q̄ gradus successionū diuiduntur in hos gradus. superiores. inferiores ⁊ trāsuersales. Inst. de gradi. §. j. in auth. de her. que ab intest. §. j. ⁊ Circa primū autē gradum sciendū est. qō si quis ab intestato moriēs habet liberos. succedunt liberi exclusis parētibus. ⁊ trāsuersalibus. ⁊ succedunt equaliter. ⁊ indistincte. licet olim secus esset si erant sui iuris. vel emācipati. masculi. vel femine. Insti. de her. q̄ ab intes. §. j. ō ⁊ in auth. e. §. j. ⁊ Et intelligas liberos vsque in infinitū. vt ff. de ver. sig. l. liberorū. ideo vocātur liberi. vt si ex vno filio premortuo sit nepos vel pnepos vna cum alio filio defuncti vocātur. Insti. de her. que ab inte. §. cū filius. filia ye. qō ita debet intelligi qō nepos. vel pronepos. vnus. vel plures tantū accipiunt de hereditate quantū accipere. eius pater si viueret. vt in auth. de here. que ab intest. d. §. j. versā in vsu barū. ⁊ §. si igitur defunctus. Cerū. multe sunt ipe
2 cies liberorum. ⁊ non oēs filij succedunt. Sciendum est ergo. q̄ filiorum quidā sunt naturales ⁊ legitimi quidā legitimi tantum quidā naturales tantū. quidā spurij. quidā incestuosi. quidā nefarij quidā adulterini vt colligit in auth. q mod nat. effi. legi. §.
3 pala. ⁊ Dicunt autē filij naturales ⁊ legitimi qui nati sunt ex legitimo matrimonio cōtracto. vel presumpto. qō fuerit legitime contractum. vt in auth. preale. §. legitimi siquidem. ⁊ ff. de in ius vocā. q̄ semper. ⁊ ff. de his. qui sunt sui. vel alie. iu. l. filiū. ⁊ extra de fil. presb. c. Michael. ⁊ isti succedūt patri equaliter ab intestato
4 to. ⁊ filij eorum in stirpes. vt ff. dictū est. ⁊ Filij autē legitimi dicunt illi. qui erāt primo naturales postea effecti sunt legitimi. q̄ fit quinque modis. Primo. si pater obtulit in scrutinium curie. vt in auth. q mod. na. effi. sui. §. j. Secundo si matrē dicti filij pater duxerit in vxorē. vt in d. tit. §. si quis igit dotalia. ⁊ Inst. de nup. §. a. extra. qui filij sint legi. cap. tanta. Tertio modo per rescriptum principis. qō fit q̄n non habet alios legitimos. vt in auth. qui mod. nat. effi. sui. §. illud tū. versic. si quis ergo. Quarto. si pater in testamēto hoc dicat. s. q̄ velit esse legitimos ⁊ successores. quo casu debet testamentū ostendere re principi. ⁊ supplicare q̄ cōfirmet. q̄ pater fecit. ⁊ principe confirmāte. erūt legitimi ptim a testatore. partim a principe. siue a lege. q̄ intellige si possit facere testamentū vt prealleg. tit. quib. mod. natu. effi. sui. §. si vero is. qui solummodo. vt auth. prealle. §. his verō. Quinto. si pater tractat in testamento eos esse naturales filios ⁊ appellat eos filios in testamēto. q̄ debet. vel in alia scriptura. in qua tū. scriptura sint subscripti tres testes. vt in authen. vt lic. mat. ⁊ auie. §. ad hoc autē. Et scias. q̄ predicti modi permittūtur volētibus filijs. nō inuitis. vt in auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. generaliter au-
5 tem. ⁊ De successione autē istorum est sciēdum q̄ oēs legitimati quatuor modis vltimis succedunt sicut legitimi. vt s. auth. preal. §. Jn legitimatis vero in scrutinio curie. alius modus seruat. Nā sicut legitimi soli primi efficiūtur sui. ⁊ nō agnatis p̄tris. ac agnatis sibi. ⁊ alia seruāt vt in auth. qb. modis natu. effi. sui. §. filium vero. vsque ad §. tribus. Jtem si queras. vtrum tales legitimi videant nō solū quo ad successionē. sz etiā quo ad honores
6 ⁊ ordinē. dic q̄ sic. vt in d. cap. tāta. ⁊ Dicunt autē filij naturales tantum qui nati sunt ex cōcubina vnica. ⁊ in domo. ⁊ licet de iure canonico reprobetur cōcubinatus ex legibus tamē nomē assumpsit. ideo sicut quis eodē tēpore plures vxores habere nō pōt ff. de his qui no. infa. l. j. q̄. ⁊ l. quid ergo. §. j. ⁊ extra qui fil. sint legi. cap. per venerabilē. in fine. ita nec plures cōcubinas. vt in l. j. §. in fi. ff. de concubi. ⁊ in l. in cōcubi. in fi. ⁊ in auth. quib. mod. na. effi.
7 sui. §. si qs igit habēs. ⁊ Jsti autē succedunt isto modo. nā si persona defuncti careat liberis ⁊ ascendētibus filius naturalis succedit in totum. Si autē superiores existunt tunc relicta legitima parētibus. reliquū poterit in filios naturales distribuere. si autē legitimi existāt vt descendētes mater taliū naturalium. s. concubina. ⁊ ipsi naturales succedunt in vnā vnciam. ⁊ sic vnciam mediam habere possunt. vt in auth. quib. mo. nat. eff. sui. §. discretis. cum versi. seq. Ab intestato autem succedunt naturales vna cum matre viriliter in paternas substātias in duas vncias nō existētibus legitimis liberis nec legitima cōiuge. licet eius cōiunx. vt legitima nō adēciatur. facit tamen ne naturales possint capere. vel succedere. Extantibus autem liberis vel legitima cōiuge in nihilū admittuntur. sed ali debēt ab heredibus arbitrio boni vi-
8 ri. Et q̄ dixi de filijs. idē intelligas de nepotibus a vel pronepotibus. vt no. in auth. quib. mod na eff. sui. §. igitur habens filios. C. de nat. lib. auth. licet. sed licet pater nō succedat. nisi vt dictū est matri tamē ex testamēto ⁊ ab intestato succedit. C. ad Tertu. l. pe. filij autē legitimi tantum dicuntur. qui sunt inducti per legem nam ⁊ adoptio describitur. Adoptio est legitimus actus per quē filius efficitur qui non est. vt colligitur ff. de adoptio. l. j. ⁊ ij. Jnstit. eod. in princ. Et est duplex. scilicet arrogatio. ⁊ adoptio. Arrogatio. que fit coram principe. ⁊ de illo qui est sui iuris. ⁊ efficitur in potestate arrogantis. ⁊ licet olim omnia efficerētur arrogantis. hodie tamen quantum ad vsumfructum tantum. vt not. ff. de adopt. l. j. ⁊ ij. ⁊ l. si pater. ⁊ l. si arrogator. ⁊ Jnstit. de ac qui. per arrogatio. per totum. ⁊ in isto dic. q̄ succedit sicut legitimus ⁊ naturalis. ⁊ si pater arrogator exheredaret eū iniuste restituuntur bona arrogato. ⁊ quartam partem illius portionis quam habiturus fuisset arrogatus. si arrogator mortuus fuisset ab intestato. Si autē eum emanciparet sine causa. restituetur. at si cum causa bona tantum sua restituet. ff. de adoptio. l. si arrogator. ⁊ Jnstitu. eod. §. item non aliter. C. eo. l. cum in adoptiuis. in fine. De secūda autē adoptione scias q̄ ipsa fit cōā vno quo q̄ magistratu ⁊ sic de illo qui est in potestate. ⁊ licet olim transiret in potestate adoptantis. hodie tamen nō. nisi detur in adoptionem auo paterno vel materno ⁊ filius qui eum dedit. erat emancipatus. arg. ff. de collat. l ij. Jnsti. e. §. j. ⁊ §. sed hodie. Et in isto dic q̄ eo casu quo adoptiuus trāsit in potestatem adoptantis. vt aui paterni. vel materni. vt dixi succedit sicut filius legitimus ⁊ naturalis. ⁊ idem seruatur in eo. q̄ in illo. Si autē detur extraneo quo casu non transit in eius potestatem. dic quod patri adoptiuo succedit ita demū. si decedat intestat⁹. Nō autē pater adoptiuus tenetur tunc eū instituere in aliquo imo potest eum exheredare sine pena. ⁊ preterire. nec poterit ille filius succedere agnatis patris adoptiui. nec ipsi ei etiā ab intestato. C. de ado-
9 l. cum in adoptiuis. vsq̄ ad §. fi. ⁊ De filijs autē spurijs scias. q̄ tribus tantum modis appellant spurij proprie in iure nō. Uno modo qui patrē habent incertū. sicut filius meretricis. Secundo qui habet certū. sed habet talē. quem secundum Deum ⁊ honestatē. mōstrare nō licet. vt puta. filiū presbyteri. vel monachi. vt ff. de sta. hom. l. vulgo. nō enī videt esse. qui nō est habilis. vel nō potest cū honestate mōstrari. ff. q̄ cuiusq̄ vni. nom. l. j. §. j. ⁊ q satisda. cog. l. quoties. ff. de mu. ⁊ ho. l vt gradati. §. ⁊ si lege. Tertio dicūtur spurij q̄ nati sunt ex seruo ⁊ libera. vt C. de suis ⁊ legi. her. l. ex libera. de istis autē dic q̄ patri succedere nō possunt. §. primo casu. quia incertus. ⁊ sic conditionē patris sequi nō potest. ff. de statu homi. l cum legitime. Secūdo casu. q̄ pater habetur pro incerto iuris fictione. ⁊ vbi iuris fictio est. p veritate accipit. siue seruā. vt ff. de testa. l. lege Cornelia. ⁊ Jnsti. qui. mod. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. Tertio casu non pōt. quia cum sit filius serui succedere nō pōt. nisi in casibus not. C. cōmu. de success. l. seruus successores. in gl. ⁊ merito cū seruus non habeat bona. vt ff. de verb. signifi. l. paterfami. Dicas tū. q̄ succedit matri solus. si mater nō est illustris. vel vna cū alijs legitimis vt Jnstitut. ad Orfi. §. nouissime. ⁊ etiā auie materne. vt ff. vnde cog. l. Clodestinus. Sed si mater esset illustris tūc nō succederet cum legitimis. vt C. ad Orfi. l. penul. Et est ratio. quia mater semper
10 est certa ff. de in ius vocā. ⁊ quia. ⁊ De alijs autē tribus incestuosis. nefarijs. ⁊ adulterinis sciēdum est. q̄ incestuosi proprie dicuntur secundum ius ciuile. proprie nati ex linea transuersali in gradu prohibito. Nam incestus dicit iter tales cōiunctos. licet alie numerent persone. ff. ad l. Jul. de adul. l. adulteriū cū incestu.

a Th. Dip. Tract. de iudice suspecto. Adde. quod istum tract. inueni attributum Bartol. in ff. volum. consilio diuer. do. in fol. ccxl, & materiam vide plene per Jas. in l. apertissimi. C. de iudic. & Mod. in capitul. cum speciali. de appellat. Quid autē si iudex suspectus non recusatur, & procedit, an valeat sententia, ita quod non sit nulla, vide Mod. in l. ff. de iu. om. iudic. & plene per Philip. Dec. in c. super literis. de referi. & in cap. causam que inter. de offic. deleg. & vide Petr. de Anch. in cōsilio cclxi. in c. subtiliter, & ad plenum. & Alexand. in cōsilio ciij in v. volum. incip. circa primum quod procedunt predicta, quando allegatur suspectus notarius, procurator, & similes. Item adde, suspectio superueniens post conclusum potest opponi, vt per Joan. And. in c. cum dilectus. de ord. cog & plene per Felyn. in c. insinuante, de offi. deleg. & Lar. Aler. in c. cū speciali. in ri. col. de appel. Cetera vide in d. apertissimi. & ita addi. meas ad dom. Jac.

Tractatus Domini Alberti de

Ramponibus. de consiliis habendis per officiales, & assessores, cum additionibus & suppletionibus domini Bartoli a Saxoferrato.



Circa practicam a consiliorum habendorum per officiales. & assessores, quoniam sepe de facto, questiones oriuntur, ita teneatis. Et primo videndum est, quo ordine per assessores procedēdum sit ad consilium habendum. Secundo, an de iure assessor inuitus cogatur ad habēdum consilium. Tertio, an ille qui eligitur in consiliarium, inuitus cogatur accipere. Quarto, si recipit, an cogatur iurare quod bonū dabit, & feret consilium. Quinto, si electus dicat se dubitare de iure, an debeat sibi dari consocius. Sexto, an postquam cōsiliarius dedit consilium, possit illud mutare, corrigere, vel emendare, vel declarare. Septimo, an iudex vel assessor cogatur consilio eius stare, vel illud sequi. Octauo, an electus cōsiliarius possit recusari. Nono, qualiter recepto consilio debet pronunciari. Decimo qui tantum debeat soluere salarium consultori. Super primo sic breuiter dicendum, quod super forma habendi consilij quasi vbique sunt statuta, & consuetudines, prout ea inueniet is seruate. Si autem statuta vel consuetudines non sunt, si quidem ex ipso velit causam committere, procedet tali forma officialis, vel assessor, intendo habere consilium sapientis super tali questione, vnde statuo vobis terminum vsque ad talem diem ad dandum suspectos, & faciet scribi terminum, & ipso termino elapso si partes suspectos dederint, vel altera ipsarum vel nullas committet iudex questionem eis qui sunt extra numerum suspectorum, quoniam graue est sub suspecto iudice litigare. C. de iudi. l. apertissimi. & auth. si vero contigerit. ibi posita. Unum tamen scias, quod si pars vel altera ipsarum omnes vicinos daret suspectos, iudex taxare debet numerum suspectorum, pro causae qualitate. & loco, vbi consilium datur, arg. ff. de testib. l. j. cū simil. Si autem iudex suspectos tibi seruat, vt si diceret aliqua partiū, q dedisti cōsultorē de numero suspectorū, recurras ad originalem scripturā, & dabis vnum consiliarium, vel plures, prout partes concordabunt, vel causae qualitas requiret. In quibusdā autem partibus dantur cōsidentes. & hoc est satis bonus, quo vel quibus cōsultoribus electis, scribatur in actis cōmissio & articulus questionis, vt extra de pbatio. cap. qm̄ cōtra falsa. Si vero volueris cōsiliū tibi exhiberi, vt quia perpendis iudicē de medio contra te esse vel potius inclinare, ita procedes, q̄ venies coram iudice dicens. Dubium non est, domine iudex, quod omnia que recto consilio aguntur, merito firmitatem & effectum cō sequuntur, vt C. de repud. l. dubiū nō est. in prin. imitando ergo consilium d. legis, & prouerbij, vbi dicitur, omnia facta cū cōsilio, & post factū nō penitebit, placeat vobis super hac causa dubia, sapientis habere consilium: querebat enim Imperator consiliū sapientis, & sequebatur illud, vt ff. de fund. instruc. l. quesitum. in prin. & l. si edibus. ff. de dam. infec. Et etiam testator in disponēdo consilium habet. ff. de vulg. & pupil. l. cuz ex filio. in principi. ex consilio Labeonis, Offilij, Cascelij, Trebatij, eumquē in postestate habebat, soluz heredē fecit, &c. Et illud quod a pluribus queritur, facilius inuenitur. iurta sentētiā Augusti. xx. dist. can. de quibus. l. si aliā. in fi. C. de ingen. manu. & extra, de off. deleg. c. prudentiam tuam. hec & alia dicas, vt assessoris animum trahas ad consilium habendū. Secūdo quero an iudex medius inuitus cogatur habere cōsiliū: Et videtur quod sic. Nam Imperator dicit omnia se facturum cum consilio procerum suorum. C. de legib. & constitutionib. l. humanum. & etiam videtur lex vel le consilium haberi, vt ff. de donationib. l. Aquilius Regulus. & C. de repud. d. l. nō dubium. & C. de iur. delib. l. fina. & optime dicit consilium habendum text. ff. de bonorum possessionib. in l. in bonorum possessionibus. & C. de ingenu. manu. dicta l. si auiam. Econtra quod nō teneatur habere. Omnis enim iudex prestat iuramentum, se iudicaturum secundum legem, in authentico de iureiurādo, quod prestat. ab his. §. deuotos. ibi, supplicium secūdum legē, &c. & in auf. de defen. ciuit. §. iusiurādū. & auf. de iudicibus. §. omnis autē iudex. Item, q̄ consiliū non est obligatorium. ff. mand. l. ij. in fi. ff mād. Sol. dic q̄ si iudex vult potest consiliuz habere, per iura superius alleg. fm cōmunem opinionem. Sed dominus Ubertus de Bobio dicit, quod si assessor est bene peritus in iure non tenet: alias autē si non est, vel est iuuenis, tenetur de iure, & bona consuetudine. Judex vero non medius credo quod melius fecerit pro exoneratione sui, nisi euidenter videat malitiam & frustrationem, quia boni pretoris est lites diminuere. ff. si cer. pet. l. quidam. cum fi. & nemo tam audax. inuenitur qui possit inuito iudice litem protelare. &c. vt l. properandū. C. de iudi. Tertio quero, si autem iudex medius cōsultorē dederit. & elegerit, an electus suscipere cogetur inuitus: Et dicendum est, q̄ sic, quoniam iudicare, publicū munus est, quod in inuitum conferturvt ff. de mune. & bono. l. munerū. §. iudicādi. & l. pen. §. qui autem. ff. de vac. mu. & ff. de iudi. l. cum furiosus. & C. de aduoc. diuer. iudi. l. sancimus. j. que iura quamuis loquantur in iudicibus delegatis, tamen idem dicit lex in cōsultoribus assumptis, vt C. de proxi. sacro. scrinio. l. in sacris. j. & ibi no. hoc est verum. si ille qui eligitur in consiliarium. est subditus iurisdictioni eligentis, vt not. C. qui pro sua iurisdictio. l. j. & etiaz sint vera omnia predicta nisi illi quibus datur consilium, vel aliqui ipsorum, sint ipsi consiliario sanguinis affinitate adstricti: & ideo nolit cōtra eos consilium exhibere, vt C. de excus. tut. l. humanitatis. & l. qui iurisdictioni preest. ff. de iur. om. iud. ff. de iniu. l. ler Cornelia. in prin. cum similib. Quarto, postquam cōsultor officium consulendi recepit. an cogatur iurare quod iustum & rectum consilium dabit: Videtur quod sic. ad similitudinem testis, cui nihil creditur sine sacramento. C. de testib. l. iurisiurandi. & ad similitudinem iudicis. C. de iudi. l. rem non nouam & in authē ibi posita, & prealleg. §. deuotos. & in authent. iusiurandum quod prestatur ab his &c. & §. iusiurandum. in auth. de defen. ciuita. & in authē. ō iud. §. omnis autē iudex. videtur quod cogatur iurare ex predictis. Econtra, quod non. Primo, quia nulla lege, vel cōsuetudine cauetur, arg. C. de colla. l. illaz, circa med. & ideo video quod est eius qui datus est arbitrio non iurare. nec iurare cogitur. C. de arbit. auth. de decernitis. Sol. Dic, quod si consiliarius est clericus, nō iurat eo, quod clerici nō iurāt, nisi causa necessitatis. C. de ex. & cleri. l. cum clericis. & ibi de hoc. Si autez est laicus & in officio constitutus & fici iurat in principio anni, nō cogitur iurare nunc: quia ratione primi sacramenti non presumitur immemor salutis eterne. C. ad leg. Jul repe. l. fi. & ne crebra fiat prestatio iuramenti. C. de iureiurand. propter calum. dando. authenti. hoc sacramentum. & C. de cur. furio. l. penulti. cum si. Si autem nō iurauit, & in principio anni erat in aliquo officio constitutus, tunc relinquitur arbitrio iudicantis, vt respiciat qualitatem cause & condicionem persone consultoris, vt sic procedat ad tollendum iuramentum vel non tollendum. Quinto quid si consultor recepit officium consulendi in aliqua questione siue puncto, iudex vult quod consulat, consultor dicit se dubitare de questione, & sibi nō liquere de iure vñ petit sibi dari consociū vel socios alias denegat se velle dare cōsiliū, nūquid debeat sibi dari? Et videtur q̄ sic, q̄ iuste deliberationes nō sunt denegāde seu auferēde alicui

ff. ad Treb. l. sed & si. §. plane. & ff. de iureiur. l. iusiurandū. & ad peeunias. in fi. & de iterrog. act. l. qt. & C. de iur. delibe. l. si curatoris. in fin. ff. de succes. edic. l. j. §. Largius. cum simi. Et ad hoc fuerūt inuenti titul. de iure delib. C. & ff. Si enim non daretur, cogeretur ancepsi subire periurium, quod esse non debet. ff. rerū amo. l. Marcellus. & ff. de in lit. iu. l. videamus. §. j. Ideo etiam. q vbi etiam arbitri nō sunt in cōcordia, eligitur cōsocius, id est, tertius arbiter. ff. de arb. l. item si vnus. §. principaliter. Solutio, dic qō quamuis debeat cogi consulere, postquā suscepit, argum. ff. ō arbi. l. iū. §. tametsi. imo q plus est, ab initio cogitur suscipere inuitus, vt supra dictum est. si de iure dubitat, sibi est socius adiūgēdus, delato sibi iureiurando si iudici visum fit C. de his qui ad eccle. cōfu. l. presenti. §. sane. Preterea, lex hoc videtur dicere ex presse, q iudices de iure dubitātes referūt questiōes. C. de rela. l. si. ff. de iudi. l. eum quē. j. respon. cum suis similib. ¶ Sexto quero, quid si cōsiliarius recepit cōmissionem, & dederit consiliū assessori, nūquid ii reddat & velit consiliū emendare, corrigere, vel mutare, vel declarare, an poterit: Videtur q sic, C. de furt. l. manifestissimi. §. sed cum in secundā. Ecōtra, q non, qr functus est officio suo, siue bene, siue male, vt ff. de re. iudic. l. iuder. Solutio, Aut vult' incontinenti mutare, & antequā descendat de palatio: aut ex post facto, postquam iuit domum. Si incontinenti, bene potest: qr que incōtinenti fiunt, suspicione carent, vt in authent. de equa. dot. §. si autem nō vtrique. si postquam iuit domū, aut mouetur aliqua lege vel bona ratione, tunc auditur, sicut in l. lecta. ff. si certū petat. qr ibi fuit auditus Papinianus. qr nōnunquam variantem prętor nō repellit, vt ff. de collatio. bono. l. nō nunquā. Si vero nō mouetur aliqua lege, vel bona ratione, non est audiendus, argum. ff. de transactio. l. cum hi. §. in causa. & ff. ō his qui not. infam. l. secūda. §. ignominie. ff. de dōatio. l. nuda. qr presumitur machinatus ex post facto, vt dicit dict. §. si autez. in authen. de equal. do. Utrum autem valeat declarare: dic vt not. ff. de regu. iuris. l. in ambiguis. ¶ Septimo quero, an iudex cogetur stare consilio, si datur per consiliariū, & illud sequi: Et videtur, quod non: quia consiliū non est obligatorium. ff. manda. l. secunda, in fi. & ff. de regul. iuris. l. cōsiliū de administra. tuto. l. cū quidam, de testib. ff. de conditio. & demonstratio. l. cū tale. §. si arbitratu. ff. mandat. l. idemque. §. si quis. ¶ contra videtur, quod sic: quia sicut in initio fuerit voluntatis habere, vel non habere consilium: sic illud habitum tenetur de iure sequi. ff. de arbi. l. iū. §. tametsi neminem. & ff. commod. l. in commodato. §. sicut. & C. ō actio. & obliga. l. sicut. C. de administratio. tuto. l. Titium & Mevium. §. primo. Solu. Dic, q si partibus conuocatis & presentibus, & consentientibus eligit consiliarium, tenetur eius consiliū sequi. & obseruare, per iura prōxime dicta, & hoc verū, dummodo cōsiliarius nō det expresse consilium cōtra legem. vel ius: qr tunc iudex non tenetur consilium suū sequi. ea enim que sunt cōtra iura, nō sunt admittenda. C. de precibus Imperato. offer. l. rescripta. & C. si contra ius vel vti. pub. l. fina. & ff. de regu. iuris. l. ius nostrum. Item cum cōsiliarius abutitur authoritate sibi cōcessa, priuilegium concessum meretur amittere. C. de iude. l. Iudeos. cum similibus. ¶ Octauo quero, an electus consiliarius cum sacramento vel sine, si allegetur noua causa suspicionis superueniens an poterit remoueri: Et nō video, quare non ad similitudinē iudicis delegati, vt C. de iudic. l. aptissimi. imo sicut in iudice nō est necessaria cause expressio sic nō videtur necessaria in isto, & hoc nisi iudici videretur frustratorie, vel calūniose hoc peti. ¶ Nono quero, postquā consiliū fuerit datū, qualiter sit procedendū, & ad ipsius pronunciationē: Circa q dic sic, qñ assessor recipiat consiliū sapiētis sigillatū. vel in charta publica, & id aperiet cōrā testibus, & ipse leget & condēnabit, vel absoluet secundū formā & tenorē istius cōsiliū, subiūciēs in fine sue sententie: vnde viso & lecto consilio predicto, & illud absoluo, vel absoluit, vel condemno, &c. Sed ponamus quod iuder seruauit talez modum, qr lecto consilio dixit in fine, quare do. iudex, pronūciauit in omnibus & per omnia, prout in dicto consilio continetur, nec dixit condēno. vel absoluo, &c. nūquid valebit sentētia: Primo, videtur quod non, qr omnis sententia debet continere absolutionem vel condemnationē, alias non valet, vt C. de sentē. & interlo. l. preses. & ff. de arbitr. l. quid tamē. & ff. de re iudica. l. prima, vel equipollēs: vt ff. eodem titu. l. in summa. Cum igitur huiusmodi pronunciatio absolutionē vel condemnationē nō contineat nec equipollens quia dixit, pronunciamus, vel pronūciauit prout in dicto consilio continetur, nō valet hoc est, quod videtur expresse dici. ff. iudicatum solui. in lege, iudicatū soluisti. ibi, pronūciauerit. &c. econtra videtur, & primo illa ratione generali: quia que in prefationibus dicuntur in sequētibus repetita esse intelliguntur. ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit. ff. de condi. insti. l. cum seruus. & ff. de ser. vrban. pred. l. si binarus. & ff. de lega. j. l. talis scriptura. in quibus legibus intelligitur tacita repetitio facta. Sic igitur quando fit talis prōnunciatio vt quia dixit, pronuncio sicut in predicto cōsilio continetur verba condemnatoria, vel absolutoria, vel equipollentia in cōsilio posita, videntur repetita, maxime quia ex tali repetitione non inutile fit quod agitur, imo confirmatur, vt in predict. lege, Titia. §. idem respondit. ff. de leg. iij. & l. in repetendis. vt per hoc res potius valeat quam pereat, arg. l. quoties. ff. de reb. dub. Preterea hec sunt expresse repetita verba consiliū inquantū dixit, pronuncio, vt in d. consilio continetur. Et tali enim pronunciatione licet prout in d. consilio cōtinetur, videntur verba consiliū cōfirmata, vt Instit. manda. §. tua tantum gratia. & ff. mandā. §. an & ff. de admi. tu. l. quidam decedens. §. Papinianus. & l. Titii & Mevium. in fin. j. respon. ff. eod. quippe cōfirmando videt confirmata protulisse. ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. & de adopt. Adoptio. & de ver. sig. l. lege obuenire. & in authē. de sīen. ciui. §. interim. quia sic proferens fictione iuris absoluisse vel condēnasse dicitur propter verba consiliū absolutoria, vel condemnatoria, que prolata finguntur, vt probaui: ergo pronunciatio tenet. Preterea, videtur glo. ordin. quasi simile ponere, C. de appell. eos. inquantum queritur an valeat talis sententia, pronuncio bene appellatum, & male iudicatū. quid plura: sufficit, q aliqua parte actorum sententia certa sit, vt prealleg. l. in summa. a simili sufficiat si aliqua parte actorū sint verba absolutoria vel condēnatoria, vel equipollentia, cum consiliuz comprehēdatur appellatione actorum, vt l. iū. C. vt lit. pen. & C. de appell. l. a pro consilibus. Videtur igitur, quod pronunciatio valeat. Sol. magis credo tutum, & consonum rationi, q idem iuder post receptum consilium absoluat vel condemnet. ¶ Decimo queritur. si consiliores volunt, & petunt sibi satisfieri de cōsilio, quis salarium soluere debeat. vtrum pars que petit, vel que succumbit in cōsilio: an pars illa que petit, an vtraque pars vt sic communiter soluatur. Et videtur primo quod pars succumbens soluere teneatur quia victus victori, &c. C. de iudicib. l. properandum. §. finaliter. & ibi contra. & l. sancimus. & in auth. de iudi. §. oportet. & Justit. de perpetue. litis. §. penul. quare qui perdit, soluat, argumen. precedentium legum. Item videtur, quod de communi fit soluendum. & sic per, vtranque partē. Ex hoc videtur expresse dici. ff. ne quid in loco publico. l. iū. §. vicinales. vbi est aurea litera. & hoc fact, scilicet vt communiter soluantur expense. C. de iur. calumn. l. j. & C. de iureiur. l. generaliter. §. his de presentibus personis. an ab vtraque parte, &c. vel altera. &c. Item videtur. quod cessantibus petentis soluatur. vt ff. de edend. l. prętor ait. & fin. & l. fequi. & C. finī. reg. lege. si quis super sui iuris. §. fin. & lege. si irruptione. ff. finiuz reg. cum similibus. que leges simul allegari possunt. vt ab vtraque parte persoluatur. Sol. Dic, quod assessor dātium consultori tenetur facere accipere consuetū. quia nemo cogitur suis stipendijs militare. & hoc etiam iura expresse dicunt. C. de statu. & imagin. l. & virtutum premia. & extra de prebend. secundum. & debet dari salarium pro qualitate. & facultate adcati. ff. de var. & extraordin. cognit. l. prima. §. si iuder. cum similibus. Per quem autem soluatur dic primo inspici statuta et consuetudines: si autem non sint, satisfaciat ille qui consilium petit exhiberi, vt prealleg. l. prętor. §. vltimo. & dict. l. si quis. & l. si irruptione. Si autem nullus petierit, sed iuder ex officio mutus concessit vel ambo petant, tunc expensis cōmunibus simul que, & hoc per prealle. iura, & specialiter per §. vltimo. & de presentibus. ibi, an ab vtraque, &c. & in auth. de iudi. §. autem. & §. quia vero, cum similibus. De salario autem soluendo per succumbentem per prealleg. iura non est tractandum. quia tis hoc aperte est tractatum, quando victus victori in expensis condemnetur per ordinarium apparatum, vt in authent. de iudi. §. oportet. & extra de dolo & contu. cap. fin. Et hec circa predictam materiam breuitatis causa sufficiant. Deo gratias. Albertus de Ramponibus.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Circa practic. Iste tract. est domini Alberti de Ramp. qui composuit istum tract. cui fecit additiones dom. Bartol. de Saroferra. ita inueni in vigesimo volum. cōsiliorum uersorum docto. Tamen in prim. lib. cōsilio. & in duobus libris antiquis. iste trac. est tracta. domin. Jacob. de Arc. sed Bartol. fecit addit. quas vide infra. et credo q non sit completus. et de materia vide Bartol. in lege prima. C. de rela. & ibi vide apos. an possit peti consiliū sapientis post cōclusum in causa. vide consiliū Joannis de Anania. & Florian. vbi consuluerit q nō potest peti. vide Bert. hac in suo repert. in verb. cōsilium sapientis. versi. sexto. & vide Felyn. in cap. pastoralis. de excessibus prelatorum. in cap. cum dilectus. de fide instrumē. & Alex. in. l. si fit stipulatus. in fin. de ver. ob.

Sequitur

Sequitur additio, & suppletio Bart. de Saxoferrato.

PUnctus autem questionis sapientis per iudicem formandus est secundum cause naturaz absque lesione partiū. Unde hic quero, si punctus male formet per iudicem, adeo q̄ pars per hoc vel partes ledi possint, an poterit iudici contradici? Respon. sic, vt C. de rela. l. j. in fine. & iusta est causa appellationis, vt ibi de hoc no. & vide qō de hoc not. extra de probatio. ca. quoniā cōtra talla. in gl. fi. ¶ Sed quero, vtrū iudex a seipso possit habere cōsilium sapientis. & eo vti partibus inuitis, vel altera earū? Et certe sic, prout ex facto vidi. & est argum. ad hoc C. de iudicibus. auth. ad hec. & C. de inge. manu. l. si quam. & que ibi dicuntur, & in aut. si quando contigerit. in fine posita. C. de iudicibus. ibi. cognitiona liter. & c. & sapientū consilio, nā ita ibi fit expositio per doctores. & de sen. ex breui. rec. l. secunda. in princip. facit C. de repu. l. dubiū non est. ¶ Sed quid si consultor assumptus qui suscepit que stionem cōsulendam, velit ex post facto certū impedimentū allegare & in questione non consulere an sit audiendus? Respōdeo, illud impedimentum. qō nūc allegat. si habebat eo tēpore, quo questionem consulendaz assumpsit sibi imputet quod suscepit, & non auditur, aut post susceptam questionem iustum impedimentum superuenit, & tunc aut tantisper expectandus est, quo impedimentū cessat. aut alius subrogandus est. vt ff. de vac. mu. l. preter. ſ. fi facit ff. de iudi. l. iudicū soluitur. ¶ Illud etiam quero, commissione solenniter facta, & consilio exhibitio, an pars possit dicere consiliū iniquū, & iniustū, & indignū executione? Et certe vidi hoc seruari ea ratione, qua dicitur, querelā grauaminis habere instar appellationis. ff. de arb. l. nō distinguemus. ſ. cū qui dam arbiter. ſi diuerit se predicto modo grauari, & si secundo dederit super eo assumptus consultor, an tertio hoc facere potuerit, & vidi seruare licite secundo, & non tertio. Cū enim querela hec iniqui & iniusti cōsilij habeat instar appellationis, vt in d. ſ. cū quidā. & licitum sit secūdo, & nō tertio appellare. ergo nec tertio potest dicere se grauatum, vel iniquē consultum. C. ne in vna eademq; causa. l. vnica. ¶ Sed pone consultores consuluisse, & iudex secutus consilia, ita pronunciare, an tali pronūciatione possit appellari? Puto q̄ sic. licet de cōcordia partiū fuerit assumptus cōsultor. Nā a iudice delegato de partiū volūtate assumpto nō est dubiū posse appellari. cū nō inueniatur prohibitū. ergo cōcessum. C. de app. l. precipimus. & l. & in maioribus. Itē a laudo seu sententia arbitri recedituz licet cōcorditer fuerit electus, sine assumptus si iniq; fuerit arbitrat⁹. ff. de ope. liber. l. si libertus. & ff. pro socio. l. societatem. ſ. arbitrorum. & de contrahend. emp. l. hec venditio. ¶ Sed quid dices, si quis dicat consilium contra se latum iniustum & iniquū esse, & petat illud reformari consilio alterius sapientis, & super hoc fuerit alius consultor assumptus, an per hoc preiudicatur sibi ne appellari possit a pronunciatione facta per iudicem secundum formam primi consilij. Et videtur q̄ sic. & quod sibi preiudicet propter electionez, cum idē sit effectus vtriusq; vie. Ad hoc facit omnis iura, que dicunt electionē preiudicare. ff. de tribu. lege. quod in herede. ſ. eligere. & de leg ij. l. cum filius. ſ. varius. & l. statu liberū. ſ. fi. in. fi. & ff. de statu lib. & de curato. furio. l. cuius bonis. argu. cōtra. nam cum hec sit via licet contraria, vel diuerse sint tamen eundē effectum habeāt. nō tū videtur inuisce se excludere. vt C. de inof. test. Lecū quiz certe nec ibi dicit vtraq; via agi posse. bar. ō Saxof.

Sermo Do. Bar. in doctoratu do. Bonaccursij fratris sui.

BOnum est nomē meū, Accursius. dicitur enim sic, quod succurrit & occurrit cōtra tenebras iuris ciuilis. Ista sunt ō ba Accursij glossatoris nostri assūpta pro Accursio. Scripta ff. ad Treb. l. facta. ſ. fi. l. dāda pecunia cōditio. in gl. in verb. cōditio est Secundū Euangelicam, apostolicam, ciuilēq; doctrinā in locis vulgaribus admonemur, in quilibet actus principio inuocationē nominis altissimi ante ponere. Idcirco in nostri sermonis principio ad eius inuocationez premitto hec verba, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. In iure nostro cauetur principaliter, vt ei qui iuste alicuius beneficij inuestitura petierit, legitime tribuat. vt C. ō iure emphy. l. fi. & i feu. ti. & suc. feu. c. j. in fi. Est aut inuestitura qñ a liquid corporeū a dño traditur in signū beneficij iam cōcessi, vt in feu. quid sit inuestit. c. j. in prin. cum ergo filius & socius noster qui est hic, dignitatem & beneficiū doctoratus meruerit, a venerab. li in Christo patre, & domino domino nostro episcopo ¶ Peru. qui hic est, merito petit se a dominis & doctoribꝰ suis hac dignitate & beneficio inuestiri, sibique corporalia doctoratus insignia tradi. Ipsius itaq; annuēs petioni pro me & alijs doctoribus sermocinaturus assumpsi verba primo loco proposita, bonū est nomē, &c. vbi S. In quibꝰ quidē verbis tria ad nostrā materiā facientia denotant. Primo, bonitas essentialis, dū dicitur, bonū est. Secundo, perfectio nominalis, dum subiicitur nomen meū Accursius. Tertio, operatio effectualis, dū subnectit illud dictū, qō succurrerit, & occurrerit ō tenebras iuris ciuilis. Et vt clarius, more Legistarū, meum fundē eloquium, si quis quereret ad; perfectionē & verum bonorem huius hominis que requiruntur, respondere tria que sunt in auctoritate assumpta, scz qō sit bonus in se. quod habeat bonū nomē, seu bonā famam qō vere bona agat, & bona opera faciat. Propter primū significandū sit libri traditio. Propter secundū, annuli aureī immissio. Propter tertiū, osculi pacis cum magistrali benedictione prebitio, & sacri bireti impositio. De vnoquoque aliqua breuiter pertingamus. Primū itaque quod ad perfectionem alicuius requiritur est bonitas essentialis qz dicitur bonuz. & illa res dicitur in ipsa esse perfectior, que in seipsa ꝑsistit, & alterius minus eget suffragio. ideo etas maior xxv. an. dicitur esse perfecta: qz tūc alterius, vt tutoris, vel curatoris non eget suffragio. sed regimen suū ꝓprius in seipso cōsistit. vt C. de his qui ve. eta. impe. l. fin. & ff. de leg. iij. l. cum filiofamil. ita legatur. circa fin. Itaque aduertens Prophetа diuinam bonitatem & perfectionem describens ait, Deus meus es tu, quoniā bonorum meoruz. nō eges. Psal. xv. Ideo etiam Deus summe bonus est: quia in seipso consistens, aliorum non eget. Essentialis bonitas, & perfectio istius ciuilis sapientie manifesta perpenditur, & in hoc omnes alias scientias excellit. oēs enim alie scientie, que in se minus perfecte videntur: quia aliarum scientiarum egent suffragio. non enim perfectus potest esse philosophus, nisi primo sit Logic⁹ nec medicus potest esse perfectus, nisi eristat philosoph⁹, nec canonista potest esse perfectus, nisi hac ciuili scientia fuerit preditus, vt euidentia facti demonstrat. Hec autem scientia sola in se perfecta existens nullius alius scientie eget suffragio. maxīn ea vbi rudes incipiunt, inuenitur Iust. de inf. & iur. post prin. & in quo eruditi ꝓficiant perfecte deprehenditur. ff. & C. que sunt perfecta voluminа. & dicit in proem. digestorum. ſ. in annū. & ſ. seq. Nō logicorū nō philosophorum, sed Canonistaruz, quippe nullius alterius eget suffragio. sed ipsa tanquam in seipsa perfecte existēs omnibus suffragatur, ait enim de seipsa, Sedeo regina, vidua non sum, luctum non videbo. Apoc. c. xviij. Vere pōt dicere regina, oportet eā hāc scientiā ꝑesse & bonis & malis, vt principē & ducē. ff. de leg. iij. Hec est illa scientia, que dat ꝓpacem vniuersis, punctis, & largitur munera secundum magnificentiam principalem. Eſdre secundo. Omnis enim scientia ab ista recipitur, quoniaz omnes ab ista scientia sustentantur: sicut enim scientia Mathematica reprobatur, nec scientia dicitur, quia ei hec ciuilis sapiētia non assistit, vt C. de mal. & Mathema. per totum eodem modo. si ab hac ciuili sapientia logica, philosophia, medicina, vel alia quevis scientia damnaretur, a nemine, nominaretur scientia. & tamen quelibet, scientia est, inquantum ab hac ciuili sapientia sustentatur, excepta est sola sacra Theologia cui hanc scientiam fateor esse suppositā. merito ergo dicit, Sedeo regina, vidua non sum. vidua enim dicitur sine duitate, l. malum. ſ. viduam. de verb. signifi. mulier enim cum in se imperfecta existat, eget viri suffragio, cum eo careat, dicitur vidua, ita alie scientie que scientiarum aliarum ꝓadminiculo sul ciunt, cū sine eo reperiūtur vidue appellant. si enim medicū reperies, qui nō sit philosophus, medicina est vidua, si canonistā sine iure ciuili. est vidua, & imperfecta scientia: hec aūt scientia que alterius adminiculo nō eget, vidua nō est. & vidua esse non potest: merito ergo dicit: vidua non sum, & luctum non videbo. Et hec quidem scientia sicut in se perfecta existit, ita generat filium sibi similem. l. quod si nolit. ſ. mancipia. de edil. edic. Facit enim omnem discentem sedere, vt reginam. Et enim Respu. regenda committitur, vt in proe. Iusti. circa prin. sunt qui aliorum non egēt suffragio sz ipsi alijs suffraganť, vt C. de suffra. l. j. De iuristis vere potest dici illud Psalmiste psalmo cxviij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Lapis reprobatus est per

substantiā cuiuslibet Juriste qui in hac ciuitate, ad regimen perorū statuta totaliter est remotus, tñ hic lapis seu Jurista factꝰ est in capite anguli. Nā videtis iuristas omnibus antecedere, ⁊ tēpore expressionum faciūt Juristas, qui omnibus patrocinantur precedere. ⁊ etiā in recognitionē dñi certū largiunt. sic ⁊ curia Ro. sic ⁊ Ro. ecclesia hūc lapidē in clericis reprobat, vetando eos hac ciuili sapiētia imbui, tñ Romana curia in hac sciētia obtinet principatū, lōge eñ plures sunt ibi Legiste, quā Cano niste, quare hoc a Domino factū est, ⁊ est mirabile in oculis nostris. Jn signū igitur istius professionis immēse, tradit liber. hic enim appellat liber, quasi nō seruus, nemini subditus. ff. de stat. ho. l. libertas. Accipe ergo hunc librū imo clausum, in signū tue bonitatis intrinsece, ⁊ sicut hic liber in se omnia iura cōtinet, sic ⁊ in scrinio pectoris tui omnia iura claudant. C. de testam. l. omnium. hunc librum accipe apertum. vt sic possis aperte dicere, aperte sunt catarractē celi descenderunt pluuie, cōsumpta est ois caro. Heñ. vō. c. ecce apte sunt catarracte. celi. i. meatus rerū celatarū huius ciuilis sapiētie sunt ibi manifestate, descēderūt pluuie hec est virtus ⁊ moralitas, ⁊ deleta est ois caro in te. i. ois carnalitas ⁊ totꝰ es l hac vita morali ⁊ politica renouatus ⁊ hoc de primo. ¶ Secundo dixi, qō donatur perfectio nominalis. Duobus modis nomē assumit. Quodā enim est nomen p̄ priū, ⁊ istud imponitur ad placitū. vt l. j. C. de muta. nomi. vt tale nomen sit bonestū precipitur. l. ex facto. §. si in dāda pecunia cōditio. ff. ad. Treb. quāte bonitatis, fili, sit hoc tuum nomē, Accursiꝰ nemo est qui ignoret. possuꝫ enim recte dicere, vt olim pulchrā, vberē, fructiferā vocauit Dominus, sic nomen tuū posse dici. Istud enim nomē Accursius, est qō sua vbertate, ⁊ pinguedine totam hanc ciuilē sapientiā impregnauit, totum enim corpus iuris glossauit tanta perfectione qō post eum nemo in hac sciētia ausus fuit scribere vnū verbuꝫ. vere ergo potes de bono nomine gloriari. Et sicut ista nomina ad recognoscendū homines imponunt, ita annulus, in signū vt quis sit cognitus, tribuit: vt scribit p̄ Accur. ff. de inof. testam. l. Papinian. §. i. in gl. in verb. bonorū. §. j. Secūdo modo nomē assumit pro fama, de quo Salomon, Curā habe de bono nomine, hoc enim magis prenalebit tibi, quam mille thesauri preciosi ⁊ magni. Bonum enim nomen permanebit in euū. Eccle. c. xli. Magnū ⁊ honorabile est nomē meum in gētibus, ⁊ Malachie. j. c. Jn signum enim istius fame pfecte, ⁊c. annul⁹ aure⁹ tribuit, quē nemini licet deferre, nisi sit ciuis Romanꝰ. vt C. de iur. aure. annu. l. j. vt sicut annulus sua claritate refulget, ita velox tua fama claritate refulgeat, vt legit in rub. vbi supra. Annulū ergo quē petijsti a dño, ⁊ a patre tuo domino A. ipse tibi dabit. ⁊ hoc de secundo. Tertio ostenditur operatio effectualis dum subūcitur, dictū illud qō occurrit ⁊ succurrit cōtra tenebras iuris ciuilis. Patres ⁊ dñi, tres esse reperio tenebras, exteri⁹ extremitatibus eleuatis. Hierem. c. x. Alie tenebre causantur in celo, cū luna interponit inter solē ⁊ terrā, obtenebrato enim sole, luna non reddit lumē suum, Jsaie xiij. c. Tertie tenebre sunt super terrā, Mat. xxvij. c. Marc. xv. Luce xviij. c. Et primo tenebre in extremitatibus terre oriuntur. Per terram accipio mentes hominū grossorum, quibus solum in extremitatibus ⁊ superficie est aliquid Lucis, ⁊ ex iure nostro tenebre, hoc est, obscuritates ⁊ dubia oriunt, que p̄ istā scientiā decidunt, atque fugant. sicut soluit nebula, que fugata est a radijs Solis. Sapien. ij. c. Sicut enim nubes ex corporibus terre eleuantur in aerē. ⁊ ibi purificant ⁊ aqua efficitur, que descendit ab aere, que terrā rigat, vt fructum afferat, ita ex istis gētibus grossioribus dubia oriuntur que tanquā nubes in mente doctorū. et aliorum Juristarum excellentiū eleuantur, ibi purificātur aqua sapientie, ⁊ efficitur aer, hoc est, mens doctoris clarificatur, quā ta enim claritate illuminet ille doctor, qui suaꝫ theoricā deducit in practicam. Jn qualibet facultate enim loquor. ille scit, qui gustat, exprimere nequeo terra irrigatur, qz talis practica excellētium virorū in scripturam reducitur, ad irrigandum terram, hoc est, ad instruendū mentes rudes, atq; terrestres. Contra ista dubia seu istas tenebras, hec sciētia occurrit. ⁊ succurit, occurres, ⁊ succurres tu fili dando recta cōsilia, que dubia tollunt, ⁊ in pace homines ponūt, huius signum pacis osculū tradit. Secunde tenebre sunt, ⁊c. Per celum significant mētes doctorū, ⁊ aliorū excellentium Juristarū, a summo qui rerū celatarum lumine illustrantur, in quibus tenebre oriunt vt plurimū ex interpositione lune, hoc est, opinionum false mētis ⁊ fantastice, seu lunatice, contra quas tenebras occurrit hec ciuilis sapiētia, veram opinando, eligendo, ⁊ contrariam reprobando. C. de condict. inde. l. fin. ⁊ C. per quas pers. nobis acquirit. l. fi. ⁊ simil. ff. ⁊ C. Jn huius signū sit benedictio magistralis, vt tua dicta ⁊ cōsilia habeant vt magistralia, ⁊ interpretationes probabiles, ⁊ redigende in scriptis vt not. Accursius. ff. de legibus. l. nō possunt. hoc itaque osculuꝫ cum magistrali benedictione a tuo patre ⁊ domino Dyn. petrj, et ab eo humiliter accipe. Tertie etiaꝫ tenebre sunt supra naturam, ⁊c. Pro Christo, accipio veritatem, ipso dicente, Ego sum via, veritas, ⁊ vita. Joannes xiij. c. cum enim inde falsa aduocatus falsa aduocationem prebet. consultor falsum consilium, cum falsa ⁊ iniqua statuta concuntur, Christus, hoc est, veritas occiditur, quinimo peritsemper, cum iustitia non seruatur. Ex hoc per vniuersam terram tenebre ⁊ scandala oriuntur, qualiter enim stet illa ciuitas, in qua iustitia non seruatur a quolibet intelligente palpatur, comprobatur illis dictis. Ve vobis, viri impij, qui de reliquistis legem domini altissimi, ⁊c. Ecclesi. xli. ve qui condunt legs iniquas. Jsai. x. c. contra has tenebras hec sacratissima scientia perfecte occurrit puniendo iudices male indicantes. C. de pena iudic. qui male iudicat. primas, ⁊ mala condentes statuta. ff. de dol. except. l. j. in fin. contra has tenebras primo doctoris occurit veritas, ita clarissime demonstrando quod erubescat cōtra veritatē loqui aliquid ⁊ arcturc.

Sermo Do. Bar. i doctoratu

domini Joannis a Saxoferrato.

¶ Jn nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritussancti. Amen.

Joannes hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. hec verba habentur Joan. j. c. secundum Euangelicam, ⁊ Apostolicam doctrinam, ⁊ precepta ciuilia in locis vulgaribus tradita admonemur in cuiuslibet actus primordio diuini nominis inuocationem premittere, idcirco ipsum inuocando dicens, Jn nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritussancti. Amen. Patres ⁊ domini, tres sermones me fecisse in hoc loco memini. in quorum primis authores iuris, ⁊ diuine scripture allegari permittit, in tertio iuris ciuilis authores tantummodo, nunc vero ad hoc esse consonum, vt solum ex diuine scripture authoritatibus comprobez dicta mea. Et quia hic, pro quo sermo effunditur, est Joannes, ideo accipiam a Joanne pro Joāne, ⁊ solū ex dictis Joannis eloquium presens fundabitur. ⁊ quia scriptum est. nolite die quicquid petieritis patres in nomine meo, dabit vobis Joan. xv. cap. idcirco cum a te fili mi, iuste petitū sit, vt in quasi principi sessione doctoratus tradendo insignia te constituam, volens quod a te petita sunt dare, assumpsi verba primo loco proposita. Joannes hic venit, ⁊c. vbi supra, in quibus verbis dico qō primo positis conferentia denotātur. Primo scholaris doctoralis, secundo positio ⁊ perfectio. Secundo huius ciuilis sapientie laus ⁊ recommendatio Tertio, persone doctoris mirabilis operatio. Primum igitur propter gratiam existentem de presenti, dum dicit. Joannes hic, secundum propter renelationem factam secretorum dum dicit. venit in testimonium. Tertium propter declarationem facte rei dum subinfertur, vt testimonium perhiberet de lumine. Et sic prima pars erit ad laudem doctorandi. Secunda ad eius dem scientie. Tertia dispositio atque perfectio propter gratiam existentem de presenti dum dicitur, Joannes hic. Joannes nam interpretatur gratia. gratia ergo hic, hic dico quod ex renouatione ciuium de presenti, nullus ad huius ciuilis sapientie fructum accedere, vbi socia non sit gratia operans, que eius voluntatem aperiat, vt velit gratia cooperans, que eius voluntatem coadiuuet, vt operetur, ne frustra velit. Scriptum est enim, non potest homo accipere quicquam, nisi ei datum fuerit de celo Joan. iij. capit. ⁊ alibi dicit Sapientia, Nemo potest venire ad me nisi ei fuerit datum a patre meo. Joann. sexto capitu, alibi. Sine me nihil potestis facere. Joan. xv. capit. ista enim gratia est preparans. Primo enim preparat intellectum scholaris, vt quod audit intelligat, qui enim non intelligit, non addiscit, vt dicitur de illo Necodemo, qui ideo non dicidit, quia Christum non intelligebat, Joan. iij. cap. Jstam gratiam huic Deus tribuit, quia ab initio vsque ad finem sui studij quod a docto. audiebat, profundissime apprehēdebat. Secūdo, quia memoria est ipsius laudabilis, preparat hic gratia vt scribat. scriptum est enim quod vides, scribe in libro, ⁊c. Joan. Apocalyp. primo cap. ⁊ alibi Datus est mihi calamus ad similitudinem virge. Apocalyp. vndecimo capit. ⁊ alibi, Audiui vocem de celo dicentem mihi, scribe. Beati, ⁊c. Apocalyp. xiij. capitul. Hanc gratiam Deus benedictus tribuit, intantum habet corpus suum obediens intellectui, quod omnia que intelligebat, scribendo velocissime reportat.

Tertio

Tertio hec gratia operans coadiuuat, vt quis in studio cepto perficeret, ne forte si deserat, perdat quod fecit, scriptum est cum sicut ab initio audiuistis, ambuletis, & ne perdatis quod operati estis. Joan. j. cap. Istam gratiam Deus huic tribuit ita q̄ de eo vere possum dicere, hic est discipulus ille, qui in cena recubuit supra pectus eius. Joā. xiij. & xxj. cap. Siue enim prādendo, siue cenando, siue ambulando, istius intellectus in iuris ciuilis pectore recūbebat, & nos qui vidimus, qui inspeximus, manus nostre contrectauerunt. Joan. xp̄. cap. & prime Jo. j. cap. & de te possum dicere quod tu es illud animal quartum simile aquile vel ..ti plenum oculis, &c. Apocaly iij. cap. cum enim in terram vnde mihi & tibi origo est inter doctores, tu es quartus similis aquile propter altitudinem intellectus, plenus oculis, hoc est virtutibus circūspectionibus, vere ergo gratia hic. Jo. hic. Et si ut vere fuit Joannes solum ad apostolatum assumptus, sed assumpsit Jesus Jacobum, & Joan. filios Zebedei, de quibus legitur Joan. xxj. c. & in principio huius Deus ad doctoratum assumpsit eorum hunc & Joan. fratrem eius filios lucis. Sic enim vocatus est pater eorum, merito, vt ex cuius patre lux ista descendit, lucis nomine vocaretur, gratia ergo Dei hic. Sed posset quis dicere, quomodo gratia est hic, cum de loco paruo eius origo processerit, scilicet, de Saroferrato. Ad hoc respondeo. Et obiectio fit Joan. j. cap. circa fi. dicitur ibi quod potest a Nazaret aliquid boni esse, & ratum respondetur, veni & vide doctores qui te examinauerunt, scholares qui te audiuerunt, testimonium perhibent de te, vt recte possis dicere, opera que ego facio testimonium perhibent de me. Joan. v. cap. ubi respondet scriptura dicens, Iste accendit lucernam, & non ponit eam sub modio, sed ponit eam super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Verba sunt Christi, cuius testimonium est verum. Joan. viij. cap. Deus ita q̄ qui hanc lucernam ciuilis sapientie in anima tua accendit, non patietur te ponit sub modio in loco paruo, sed te ponet in loco eminenti, & alto, vt luceas omnibus, qui in domo sunt, & alibi respondetur, quia turbetur cor vestrum, &c. & subdit, In domo patris mei mansiones multe sunt. Joan. xiij. cam prime non ergo turbetur cor vestrum, tibi fili, & cuilibet bancscientiam addiscenti loquor. In domo patris mei boc est ciuilis sapientie mansiones multe sunt, quidam enim ad legendum in ciuitatibus regūs assumuntur, quidam ad assidendum in locis insignibus preponuntur, quidam ad aduocandum in curiis principum, & regūs, attrahuntur, alij ad consulendum in camera assidue requruntur, alij ad consilium principum assumuntur. Hi enim sunt, quibus Respublica regenda committitur. Iste sunt huius sapientie mentiones propter quas quilibet Jurista securus, & gratiosus redditur, vere ergo Joann. hic, gratia hic. Jn huius igitur gratie operantis signum do tibi librum clausum. In signum gratie cooperantis do tibi librum vt assidue studeas, tibi, alijsque proficias. hic enim est liber, de quo scribit Joan. Apocal. v. cap. & vidi librum in dextra sedentis super thronos scriptum intus & foris, signatum septem sigillis, & infra sequitur, Nemo erat apius aperire, nisi leo de tribu Juda. hic est liber, qui est in dextra sedentis super throno. hic est liber signatus septem sigillis, quoniam Digestorum volumina Justiniano in septem partes diuidūtur in titu. de vet iur. enucleā. hic est liber, quem nemo potest aperire, nisi leo de tribu Juda, que est tribus regalis, quilibet doctor est de tribu regali, quoniam ei Respublica regenda committitur, vt ś. dictum est. Et hoc de primo. Secundo denotatur in verbis præassumptis huius ciuilis sapientie laus, & exaltatio propter reuelationem secretorum factam intelligēti, dum dicitur, venit in testimonium. Ex testimonio enim res secrete reuelantur. scriptum est enim, Tria sunt, que testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis, prime Jo. v. casta sunt tria iuris precepta, honeste viuere, alterum non ledere. ius suum vnicuique tribuere. Per primum quis in se viuificatur, scilicet, spiritus, cui correspondet honeste viuere. Per secundum homo intra se ad diligendū accenditur, scilicet sanguis cui correspondet alterum non ledere. Per tertium ad actū dilectionis exhibendum impellitur, scilicet, aqua, cui correspondet ius suum vnicuique tribuere. Primum igitur, ex quo homo intra se viuificatur, est spiritus, propter qō debet honeste viuere, hoc est huius ciuilis sapientie testimonium, qui enim bis, que iuris ciuilis sunt, priuati sunt, mortui dicūtur, hoc est, quod religiosi appellant aliquos ciuilibus actis esse priuatos, qui fecerunt peccatum ad mortem. vt dicitur prime Jo. vlt. c. qui hac ciuilitate est priuatus, est mortuus, ergo qui hac ciuilitate potitur, viuit vere. ergo spiritus est qui viuificat. Per secundū homo intra se ad diligendum accenditur. in hoc enim cognoscetur quod discipuli mei estis, si dilexeritis me dicit hec ciuilis sapientia. Joan. xiij. c. qui enim non diligit iustitiam, non est eius discipulus. vt eo. c. dicitur. Per tertium ad actum dilectionis exhibendum repellitur, scilicet, per aquā, cui correspōdet ius suum vnicuique tribuere. Aqua enim huius ciuilis sapientie per suos occultos riuulos omnibus tribuit quod est suū. Ista est aqua, quam Christus misit in pelum, & lauit pedes discipulorum. Joan. xp̄. cap. Ista enim est aqua per quā pedes ecclesie lauantur, hoc est nodositates, & dubia, que in ea occurrūt tempore litis dirempte, & licet Petr. dixerit. Domine nō lauabis pedes meos in eternum: tamen ei responsum est, si non lauero te non habebis partem mecum. Ita in proposito, licet statutum sit per ecclesiam vt iura ciuilia per religiosos & clericos non discantur, & sic pedes non lauentur, tamē si hec scientia nō lauabit in eorum curiis, iustitia non erit & sic non habebit partem mecum hec scientia, que figurat & est in quinque panibus, & duobus piscibus, ex quibus saturata est turba. Jo. vi. c. quid enim aliud quinque panes, nisi quinque volumina librorum huius ciuilis scientie. scilicet, Digestum Vetus. Infortiatum. Digestum Nouum. Coder, & Volumen: duo pisces, sunt duo sensus legales, scilicet, sensus literalis, & sensus argumentalis. Ex istis enim quinque panibus, & duobus piscibus, totus mundus saturatur, Laus Deo, & gloria, Amen.

Finis.

Series chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F.
omnes sunt quaterniones, preter F. quinternionem.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN